a ¶ Non tū postulatus.ita no.Hos.in c.ij.in gl.in versi. circa postulationē ad fi.s̄.de postu.ꝑla.& in.c.fi.in pri. eo.tit.vbi dat bonā rōnē diuersitatis.isti em cū sint suis ecclesijs matrimonialiter allegati ,consentire non possunt.Adde tū ꝙ nō cogit dissentire sed potest dicere:postulationi de me factæ nec consentio nec dissentio,sed voluntati dñi papę me submitto,vt quod suæ sanctitati super hoc conducere videbitur, faciat. De quo per Bart.de fir.in tra. de episc.in prima parte.lib.ij.q.xx, quia secundū glo. quā ibi se.Bar.Io. de pla.& Ia.reb.in l.j.C. de metro.beri.libr. xj.non est mōstrum,si vnus Episcopus habet duos episcopatus aut plures.

ZACHARIAS.

a ¶ Super quo est dispensatũ. Adde plenè de hoc p er Ang. in. §. filiũ. in aut. qui. mo. nat. effi. sui p illũ tex. ibi. vbi dicit ꝙ legitimatus dicit̃ legitim⁹ quo ad patrem tm̃. nõ autẽ quo ad auum, & alios ascẽdentes, no. Alexã. in. l. si qs posthumos. ff. de lib. & posthu.

SEB. SAPIA.

b ¶ Illegitimus. Ex hoc appet ꝙ magna est differẽtia inter legitimationẽ & dispensationem. quod decla. d. Alexã. & Pau. de cast. in. l. pactũ quod dotali. C. de colla. Ant. de Bu. in. c. per venerabilem. col. xiij. qui fil. sint leg. d. Ias. in rub. ff. de libe. & posth. in. l. Gallus. §. & qd si tm̃. eo. titu. Feli. in. c. postulasti. col. x. versi. limita. ῑ. de rescrip.

c ¶ Latissimè. Adde Ro. cõsi. xcv. iij. & vide Oldr. cõsil. cclxviij.

ZACHARIAS.

¶ Adde plenissimè Dy. in regula in iudicijs. circa medium. de reg. iur. Iac. Rebuf. in l. in sacris. in fi. & ibi in addi. ad ipm C. de proxi. sacr. scrip. libro. xij. & Ro. consil. cxlvj. col. ij. ver. secũda responsio.

Antoni. Francis.

d ¶ Itẽ priuilegiũ. Circa istud quod vltimò hîc tractatur: an & qñ beneficium, & priuilegiũ sit latè interpretandũ vltra dicta Inn. in. c. cũ in dilecti. de dona. & ea habent̃ in. l. beneficiũ. hîc alle. vide Bar. ĩ. l. ij. C. de bo. vac. li. x. & Bal. in. l. nec auus. C. de eman. liber. & Bar. in. l. si qñ. in princ. in ij. opp. C. de inof. test. & eũdẽ Bar. in. l. sępe. in. ij. no. post gl. & in. d. l. beneficium. in. ij. col. in. ij. oppo. & in. l. sed si hac. in §. sed si ius. & ibi

vbi cũ sint opi. nõ procedit hæc forma si dicat̃ eligo & postulo, prout de iure melius fieri potest: vt ibi habet̃. Host. verò dicit hîc, ꝙ tutius est ꝙ oĩa fiant per Papã, & ꝙ in isto casu nõ cõsentiant sine Papæ licẽtia: quia huius dubij Papa est superior, nõ autẽ iste postulatus: sed Inno. & Io. an. residẽt quòd de iure poterit cõsentire sine licentia alia Papę: & ꝙ etiam examinationẽ poterit facere inferior à Papa: vt superius dixi super gl. videtur etiã ꝙ in dubio sit inhærendũ literæ, quæ facit mentionẽ de postulatione: & sic videtur ꝙ debeat postulari, non eligi in casu huius ca. 21 ¶ † Itẽ attende, quatenus dixi ꝙ dispẽsatio super illegitimitate tollit impedimentũ, intellige quo ad effectũ eius super quo est dispensatũ[a], nã quo ad alia remanet illegitimus.[b] quia per ipsam legitimationẽ tollitur impedimentũ, & sic per dispensationem quæ nõ facit eũ legitimũ: licet faciat eũ haberi pro legitimo quo ad id super quo fit dispensatio: vt plenè no. per Io. And. in. c. per venerabilẽ. super gl. ij. qui fil. sint legiti. 22 ¶ † Vltimò tractat hîc Ioã. And. an priuilegiũ possit extendi. & cõcludit ꝙ aut loquimur in priuilegio, aut in beneficio. Primo casu, quia priuilegiũ dicit̃ eò ꝙ priuat legẽ. & sic est contra ius: debet strictè intelligi & interpretari. & sic est non debet extẽdi. facit quod habet̃. j. de priuil. c. sanè. & de reg. iur. quæ à iure. libr. vj. & sufficit quòd aliquid operetur. facit quod dictũ fuit cum gl. fi. & quod habet̃ in. l. j. ff. ad munici. Et hoc procedit vbi nõ agitur de interpretatione faciẽda cõtra concedentẽ. quia tũc quo ad ipsum censetur habere naturã beneficij: & ideò respectu iuris ipsius cõcedentis latè interpretatur, si & hoc alteri nõ fit præiudiciũ quã ipsi concedenti. facit quod dictũ fuit cũ gl. fi. & quod no. per Ioan. And. in. c. olim tibi. j. de ver. signi. Secũdo casu, quãdo loquitur in beneficio cõcesso per principem, seu per Papam. & tũc aut est ambitiosum seu odiosum: aut est fauorabile. primo casu strictè intelligit̃: quia odia sunt restringẽda. de reg. iur. odia. lib. vj. ff. de lib. & posthu. l. cũ quidã. 23 † Dicitur aũt ambitiosum seu odiosum multipliciter. Primò quia fortè est cõtra naturalẽ rationẽ vel æquitatẽ: vel tãgit periculum animarũ. s. tit. j. c. dudũ. el. ij. ad fi. Vnde dispensatio super pluralitate beneficiorũ alicui concessa tanquã odiosa restringitur. facit etiã quod habetur ĩ text. isto. Itẽ dicit̃ ambitiosum seu odiosum ratione qualitatis personæ, propter quam iuri cõi est odiosa, vt contingit in illegitimo, quia tales illegitimi exosi iuri sunt: ideò fit stricta interpretatio. j. de fil. presby. c. j. & ij. in vj. Item tertiò potest dici ambitiosum, quando contra ius alterius est impetratũ. Exẽplum patet ex his quæ habentur in. l. ex facto. ff. de vulga. & pupil. vbi olim concedebatur indulgẽtia patri, vt posset testari pro filio furioso vel mente capto. Hodiè verò de iure communi conceditur sibi potestas pro ipso testandi: vt. l. humanitatis. C. de impube. & alijs substi. Secundo casu quando est fauorabile, nec cõcernit incommodum, vel præiudiciũ alterius quàm ipsius concedentis: & tunc latissimè[c] interpretatur. j. de dona. cum dilecti. & l. beneficium. ff. de consti. princi. & j. de verb. signifi. olim tibi. quod dicit Hostien. procedere, etiã si in aliquo derogat iuri: sed istud secũdum domi. Ant. procedit si deroget iuri communi cõcernenti ipsum cõcedentem: aliàs strictè interpretaretur si concerneret præiudicium tertij: & tunc trãsiret in naturã priuilegij. facit quod habetur in. c. j. s. de rescri. & quod dixi latè debere interpretari, intellige quãtum verba patiunt̃, & nõ vltra per text. istum. & per id quod no. in. d. c. olim tibi. Et hanc differentiam inter priuilegium[d] & beneficium etiam sentit glos. magna. in. c. s. eo. & de materia etiã per legistas in. l. beneficium. ff. de consti. prin. & ad idẽ etiã quod dixi posse beneficium esse contra ius, & tamen esse aliquam rationem vel æquitatem: bene facit quod habetur in. l. prospexit. ff. qui & à qui. & patet ꝙ interdum lex aliquid disponit: & tamen habet in se contrariã æquitatem.

De authorita. & usu pallij Rub.

SVMMARIVM.

¶ Visum est tractatumq́; s. de postulatione & electione, & translatione: verũ quia assumptis per hos modos seu altero eorum licitum est vti palleo si hoc habeat dignitas ad quam quis assumitur: ideo restabat videre de authoritate & vsu ipsius pallei: ideo ponitur hîc ista rubrica. de materia. & in decretis. c. di. per totum. & xxv. q. ij. c. in galliarum. 1 ¶ † Super hac rub. not. doct. quid est palleum. dic ꝙ est insigne ornamentum Archiepiscopi, vel Episcopi de corpore beati Petri assumptũ: quare istud vltimũ sic dicatur habes. s. de ele. significasti. vbi per gl. Ideò autem de Episcopo feci mentionem: quia licet regulariter palleum cõpetat Archiepiscopis & superioribus: puta Primatibus & Patriarchis. facit quod habetur in. c. cleros. xxj. di. tñ ex priuilegio speciali potest etiam competere palleũ Episcopo: vt patet in. c. cũ in iuuẽtute. j. de præsum. sed de iure cõmuni sibi non cõpetit: seu Archiepiscopis & superioribus. Qualis autẽ sit forma huius pallei patebit ex sequentibus. ¶ Secũdò tangit Io. and. 2 † quis habeat concedere palleũ: dic ꝙ quatuor Patriarchæ, de quibus. j. de priui. c. antiqua. habent illud cõcedere Archiepiscopis sibi subiectis. Alijs concedit Papa: facit quod habetur. j. eo. c. nisi. & s. de ele. quod sicut. ad fi. 3 ¶ † Tertiò aduertendum dicit ꝙ scribi debeat istud nomẽ palleũ per e, & nõ per i: & sic nõ debet dici palliũ. Vnde secundum eũ propriè palleum est dignitatis:[e] sed pallium est honestatis, quod etiam deferre potest laicus. j. de homi. c. suscepimus. Et vtrũq; dicitur à palin Grecè: Latinè verò motu & concussione. nã plurimum mouetur palleũ, multoties concutitur ministrando: & pallium etiã mouetur sæpius, vel dicitur palleum à pallore, à palleo palles, quia præ cæteris habẽs vsum pallei debet Deũ diligere ieiunijs, & vigilijs præ cęteris insistẽdo, propter quæ qs pallidus effici cõsueuit. 4 ¶ † Quartò tractat Io. An. de forma pallei: & dicit ꝙ in eo ponuntur quatuor cruces nigræ, seu nigri coloris: quarum prima est ante pectus, seu in pectore. secunda est super brachio sinistro. tertia retro. quarta super brachio dextro. 5 † Et significant dictæ cruces nigri coloris mortificationem vitiorum quæ debet esse in palleato: & sic vt Apostolus dicere possit: mũdus mihi crucifixus est, & ego mundo. ad Gal. vlti. c. Alij dicunt ꝙ dictæ quatuor cruces significãt quatuor affectiones carnales, scilicet gaudium: dolorem: spem & timorem. Prima enim quæ est ante pectus, significat gaudium. Secũda, quæ est à sinistris, significat spem. Tertia, quæ est retro, significat dolorem.

p glo. ff. de in ius vocã. & in. l. ij. C. de iure aure. annu. in quibus oĩbus locis dicit̃ & concludit̃, ꝙ licet beneficiũ aut priuilegiũ debeat latè interpretari cõtra concedẽtem, tñ illud est verũ, & ꝑcedit qñ non est cõtra ius commune: qa si fit cõtra ius cõe, qa est stricti iuris: nõ debet latè interptari etiã cõtra cõcedẽtẽ: sed vt minus lędat ius cõe, ꝙ fieri posset. de quo etiã habet̃ ĩsti. de iu. na. gẽ. & ciui. in. §. planè. & ibi per Aret. & vide p Spec. in titu. de lega. in. §. nũc tractemus. p totũ. & in titu. de instru. edi. & in. §. iiij. & plus dicebat Bal. in. d. l. nec au⁹. & Pau. de cast. in. d. l. beneficiũ. de cõsti. princi. & in. l. auus neptis. ff. de pac. ꝙ debet latè interpretari cõtra cõcedẽtẽ, si in eo tractat̃ de iure cõcedentis, aliàs nõ.

ZACHARIAS.

e ¶ Palleum est dignitatis. ita notat Card. in cle. j. q. ij. de priui. & Spe. ĩ tit. de instru. edi. §. vj. vers. quid de his. & dũ vult dicendũ esse palleũ differẽtię gratia, f à pallio qd ꝑ premio Bal. in. l. ij. C. de dona. ante nuptias. dicit descẽdisse à greco palin sed tu dic palleũ dici hîc, ꝑpriè à palis. i. hũerisq̃m est spalarũ vel humerorũ ornamentũ. & est loco super humeralis, quo vtebat̃ summus sacerdos in lege veteri. Exo. xxviij. & scribit̃ p vnicã l. cognoscere qui pe vocabulorum interptatione potius ad humanitas pertinet q̃ ad iuristas.

Quarta quæ est à dextris, significat timorẽ: & ideò opposito modo ponũtur vna cõtra aliã. Verũ quia huiusmodi affectiones aliquando nimis excedũt, & tunc sunt potius afflictiões: ideò in primis crucibus tribus ponũtur tres actus ad pungendũ & premendum, seu ad denotandũ ꝙ reprimi debet affectiua ne excedat. in quarta nõ ponitur actus: quia per illã significat timor qui portat, secũ sociũ aculei: & sic habet suam picturã. Vel secũdũ alios prima notat gaudium, quæ ideò præponitur ante, quia debet incedere læta facie, in secũda significatur dolor etiã ex parte sinistra. quia in sinistris pendet omne malũ: vnde appellamus malum sinistrũ. per tertiã, quę est retro significatur timor: quia illa nõ videtur: & timemus quæ non videmus. per quartã, quæ est à parte dextera, significat spes: & illa est sine aculeo, seu sine acu: ad denotandũ ꝙ quis debet magis sperare ꝙ̃ timere. Vel secundũ alios, per ipsas cruces designantur quatuor virtutes cardinales, quę debent esse in palleato. per primam, quæ est ante pectus, significatur iustitia, vt sit semper eis præ oculis. per secundã fortitudo contra aduersa, ideò ponitur à sinistris. per tertiã, quæ est retro, designatur prudentia, per quam prouidetur etiã contra ea, quæ est à dextris, designatur temperentia: & quia ista nõ excedit, sed aliâs temperat: ideò caret aculeo seu acu. Et sic residet Io. And. & do. Ant. Sed per hoc non clarè habes formã istius pallei. & ideò potes dicere, vt colligi potest satis ex supradictis, ꝙ est quædam albi seu pallidi coloris rotunda, seu circularis, seu quæ clauditur ad modũ circuli vel coloria ex parte posteriori, licet coloria extẽdatur circa collum. sed palleũ circa brachia, quia habet quatuor cruces modo superius descripto. & ponitur super planetam, & debet esse taliter stricta talis ambitus quæ non descendat in brachijs.

a ¶ Intra. Adde Oldra. consi. xxj.

ZACHARIAS.

¶ Adde eundem cõsil. xlix. Alex. consi. viij. vol. iiij. Bar. in. l. j. in prin. ff. de offic. præfe. vr. eundẽ post gl, in. l. si statua. ff. de iniur. & cano. in c. solitæ. j. de maio. & obe.

b ¶ Intrinsecitatẽ. Vide Alex. in cõsil. viij. in. iiij. vol. Bar. in. l. qui ante calẽdas. ff. de verbo. obli. & in. l. j. §. si intra. ff. de succes. edi.

SVMMARIVM.

1 *Forma data debet seruari.*
2 *Dictio intra, denotat intrinsecitatem eius, cui apponitur.*
3 *Appellatione ecclesiæ an veniat cathedralis tantũ.*
4 *Insignia denotantia iurisdictionem non possunt portari extra limites suæ prouinciæ.*
5 *Archiepiscopus non potest vti palleo extra ecclesiã.*
6 *Processiones debent fieri ab Archiepiscopis cum indumentis Archiepiscopalibus.*
7 *Archiepiscopus potest vti palleo in ecclesia suæ prouinciæ, licet exempta.*
8 *Archiepiscopus potest vti palleo in ecclesiis suæ prouinciæ.*
9 *Appellatione diœcesis an cõprehendatur prouincia.*

CAP. I.

CVm super. ¶ Intra quãlibet ecclesiam prouinciæ suæ Archiepiscopus palleo vti põt: extra ecclesiã non. h. d. In prima ponitur cõsultatio. In secũda responsio. Secunda ibi: *quod ita*. ¶ Casus literalis. In traditione pallei hæc forma seruatur, tradimus tibi palleũ vt vtaris eo intra ecclesiam tuã. Quæsitũ fuit à Papa qualiter hoc verbum intra ecclesiam tuã sit intelligendum? Respondet Papa ꝙ ita debet intelligi intra ecclesiam tuam. i. intra quãlibet ecclesiã tuæ prouinciæ. Si verò in processione vel alio modo exiuerit ecclesiam, tunc palleo vti non potest. Bernard. ¶ In text. ibi: *processionaliter*. i. in processionibus. ¶ Item ibi: *vel alio modo*. puta pro 1 cœmeterijs consecrandis. ¶ Not. primò quòd forma data in traditione rei est seruanda. facit 2 quod habetur in. l. traditionibus. C. de pact. ¶ † Item nota. de dictione intra:[a] quæ no. intrinsecitatem[b] eius, cui apponitur: facit quod habetur. ff. de flu. l. j. §. in publico. ¶ Itẽ no. ꝙ † appellatione 3 ecclesiæ interdũ comprehenditur ecclesia cathedralis, & non solũ ipsa ecclesia, sed etiam ecclesiæ totius ciuitatis diœcesis, & etiã ecclesiæ totius prouinciæ. qñq; tamen strictius sumitur appellatio ecclesiæ. vt tangitur hîc in gl. ij. & facit quod habetur in. c. ij. j. ne 4 præla. vi. su. ¶ † Itẽ no. † ꝙ insignia per quę denotatur iurisdictio vel præeminentia nõ videtur posse portari seu deferri extra limites iurisdictionis: etiã in his quæ sunt volũtariæ iurisdictionis. de quo tãgetur. j. eo. c. ex tuarũ. ¶ † Itẽ not. ꝙ qñ Archiepiscopus exit 5 ecclesiã, non posset vti palleo, etiã in diebus aliâs sibi permissis: vt no. j. eo. c. cũ sis. & etiã probatur in tex. isto. ¶ † Item no. ꝙ proces 6 siones debent fieri ab Archiepiscopo cũ indumentis Archiepiscopalibus. ¶ In gl. ij. ibi: *plenitudo*. vel secũdũ Io. An. denotat & significat ꝙ vtens palleo habeat alas ligatas, quia nõ potest trãsire sine licentia Papæ. s. tit. j. per totũ. Ideò super vtrunq; brachiũ extenditur. ¶ In ea. gl. in fi. supple. & intra ecclesiam tm̃, vt hîc: & oportet etiam ꝙ talis ecclesia etiam sit in sua prouincia: vt hîc etiã dicitur. An † autem possit vti palleo in ecclesia suę prouincię si illa ec 7 clesia sit exempta? dic ꝙ sic, vt hodiè est expressum in cle. ij. de priuile. † An autẽ in tota prouincia poterit vti palleo intra ecclesiam 8 in diebus permissis: quidam dicunt ꝙ non: sed solũ in diœcesi sua: tamen exponunt hîc literam, dum dicit prouinciæ. i. diœcesis: sic aliâs econtra: diœcesis ponitur pro prouincia. ix. q. ij. c. Episcopi. sed Host. dicit literam intelligendã vt iacet. & sic extra suã diœcesim in qualibet ecclesia suæ prouinciæ poterit vti pallio. ¶ Quid 9 † autem si fiat de diœcesi mentio in literis ad lites: vel de ecclesia cathedrali, an tũc cõprehẽdatur? dic vt. s. de rescrip. c. Rodulphus. in literis verò ad beneficia. dic vt in. c. accepimus. j. de æta. & qualit. cum ibi not. per glo. & in. c. pro illorum. j. de præben. & eo. titu. quanuis. lib. vj.

SVMMARIVM.

1 *Archiepiscopus debet cum pallio sepeliri.*
2 *Iura personalia non possunt ad alios transferri.*
3 *Archiepiscopum potest Archiepiscopus inuitare ad celebrandum, non tamen potest ei pallium commodare.*
4 *Clericus non potest sepeliri cum vestibus sui ordinis, nec laicus cum vestibus pretiosis.*
5 *Contra effodientes sepulturæ est statuta pœna sacrilegij.*
6 *Pallium potest accommodari vt videatur.*
7 *Archiepiscopus translatus ad alium Archiepiscopatum, debet sepeliri cum ambobus pallijs, & pallium non remanet in ecclesia ad quam fuit promotus.*

CAP. II.

AD hoc. Archiepiscopus alteri Archiepõ palliũ commodare nõ potest. h. d. Et in prima ponitur consultatio. In secũda responsio. Secunda ibi: *inquisitioni*. ¶ Casus literal. Quæsitũ fuit à Papa vtrũ Archiepiscopus possit alij Archiepiscopo palliũ suum accõmodare. Respõdet ꝙ non. cùm pallium personã non transeat, sed cũ pal 1 lio suo quisq; debet sepeliri. B. ¶ † No. ꝙ pallium est quid personale, & sequitur personã vsq; ad mortẽ: & ideò debet cũ pallio se 2 peliri. ¶ † Itẽ not. ꝙ iura personalia nõ possunt ad alios trãsferri, & per consequens cõmodum. facit quod habetur in. l. quia tale. ff. 3 sol. mat. & j. de reg. iur. c. priuilegiũ. lib. vj. ¶ † Vlti. no. quod dictũ est in summario. videbatur tñ in contrariũ. quia Archieps potest inuitare aliũ Archiepiscopum ad celebrandũ in propria diœcesi. vij. q. j. in. c. Episcopi. & ideò videbatur ꝙ per quandã consequentiam posset etiã ei pallium accõmodare. arg. j. de offi. deleg. c. prudentiã. Sed contrarium hîc decidit per rationẽ literæ. & quia etiã posset inuitatus sine pallio celebrare. j. eo. c. fi. & ideò nõ sequitur ꝙ licet possit inuitare ad celebrandũ, ꝙ per hoc posset palliũ accommodare. ¶ In gl. j. ibi: *cuius est parochia*. & de hoc dic vt dicetur in. c. ex tuarum. hîc alleg. ¶ In ea. glo. j. in fi. & de hac materia in regula priuilegiũ. j. de regu. iur. lib. vj. & per legistas. in. l. quia ta 4 le. ff. sol. mat. ¶ † In glo. ij. in fi. nec debet etiam laicus inuolui vestibus & ornamentis pretiosis etiam nõ sacratis: vt patet in. d. §. funeris. posset etiam dici ad. c. nemo. ꝙ prohibet tunc clericum sepeliri cum

a ¶ Sacrilegij. Adde Ro. consi. clxxxv. vbi ponit de quadā matre, quæ cadauer filij spoliauit, an deberet priuari legitima.
Antoni. Francis. ¶ An spolians cadauer, cū aliàs sibi legitima deberet, vel aliquid forsan esset sibi relictū in testamento talis defuncti cuius cadauer spoliauit, debeat priuari legitima vel relicto. dicas ꝙ sic, propterea quia videt iniuriam inferre ipsi defuncto. vt per d. Nellū in tra. bānitor. in. ij. parte vltimi tēporis. in. iij. q. vbi dicit ꝙ furans, vel spolians cadauer, vel pcutiēs, teneẽ pœna statuti loquētis de furante percutiēte, vel iniuriante. ad quod etiā vide Bal. in. l. sororē. in fi. C. de his qbus vt indig. & per Pe. de Anch. in cle. j. de pœni. & rem. dicit tñ Pau. de ca. in cōsi. xxxv. incip. Sup primo quęsito. in vlti. col. ꝙ si quis spoliaret cadauer hoīs à se occisi in continenti, nō teneret de robaria, sed si ex interuallo, tūc teneret: qa videret nouū delictū committere de quo plenè per Ang. Are. & per apostillātes super eo in trac. malefi. in gl. in ver. & vestem cęlestinā abstulit. Adde tñ ꝙ cadauer sepultum cōtra edictū ecclesię debet exhumari: aliàs aūt nō. secundū Bald. in. l. principaliter. la. j. C. de lib. cau. Imò si cadauer esset sepultū in aliena sepultura, non posset exhumari sine licētia Epi. vt no. Bald. in. l. ossa. ff. de relig. & sump. fun. & habet per Bar. Cepo. Vero neñ. in trac. de serui. in tit. de seruit. vrb. prędi. c. xxx. Nūquid aūt cadauer posset darime dicis ad anothomiā faciēdā. Bart. no. q. in. l. fi. ff. de cadauer. puni. & nihil decidit: tñ cōmuniter practicat ꝙ sic. Adde tñ ꝙ qñ ex forma statuti posset quis impune offendi: intelligeret si esset viuus, aliàs autem mortuus non posset offendi. de quo etiā p Flor. in. l. binas. in fi. ff. de ser. vrb. prædi. & per. Albe. de Rosa. in. iiij. parte stat. q. xxj. incip. Si statuto cauet. Imò dicit Salic. in. l. qui sepulchri. de sepul. viola. ꝙ si quis derobaret bannitum etiam post mortem ante aditam hæreditatem, committeret crimen expilatę hæreditatis: quod est menti tenendum.

b ZACHARIAS. ¶ Appellari Archieps. Adde istum in. c. suffraganeis. & in. c. significasti. s. de elec. etiam si esset confirmatus: vt ibi. & in. c. quod sicut. §. sup eo. ti. Ber. de fir. in tract. de Epo in prima parte. iij. partis. q. iij. & Feli. in. c. eā te. co. j. de rescr. Imò nō pōt ante receptū pallium, quæ sunt honoris & dignitatis. vt hîc dr. qa in pallio inest plenitudo ptātis. vt no. i. c. j. di. c. & ibi Car. Alex. col. ij. vers. secūda conclusio, añ receptū palliū. &c. & Bar. Brix. in sua sum. in litera crux. & & Car. Mā. in suo trac. de elect. pte. j. in. c. lvj. in gl. j.

SEB. SAPIA. c ¶ Noie pprio. vide Abb. in. c. j. col. fi. j. de iudic. & in proœ. Gregoria. vbi Fe. post alios. & Bart. in proœ. ffōrum.

Antoni. Francis. d ¶ Dū tñ nō mentiat. Nūquid liceat mētiri ad palliādū delictum alterius. Dicas ꝙ etiā pro corporali vita alterius seruandanō licet mētiri. c. nequis. & c. faciat homo. & c. oē gen⁹. & c. seq. xxij. q. ij. V trū verò liceat verbis duplicibus occultare veritatē. gl. j. in. c. inter cętera. §. sed cū his. in ver. decepti. xxij. q. iiij. vr dicere ꝙ non. de quo tñ vidē p Hosti. in sum. de pœni. in. §. q interrogationes. versi. qd si aliqs quærit. & hr per bea. Tho. ij. ij. q. cx. artic. iij. & ibi etiā ponit qñ mēdacium sit peccatum mortale vel non. de quo vide p gl. in. c. nequis arbitret. xxij. q. ij. & per gl. in. c. fin. j. q. vj. & vide etiā per bea. Tho. in. iij. sen. di. xxx. viij. arti. ij. & iiij.

SEB. SAPIA. e ¶ Non est licitū. Vide pulchrū dictū Ang. in. l. iiij. §. fi. ff. de cōdi. ob cau. & ibi etiā Iaso. vbi refert ꝙ cū beatus Franciscus esset perusij, fuit interrogatus ab insequentibus homicidam an vidisset transeuntem, respondit: hac non transiuit, ostendens manicam suā: transiuerat enim sed non per manicam.

liri cum vestibus sui ordinis: vt etiā seruat consuetudo vniuersalis ecclesiæ. Et sic quod dixit gl. de vestimentis sacerdotalibus, habet etiā locum in alijs vestimentis clericorū inferiorum à sacerdote. ¶ † Cōtra eos qui effodiunt sepulturam causa derobādi vestes est statuta pœna sacrilegij: [a] vt habet in. l. pergit. C. de sepul. viola. & in aut. ibi etiam posita, est statutū vt ante nouem dies à die mortis defuncti non debeat quis molestari ex persona defuncti. ¶ † Extrà glo. dicit hîc Io. And. ꝙ ibi quantùm hîc prohibetur pallium accommodari: debet intelligi qñ accommodaretur pro vtendo, sed non pro videndo, puta vt sartor possit videre eū aliud faciendo. ¶ † Tangit etiā quid si Archiepiscopus transferat ad alium Archiepiscopatū cûm nouum pallium debeat habere pro ecclesia ad quā trāsfertur, nec poterit vti priori: vt habes s. de postul. præla. c. bonæ. el. ij. ad fin. quid fiet tpe mortis. & dicit ꝙ debebit cum ambobus sepeliri, & poterit primò poni primū palliū, & secūdò super illud poni secundū. Alij verò dixerunt ꝙ corpus vestietur vltimo pallio, & primum ponetur super corpus vel sub capite. secundū Inn. & hoc videtur rationabilius Hosti. & quod dictū est de duobus pallijs: idē erit dicēdum si Archiepiscopus ad plures ecclesias fuisset translatus, & sic plura pallia habuisset. Et not. bene practicam, quia per eam videtur ꝙ primum pallium nō remaneat in ecclesia ad quam Archiepiscopus primò fuit promotus: sed debeat secum ipsum portare: licet illo non debeat vti amplius, sed nouo dato sibi pro ecclesia ad quam est translatus. glo. tamen videtur sentire contrarium in. d. c. bonæ. el. ij. ad finem, quòd pallium primo datum remaneat in prima ecclesia: sed doct. hoc non dicunt. Tene vt patet ex superius dictis.

SVMMARIVM.

1. *Ante traditionem pallij non transfertur plenitudo pontificalis officij.*
2. *Argumentum à nomine appellatiuo procedit: secus à nomine proprio.*
3. *Quæ potest Archiepiscopus confirmatus ante acceptionem pallij.*
4. *Quando maleficiū prælati possit & debeat palliari.*
5. *Simulatio approbatur.*
7. *Episcopus non debet appellari Episcopus ante consecrationem: & idem in Archiepiscopo ante pallij receptionem.*
8. *An quis potest facere illud, quod tendit in commodum suum, & nocet alteri.*

CAP. III.

Nisi specialis. Per pallium transfert plenitudo pōtificalis officij & nomē Archiepiscopale. h. d. Et primò decisè narrat factū. Secundò illud aggrauat. Tertiò concludit. Secūda ibi: *sanè*. Tertia ibi: *Tu ergo*. ¶ Casus literalis. Troianus Episcopus postulatus fuit ad Panormitanā ecclesiam: legatus Papę qui erat in partibus illis dedit ei licentiam transeundi sine licentia Papæ: ille statim appellauit se Archiepm antè, quā palliū suscepisset in quo confertur plenitudo pontificalis officij: & ipse Cardinalis factū suum taliter studebat palliare, vt in confusionē sedis Apostolicæ non redundaret: quia potius Papa illū elegit confundere quā velle fœdare sedis Apostolicæ dignitatem. B. ¶ In text. ibi: *& intra.* ibi: fortè deciditur: ꝙ Papa dicebat ꝙ nisi fuisset dilectio quam habebat ad ipsum acriter puniuisset eū ex eo ꝙ dederat licentiā ꝙ Troianus Eps postquâm transiuerat ad ecclesiam Panormitanā. vt. j. sequitur: se appellauit vt Archiepiscopum: nam hoc facere non debuit. vel dic ꝙ deciditur id quod habetur in. c. nisi. j. de offi. lega. quod est pars huius. ¶ † Not. j. ꝙ ante traditionem pallij nō confertur per aliquē actū plenitudo pontificalis officij: nec nomen pōtificale, seu Archiepiscopale. & sic patet ꝙ ante pallij traditionē quis nō debet appellari Archiepiscopus. [b] Et ex hoc no. ꝙ nomē sequitur post plenarium officium, cōplementū plenarię potestatis. ¶ † Et per hoc videtur ꝙ à noīe licitū sit arguere pro effectu. quod videt procedere in nomine appellatiuo. facit quod not. p legistas. in. l. ij. §. appellata. ff. si cer. peta. & in. l. eum qui. ff. de verb. sig. secus in noīe proprio: [c] quia imponitur ad beneplacitū. l. fi. §. pe. ff. ad muni. & no. per Bar. sup rub. ff. sol. mat. & facit quod habetur in. l. ad recognoscēdos. C. de inge. manu. † Aduerte tñ ꝙ licet ante acceptionē pallij quis non consequatur nomen Archiepi, nec plenitudinem pōtificalis officij. tñ per actum confirmationis recipit potestatem quo ad illa quæ sunt iurisdictionis. s. de ele. c. trāsmissam. & dictū fuit. s. tit. præce. c. j. quod intellige, saluo ꝙ in minoribus, sicut est cōuocare conciliū prouinciale vt in cap. ꝙ sicut. §. præterea. s. de elect. & etiam patet in. d. c. trāsmissam: vbi excipiuntur maiora, seu maiores causæ. Potestas autem in his quæ sunt ordinis demū habetur post receptionē pallij. d. c. quod sicut. §. pręterea. & c. di. in. c. j. & s. tit. j. per totū. ¶ † Itē not. ꝙ maleficium prelati potest & debet licitè palliari & emēdari, ne transeat in exemplū populi, vt scādalum euitetur. Intellige ꝙ iustum est palliare: dum tamen nō mentiatur [d]: quia hoc nō est licitum. [e] xxij. q. ij. per totū. palliare mentiendo, dicendo ꝙ potestas fuerat super hoc à sede apostolica data cū verè non esset, sed poterit hoc modo palliare secundū Inn. quia in suis sermonibus & excusationibus poterit vti verbis duplicibus: vt dicendo quòd qui eū reprehendunt nō viderunt sua priuilegia. & ꝙ bene esset supinus si specialiter reseruata Papæ fine

a ¶ Præferre. Adde quod voluit Old. consi. xciij.

ZACHARIAS.
b ¶ Debet appellari Eps. Vide istũ in. c. eam te. & ibi Feli. plenè col. v. ver. iij. restringit. s. de rescri. posui in apos. ad istũ in c. cũ in cunctis. §. cũ verò. nu. 2. in apo. in ver. elect⁹. s. de elec. secus tñ est in Abbate & Abbatissa. vt no. in. c. j. de sup. neg. præla. & iste in. c. meminimus. & ibi Feli. in prin. de accu. & qd in Papa. vide eundẽ Feli. in. d. c. eã te. ver sic. ij. restringitur. posui in apost. ad istum. s. in proœ. Greg. nu. 2. & in c. nosti. num. 3. in ver. ante cõsecrationem. s. de elec.

SEB. SAPIA.
c ¶ Vt noceat. Vide Sali. in. l. altius. C. de ser. & aqua. vbi dicit ꝙ si quis ædificare vellet turrim vt videret moniales, vel indo mũ vicini, potest ꝓhiberi: dato ꝙ vnicuiq; liceat ędificare altius. ad ꝙ multa cõgerit. d. Ias. in. l. ex hoc iure col. ij. ff. de iust. & iu. & ibi ponit ꝙ in dubio qs nõ pręsumitur facere ad emulationem vel iniuriã alteri⁹. multa etiã ponit Ias. in repe. l. quo minus. in nota. ff. de flumi.

SEB. SAPIA.
d ¶ Dictio semper. Vide de hac dictiõe Ang. in auth. de hære. & fal. in prin. in versi. semper & Bal. in. l. aduersus. in vltimo not. C. de vsu. vbi dicit ꝙ verificatur in his quæ habẽt in se temporis interuallum. Spe. in tit. de resti. in integrũ. §. iiij. circa medium.

speciali mãdato præsumeret in his ꝑ quæ non mentiet: sed palliabit quod fecit. & de istis ver bis duplicibus quo ad aliam materiã, etiam po- 5 suit Spe. in tit. de aduo. §. iã nũc. in prin. ¶ † Et ad prædicta facit, quia simulatio approbatur. vt. j. ꝙ met. caus. in. c. j. & saluator noster etiam finxit se discipulis longius ire, qñ apparuit vt peregrinus post resurrectionem. j. q. j. c. quod 6 quidam. §. ex his. ¶ † Itẽ not. ꝙ vbi ex facto inferioris sequi potest cõfusio ipsius superioris, ad verecundiã subiecti eius interuenit culpa quæ lædit suum honorem. ¶ Et ex hoc potest notari illud vulgatũ. ꝙ prima charitas debet incipere à se: facit quod habetur. C. de serui. & aqua. l. præses. Potest notari etiã ꝙ quis debet a & licitè potest honorem suũ alteri præferri. [a] 7 facit. l. Iulianus. ff. si quis omis. causa test. ¶ † In gloss. j. similiter nec electus Eps debet appel- b lari Episcopus [b] antè, quàm sit consecratus: vnde promotus in Archiepiscopum ante pallij receptionem licet sit consecratus in Episcopum, seu ad ordinem Episcopalem, non appellabitur Archiepiscopus, sed appellabit electus & non Episcopus: vt etiam no. gl. j. de relig. do. 8 in. c. j. ¶ † In gl. fi. in fi. Solue vt not. in contrarium per glo. & j. de reg. iur. c. locupletari. libr. vj. conclusio est ꝙ si quis faciat aliquid quod tendit ad commodũ suum, & facit illud principaliter vt noceat: [c] hoc nõ est licitum: & sic de c bent intelligi cõtraria. secus si hoc faceret principaliter propter commodũ suum, licet in cõsequẽtiam alius dãnum patiatur: quia tũc hoc est licitum, dũmodo aliàs iuridicè fiat. hoc patet. s. de elect. c. cum ecclesia vulterana. & l. j. §. deniq;. ff. de aqua plu. arcen.

SVMMARIVM.

1. *Solus Papa vtitur pallio in missarum solemnis in omni loco.*
2. *Pallium significat plenitudinem pontificalis officij.*
3. *Archiepiscopus vtitur pallio in sua ecclesia, & in ecclesijs suæ prouinciæ certis temporibus.*
4. *Dictio semper: denotat tempus: dictio vbi locum.*
5. *Quibus diebus de iure Archiepiscopus vtitur pallio?*
6. *Scæna quid: & habens vsumfructum vestis scænicæ non potest illa vti nisi in scæna.*
7. *Ex priuilegio, vel ex consuetudine potest habere quis ius portandi insignia extra prouinciam.*
8. *Pallium instanter est petendum, & debet peti intra tres menses à die consecrationis de iure, nisi fuerit impeditus.*
9. *Si nuntius missus pro pallio moriatur in via, vel infideliter agit, an sufficiat ad pœnam euitandam quòd nuntium semel misit?*
10. *Quid debet habere in mandatis nuntius missus pro pallio?*
11. *De consuetudine procurator capituli, vel vnus canonicus petit pallium nomine electi.*

CAP. IIII.

AD honorem. Romanus põtifex semper, & vbiq; vtit pallio. Alij verò tãtummodò in suis ecclesijs, & certis diebus tm̃. h. d. Et duo sunt dicta, quæ patent. Secundũ ibi: *Alij autem.* & ratio vtriusq; assignatur, vt patet ex litera. ¶ Casus literalis. Quæsitũ fuit à Papa qñ & vbi ipse pallio vtitur: & qñ & vbi alij Archiepiscopi pallio vti debeant? Respõdet ꝙ Romanus pontifex solus intra missarũ solennia semper vtitur, & vbiq;, quia assumptus est in potestatis plenitudinem. Alij verò nec semper, nec vbiq; sed in ecclesia sua in qua acceperunt iurisdictionẽ certis diebus debent vti: quia vocati sunt in partem solicitudinis, nõ in ple- 1 nitudinẽ potestatis. Ber. ¶ † Not. ꝙ solus Papa semper vtitur pallio in missarum solẽnijs, in omni loco in quo contingit eum cele- 2 brare. ¶ † Item no. ꝙ pallium significat plenitudinem potestatis, seu plenitudinẽ pontificalis officij: vt patet. s. c. proxi. Et sic no. ꝙ vnum & idẽ aliter significat in persona vnius: aliud in persona alterius. facit quod habetur. j. de sacr. vnc. c. j. & de præsump. c. illud. 3 ¶ † Item not. ꝙ Archiepiscopi solũ vtuntur pallio in ecclesia propria, & in ecclesijs suæ prouincię solummodò certis temporibus. 4 Et quæ sunt illa certa tempora, seu illi dies: tangit hìc gl. ¶ † Item d not. ꝙ dictio semper [d] notat tẽpus: dictio vbiq;: locum. & de ista dictione semper: habetur in. c. ij. j. de resti. in integ. & ff. sol. mat. l. j. in quibus patet ꝙ etiam quandoq; non notat tempus. ¶ † In gl. j. ibi: *de corpore beati Petri:* etiam in altari consecrato in honorẽ sancti Petri: vt not. per gl. de elect. c. significasti. ¶ In ead. gl. ibi: *tribus diebus.* Host. dixit de quatuor. & dicit Io. An. ꝙ ei plus videtur credẽdum, quia fuit palliatus ex eo Archiepiscopus, licet posteà fuit 5 Cardinalis. ¶ † In ea. gl. in fi. Not. bene ex glo. quibus diebus de iure potest vti Archiepiscopus pallio. vnde in alijs diebus nõ poterit nisi aliud habeat priuilegiũ ecclesię suæ, vel sibi commissum. ¶ In gl. ij. ibi: *cum cingulo.* s. militari. ¶ In ea. glos. ibi. l. j. sed secus etiã in Archiepiscopo, qui non vtitur pallio nisi in sua prouincia: vt hìc 6 patet, & in. c. proxi. Et quę sit ratio diuersitatis ibi dicet. ¶ † In ea. gl. ibi: *in scæna.* dicitur scæna locus obũbratus cortinis in quo fiebant ludi ad placendũ populo: vt tangit gl. in. l. ij. in fi. ff. de his qui not. infa. vel secundũ Ioan. And. scæna erat locus ad modũ domus cũ pulpito, vbi stabant recitãtes comædias & tragædias ad placendum populo: & fortè certa veste vtebantur in tali loco: ideò appellabatur vestis scænica. vnde ex qualitate vestis videtur quis habere vsumfructum illius vestis vt nõ vtatur nisi in scæna. ¶ † In ead. 7 gl. in fi. Sol. ꝙ ibi dicebatur ex priuilegio, vel cõsuetudine cõpetere ius portandi insignia extra prouinciã: hìc aũt dicitur ꝙ de iure cõmuni nõ est licitum illũ deferre extra prouinciam: & ideò non 8 ob. ¶ † Extra gl. dicit hìc Ioã. And. ꝙ pallium debet fortiter, & cũ magna instantia, & frequenter postulari: vt. c. dist. c. prisca. nisi de gratia aliud fiat: vt de postula. pręla. c. bonę. el. ij. & de elect. c. significasti. Item debet palliũ peti intra tres menses à die cõsecrationis, & si hoc nõ fiat, carebit cõmissa dignitate. c. di. c. j. Et feretur hæc snĩa contra ipsum per Papã: quia inferior hoc non posset. iij. q. vj. c. accusatus. Et hæc vera, nisi fuerit impeditus: quia tunc interdũ etiam posset habere annũ & vltra. vij. q. j. c. constitutũ. &. lxxv. di. c. qñ quidam. sed cessante impedimento videtur ꝙ elapsis tribus mensibus à die consecrationis incurrat hanc pœnã. & tenuerunt hoc Hug. & Io. And. Nec obst. quod habetur de translati. Episcopi. in. c. ij. in versi. sed neq;. vbi videtur ꝙ elapsis quinq; mensibus hanc pœnã patiatur quis. Responde ꝙ hìc loquitur in Archiepiscopo, cui minus tẽpus datur propter maius periculũ quod versat in dignitate Archiepiscopali. arg. c. quiescamus. xlij. dist. Refert tamen Io. And. quod alij dicunt ꝙ nec etiam Metropolitanus patietur hanc pœnã, nisi demum elapsis quinq; mensibus. & hanc partẽ videtur tenere Host. dicẽs ꝙ videtur magis amicari literæ: & subdit etiã ꝙ licet de rigore videatur procedere opi. Hug. & Io. an. tñ de consuetudine nõ seruatur: & sic potest dici ꝙ de consuetudine abijt. iiij. dist. c. in istis. § leges. Dicit etiã ꝙ sufficit nuntiũ mittere intra quatuor menses. nec est necesse ꝙ intra illos petat palliũ, vel se repræsentet: quia secundum eum quidã sunt tantùm longinqui quòd non posset nuntius in prima die consecrationis constitutus intra illud tempus ad sedem apostolicam venire: & de materia habetur in. d. c. quoniam. c. dist. & de iure satis videtur probari opin. 9 Hug. & Io. an. licet (vt dixi post Host.) non seruetur. ¶ † Quid autem si misit nũtium intra tempus, & moritur in via: vel aliter infideliter agit, an sufficiat ad pœnam vitandã quòd semel intra tres menses nuntium miserit? dicit quòd non, imò ex quo scit ex illo tẽpore qui ad Metropolitanum peruenerit impedimẽtum mittere debebit

debebit quã citò commodè poterit: vel saltē intra alios menses à tempore notitiæ. facit quod habetur. j. de elect. c. cupientes §. ad hæc. & c. si electio. libr. vj. Et si interim impediatur, secūdus tenetur mittere tertium: eodē modo successiuè, facit quod habetur. in. l. ij. §. si mater. cū §. seq. ff. ad tertu. ¶ † Quid aūt debeat habere in mandatis iste nuntius qui mittitur per Archiepiscopū pro pallio: ponit Io. And. ponendo. vj. vel. vij. quæ debet habere in mandatis: de quibus hîc per eum. ¶ † Et quæ dixi. s̄. procedunt de iure. Sed de consuetudine curiæ secundū Hosti. electus non habet petere pallium post consecrationē sed procurator capituli, vel vnus canonicus nomine electi. Ideò attenta tali consuetudine nō noceret ipsi electo si nō peteret palliū. de quo hîc per Io. & tãgit etiã. d. An.

SVMMARIVM.

1 *Archiepiscopus non potest vti pallio extra prouinciam.*
2 *Et non potest induci per consuetudinem.*
3 *Consuetudo generalis dicitur quæ seruatur in vna prouincia.*
4 *Priuilegio potest concedi vt Archiepiscopus vtatur pallio extra prouinciam.*
5 *Priuilegium debet interpretari sine alterius præiudicio.*
6 *Quid sit rationale?*
7 *Insula potest vti Archiepiscopus extra prouinciam celebrando missam.*
8 *Quæ sit ratio quòd proconsul vtitur insignijs extra prouinciam & idem in legato Papæ: & Archiepiscopus non.*
9 *Si Archiepiscopus est translatus ad aliquam ecclesiam, portat secum pallium sibi concessum pro prima ecclesia.*
10 *Quando requiritur indulgentia quando Archiepiscopus celebrat, vel ordinat extra prouinciam?*
11 *Episcopus potest ordinare clericos suos, si clerici cōsentiant, & si consentiant diœcesanus loci.*
12 *Quis sit ille qui habet consentire, vt Archiepiscopus vtatur pallio extra prouinciam.*
13 *Priuilegium quòd Archiepiscopus possit vti pallio extra prouinciam, an transeat ad successores?*

CAP. V.

Ex tuarum. Archiepiscopus extra suam prouinciã pallio vti non potest, etiã si hoc habet cōsuetudo. h. d. In prima parte ponit petitio gratiæ cōtinens motiuum petentis. Secūdò ponitur petitionis limitata exauditio motiuum reprobans. Secūda ibi: *licet.* ¶ Casus literalis. Archiepiscopo Cōpostellano in traditione pallij dictū fuit: accipe pallium, & vtaris eo intra ecclesiã tuam: ipse pro negotijs ecclesiæ suæ frequenter exibat prouinciam suã: vnde reputabat sibi ad verecundiam ꝙ pallio non vteretur: cū alij Archiepiscopi de hispania de consuetudine extra prouinciam suã pallio vterētur: quare petebat ꝙ extra prouinciã possit vti pallio. respondit Papa licet cōsuetudo illa dicēda sit potius corruptela, tamen de speciali gratia cōcedit eidē, vt si aliqua necessitate fuerit impeditus: vt ad ecclesiam sibi subiectam accedere non possit pro consecrandis suffraganeis suis, vel clericis ordinandis, & ad ecclesiam alienã necesse habeat declinare, vtendi pallio habeat facultatē in iam dictis casibus: dummodò ille ad quē ecclesia pertinet id permittat. Ber. ¶ † Not. ꝙ Archiepiscopus non pōt vti pallio: & sic insignijs præeminentiã notãtibus extra prouinciam. ¶ † No. ꝙ per consuetudinē non pōt induci vt Archiepiscopus extra prouinciã vtatur pallio, etiã si sit cōsuetudo generalis. ¶ † Not. ꝙ dicitur cōsuetudo generalis, quæ seruatur in vna prouincia de quo in. c. cū dilectus. s̄. de consuetudi. ¶ † No. ꝙ priuilegium potest concedi vt imminente necessitate ordinationis, vel cōsecrationis, Archiepiscopus vtatur pallio extra prouinciam: & sic patet ꝙ de iure cōi non potest. Et ex hoc habes etiã ꝙ plus potest interdum priuilegium quàm consuetudo. ¶ Nota ꝙ priuilegiū de vtendo pallio extra prouinciã, intelligitur si ille ad quē pertinet ecclesia in qua vult vti, cōcedat hoc, quod qualiter intelligatur. j. dicetur. ¶ † Et ex hoc etiam no. ꝙ priuilegiū strictè intelligi & interpretari debet, quatenus tãgit alterius prejudicium:[a] & ideò talia priuilegia[b] de quibus loquitur litera, intelliguntur concessa absq; præiudicio alterius. facit quod dictū fuit in. c. fi. s̄. tit. j. ¶ † In glo. ij. ibi: *rationali.* quid aūt sit rationale dicunt doct. ꝙ est ornamentū pontificale, vel sacerdotale. de quo habebaĩ in veteri testamento. Exo. xxviij. c. nàm erat pannus quadrangularis ad latitudinē palmæ habens. xij. lapides preciosos infixos, & in eo scripta erãt hæc verba: manifestatio est veritatis. Alij verò dicunt ꝙ erat ornamentum rotundum, politum in pectore, vbi scriptū erat: manifestatio veritatis: sed istud ornamentū hodie non est in vsu. ¶ † In ea. glo. ibi: *insula.* potest intelligi ad literam prout zona: vel poterit accipi insula pro mitra. Nam illa poterit vti vbiq; etiam extra prouinciã celebrando missam. per ea quæ dicentur. j. eo. in. c. cū sis. & quæ no. per gl. de priui. in cle. ij. in fi. Et est ratio diuersitatis quare his insignijs vtatur etiã extra prouinciam, & non pallio: quia per illa non designatur plenitudo officij, sicut per pallium, facit quod habetur. s̄. eod. c. nisi. ¶ † In glo. iij. in fi. Fortè voluit gl. ꝙ aliud in Proconsule, qui vtitur insignijs etiam extra prouinciam sibi decretam. aliud in Archiepiscopo: tamen aliter non assignauit rationem diuersitatis.[c] Bene dicebat Gof. ꝙ illud contingit in Proconsule retione mittentis. Nã mittitur à principe, & habet iurisdictionē volūtariam, & illam exercet antè, quàm veniat ad prouinciam sibi decretam. l. j. ij. & iij. ff. de offi. procon. & simile contingit in legato Papæ: quia etiã exercet iurisdictionē volūtariam: & vtitur etiã insignijs legationis extra prouinciam sibi decretã. j. de offic. leg. c. pen. hîc autem loquitur in Archiepiscopo, qui non mittitur per Papam, licet non confirmetur per eū, ideò vtitur insignijs solū intra prouinciam suam. Hosti. verò dicebat ꝙ in Proconsule & similibus, si vtatur insignijs suæ dignitatis nulli fit præiudiciū. hîc secus: quia illud insignium videtur significare. i. ꝙ locus in quo talia insignia portantur subiaceat iurisdictioni insigniti: facit quod dicit Inn. & sic residet Ioã. Andr. & d. Ant. nec declarant quare per insignium magis alteri fiat prejudiciū. sed potes dicere ꝙ istud insignium datur vt. j. certū locū ipsius insigniti vtatur. videtur per consequens quòd denotaret locum alterius prouinciæ in quo vteretur esse illius subiectionis: & sic quodammodò fieret alteri præiudicium, ideò illo non potest vti de iure cōmuni extra prouinciã, vel potes dicere ꝙ istud cōtingit exeo: quia expressè fit limitata concessio, vt intra prouinciam: seu ecclesias suæ prouinciæ vtatur. & ideò meritò non potest vti extra prouinciam: quia excederet limites concessionis sibi factæ, quod esse non debet, cùm limitata concessio limitatum debeat parere effectum. j. de offic. delega. c. p. & g. & s̄. de rescri. c. cùm dilecta. & l. in agris limitatis. ff. de acquir. rerum domi. sed in Proconsule non reperitur limitata concessio insigniorum: nam illis vtitur quo ad voluntariam iurisdictionem extra prouinciã. ¶ † In glo. in ver. *consuetudo.* in fin. Not. bene glo. quæ videtur velle ꝙ pallium concessum pro prima ecclesia remaneat in illa si Archiepiscopus transferatur ad aliam. & idē videtur voluisse glo. in. c. bonæ. ad fi. el. ij. s̄. de postu. prælat. Sed contrarium tenent doct. in. c. ij. s̄. eod. & ibi dixi. vnde dum glo. dicit ꝙ non transfertur quantū ad vsum, sed bene portabat illud secū, vt cum illo sepeliretur, secundum formam, quam dixi in. d. c. ij. ¶ † In glo. in ver. *indulgemus.* in fin. Sentit glo. ꝙ vbi inuitatur Episcopus, vel Archiepiscopus in aliena diœcesi, vel prouincia, ꝙ

ZACHARIAS.
a ¶ Alterius præiudiciū. Non enim præsumitur princeps in tertij præiudiciū priuilegiū concessisse: vt notat iste plenè in. c. quis in princi. & ibi in apost. meis post alios. s̄. de rescri. cū concor. de quibus ibi. Etiam secundū Imo. siue ex principis gratia, siue à iure cōcedatur. vt p Imo. in. c. j. de præscrip. quis cōcessum esset motu proprio. vt per Io. an. in. c. si motu proprio. de preben. lib. vj. in nouel. de quo plenè p Bal. in. c. j. §. si quis de mãso. in. vij. col. in fi. de contro. inuestig. in feu.

SEB. SAPIA.
b ¶ Talia priuilegia. Vide Feli. in c. causam quæ. de testib. Deci. in. c. quę in ecclesiarū. col. vij. in fi. & col. xij. de cōsti. & latè Modernos. in. l. Gallus. §. & quid si tm̄. ff. de liber. & posthu. & hoc procedit etiã si priuilegiū fuerit cōcessum motu proprio. secundū Abb. in. c. j. in vj. col. de iudi.

ZACHARIAS.
c ¶ Rationē diuersitatis. Vide de ratione per Imo. in c. cùm contingat. de ęta. & quali. & Io. an. in. c. Abbates. de priuil. libr. vj. in nouel. & Bartol. in tract. de insig. & armis. in. ij. colum. versic. sed quæro.

[a] ¶ Nō videt̃ impedire actū voti. Vtrū infirmitas impediat votū.dicas ꝙ in voto pl⁹ attēdit̃ intētio ꝙ verba. c. si cupis. xvj.q.j.c. qđ' super.de vo.& ideo si esset emissum in graui infirmitate, q̄ excluderet aīū, & intentionem,ac mentē vouentis:nō obligaret.aliâs secus. vt in.c.licet. & in. c. sicut nobis. & in c.porrectū.de regula.& ideò dicebat.Tho.secundū secūdæ.lxxxviij. arti.j.ꝙ votū consistit in solo ,ppo sito volūtatis:& vide eūdē in ea.q. arti.iij .& in.iiij. ar.ij.vbi ponit an q̄n dotū obligat ab sui obsernātiā & ipse ĩpa.q.xxxviij.ar.iiij.dicit ꝙ pueri ante annos discronis non obligantur ex voto: quia nō dicuntur habere dispositionem mentis, ꝙ discretionē voluntatis.& ibi etiam ponit,quid de seruo, & religioso,de alijs subiectis alteri vt de vxore,& de filiofamilias,vtrū tales obligentur ex voto.

[b] ¶ Sed cōtra tene, Adde,Cal.cōsi.v. de regu.

[c] ¶ Quod est notādū.Adde vidēdū Pau.de ca.cōsi.cc vij.in primo impressis.& Anton. de butri . consil. xxxiiij.

SEB. SAPIA.

[d] ¶ Hortatiua.Vide tamē glo.in.c. j.in verbo. hortamur.de test.& in clemen .j.de testa late tradunt̃. in.c. nam concupiscen tiam de constitu.

SEB. SAPIA.

[e] ¶ Regulæ. Vide no.per Inno.in.c. ne nimia . de reli domi.vbi ponit an monachi q mittunt̃ per priorat⁹ & per cellas debeant vocari ad eligendū Abbatē,

alterius beneficij, si postea illi renūtiat an poterit posteà repetere locū in illo monasterio: nam facit ꝙ non: & etiā hoc tenuit Fede. in opere suo consi. xix. & sic etiā tractat an remanebit monachus secundi monasterij: & determinat ꝙ nō: & sic erit solūmodò sub Epo. Dicit tñ ꝙ si diceremus eū remanere in secundo monasterio, faceret nouā professionem. ¶ An aūt & qñ possit quis eligi in Abbatem alterius monasterij, recurrendū est ad ea quæ habentur in cle. j. de ele. ¶ † Vltmò inducitur tex. iste ad. qō. de clerico deposito à beneficio, an possit eū eps instituere in uito patrono: nā videtur ꝙ non: per istū tex. cū videatur quodammodò receptio noua. de quo dicendū est: vt no. per gl. & do. in. c. quāuis. de rescri. in. vj. in gl. pe. An autē clericū depositum ab ordine possit Eps restituere. not. j. de cle. non resi. c. ex tuæ. vbi per Io. an. super gl. & dicēdū est ꝙ sic, si est tm̄ verbaliter deposit⁹: secus si fuisset actualiter: & sic solēniter degradat⁹. iuxta. c. degradatio. de pœnis in. vj. quia tunc solus Papa pōt talem restituere. per id quod habet in. d. c. ex tuæ. ad fi. & ij. q. vj. c. ideò huic.

a ¶ Authoritate Episcop. Adde qd̄ voluit Cal. consi. ij. de renū. & cōsi. iij.

b ¶ Licentia petita: Adde Ro. consil. ccccxlj.

ZACHARIAS. ¶ Adde quod nota. plenè in apos. ad istum in. c. cū dilect⁹. in apostil. in ver. licentiā. numero. ij. s̄. de consuet. Iacob. rebuf. in. l. si quis. la. j. & in apostil. post eū in prī. C. de decu. lib. x.

SEB. SAPIA. c ¶ Administrari. Vide tñ quod no. Card. post glos. in cle. ij. de pbend. in cle. ij. de religi. & Alex. in cō. lxxj. nā in. iiij. parte cōcludit ꝙ hospitale constructū sine authoritate Episcopi, nō dicit pl⁹ nec religiosus locus, nec gaudet p̄legio priorū locorū, non gaudet ēt beneficio restitutionis in integrū secundū Bald. in aut. hoc ius porrectum. col. ij. C. de sa. san. ec. in. l. orphanotrophos in princ. in fin. C. de epi. & cle.

ZACHARIAS. d ¶ Sine licētia prælati. Tu vide plenè de hoc per Io. an. in. c. j. vt lit. pē. in nouel. lib. vj. eū dē in. c. lice. in fin. de procu. eo. lib. 3.

SVMMARIVM.

1 *Beneficio non potest quis renuntiare, nisi in manu sui prælati. 3. 4. 8. 14.*
2 *Collatio beneficiorum in ecclesia non patronata spectat ad Episcopum & capitulum.*
3 *Licentia, siue cōsiliū sufficit quòd petatur, licet non obtineatur.*
4 *Religiosus transiens ad aliam religionē, an debeat petere licentiam à superiore. 7. 10.*
5 *Consilium ponitur aliquando pro consensu.*
6 *Rectores hospitalium non possunt renuntiare administrationi sine authoritate Episcopi.*
9 *Clericus electus ad aliud beneficiū, non tenetur ad hanc electionem acceptandā requirere cōsensum sui prælati. vide. j. nu. 13.*
11 *Beneficium primum, an vacet statim quòd quis adeptus est secundum.*
12 *Eligi, vel postulari qui debeant.*
13 *Papa potest tollere ius tertij & cōpellere aliquem sine causa. Cætera & s̄. dicta vide. j. in lectu. do. Anto. in isto. c.*

CAP. IIII.

1 ADmonet. ¶ † Beneficiatus absꝗ licētia sui p̄lati beneficio renūtiare non pōt. h. d. Et primò ponit p̄hibitionē. Secūdò cōtrafaciētes puniri p̄cipit. Secunda ibi: *quod si quis.* ¶ Casus literalis. Nullus authoritate sua audeat intrare ecclesiā, vel eā dimittere sine authoritate sui superioris: & q cōtrafecerit puniri debet. Ber.
2 ¶ † No. primò ꝙ de iure cōi ius cōferēdi beneficia videt spectare ad Epm: quod est verū in ecclesia non patronata vel collegiata: de quo plenè no. in. c. cūm ecclesia vulnerata. de ele. Si aūt esset beneficiū in ecclesia cathedrali, videretur ꝙ spectet ad Epm & capitulum, & similiter in alia inferiori collegiata videtur spectare ad prælatū & capitulū. de quo plenè in præal. in. c. cū ecclesia. vbi aūt beneficium est patronatū, ius præsentandi spectat ad patronum: & ius instituendi præsentatū spectat ad epm. de in stit. c. j. & ij. lib. vj. ¶ † Item no. ꝙ absꝗ authoritate illi⁹
3 ad quem spectet collatio quis non potest beneficium recipere. ¶ Item no. ꝙ beneficiati nō possunt dimittere beneficia, vel illis renuntiare absꝗ authoritate Episcopi [a]. & sic videtur quòd non sufficiat authoritas inferioris: quod videtur intelligendum, nisi ad inferiorem prælatū
4 spectaret collatio beneficij: vt tangit hīc glo. ij. ¶ † Item not. quòd videtur sufficere consulere Episcopum ad hoc vt quis possit dimittere beneficium: quod videtur contra id quod habetur in. c. quod in dubijs. j. eo. vbi patet ꝙ non sufficit petere consilium in renuntiatione beneficij, imò exigitur consensus: dic ꝙ hīc accipi debet consilium pro consensu, per illum text. & facit quod habetur in simili. j. de offi. dele. c. venerabili. quod est intelligendū nisi beneficiatus peteret licentiam licet non obtineret. j. de regula. c. licet secundum Hosti. quod est notandum: quia per hoc habes ampliationem ad dictam decret. licet. nam sicut de latiori religione ad strictiorem potest transiri licentia petita [b] licet nō obtenta: ita etiam poterit de ecclesia seculari transiri ad religionem licentia petita, licet non obtenta: quod est notandū secundū do. Ant. Sed certè gl. ij. in ver. *ad religionem.* videtur velle ꝙ clericus secularis possit transire ad religionem, etiam nulla licentia petita: quod ideò facit, quia reliosus habet magis ligatam voluntatem quā clericus secularis. de electioni. c. nullus. lib. vj. & ideò videtur quòd facilius transire possit clericus secularis quā religiosus. Tutius tamen est ad opinio
5 nem vitandā petere licētiā saltē in clerico seculari ¶ † Et ex prædictis etiam not. consiliū capituli poni quasi pro cōsensu licet de proprio significato differat: vt colligitur ex his quæ habentur in. c. cū olim. j. de arbi. ¶ In gl. j. in fi. & hæc potest dici canonica: de qua in litera: vel potest intelligi ꝙ erit pœna arbitraria ex quo de illa hīc non exprimitur. facit quod habetur. j. de officio. dele. c. de causis.
6 ¶ † An autē quod hīc dicitur in beneficijs habeat locum in hospitalibus, vt non possit quis accipere administrationem hospitalis sine authoritate Episcopi, vel illam acceptam dimittere: dic ꝙ sic: quia illa etiā sunt sub dispositione Epi. j. de relig. do. c. de xenodochijs. etiam si per laicos habeant administrari. [c] xviij. qō. ij. c. quidam. & facit quod habetur in cle. quia contingit. de reli. do. vbi. etiam plenè habes qui possunt esse rectores hospitalium. ¶ In gl. ij. ibi: *idem est in clericis &c.* & sic vult glossa. quòd si collatio beneficij non spectat ad Episcopum, sed ad inferiorem prælatum, non poterit dare licentiam cedendi: sed inferior prælatus, ad quem spectabit ius conferendi vel instituendi rectorem in ipso beneficio. Et pro hoc facit tex. iste, dum dicit, *quòd ordinationem tuam. &c.* Idem etiā no. glo. in. c. Episcopus. de loco alleg. hīc in princi. Et not. etiam per glo. in clementina, cūm illusio. de renun. refert tamen ibi glo. opinio. Inno. quam ponit in. dicto. c. quod
7 in dubijs. vbi dicetur quod sit tenendum. ¶ † No. etiam glossa. in dicto. ca. Episcopus de loco. an clericus nolens transire de minori ad maiorem possit cogi ab Episcopo suo. Nam videtur quòd non: cūm nemo cogatur crescere inuitus. lxxxiiij. distinctione. in. c. gesta. De quo dicendum est: vt no. in dicto capitulo. Episcopus de loco. per glossa. & Archidia. facit etiam quod habetur in capitulo
8 finali. s̄. de postu. præla. cūm ibi nota. ¶ † Qualia autem exigatur consensus vt clericus possit dimittere ecclesiam dic quòd si transit ad ecclesiam aliam eiusdem diœce. potest exire de tacito consensu Episcopi: quia suffit quod Episcopus sciat, & non contradicat. Si autem vult transire ad religionem extra diœcesim, exigitur expressus consensus Episcopi: vt not. glossa, viij. quæstione prima placuit el. prima. & xxij. quæstione, secunda. capitulo secundo & hoc tenet hīc Vincent. & Tan. ¶ In eadem. glossa. ibi: *poterit ecclesia illa ordinari &c.* Aduerte pro declaratione gloss. quia potest esse dubium an electus ad ecclesiam aliam possit electioni illi consentire absque licentia prælati primæ eccle. Secuudò an possit transire absque licētia illius. Tertiò an si transeat poterit collator primę ec-
9 clesiæ statim conferre, & quando. ¶ † Circa primum cōclude. quòd existens in primo beneficio potest eligi ad aliud, & electioni consenire etiam sine licentia prælati [d] quando est clericus secularis: quia non reperitur prohibitum, sed potius concessum. suprà de electione capitulo. cūm inter canones. & in religioso si eligatur in prælatum alterius monasterij recurrere debemus ad capi. nullus. & cap. si religiosus. de electione. in. vj. ¶ † Circa
10 secundum conclude quòd transire non potest sine licētia superioris

superioris, aliâs reuocari posset: vt colligitur hic ex text. 11 & gl. & maximè ex ver. qđ si fecerit. ¶ † Circa tertiũ videtur ꝙ si beneficia sint compassibilia, non possit primum conferre antè quàm priuetur illo. facit quod habetur in c. pe. & fi. j. de cle. nõ resi. Si aũt essent beneficia incompassibilia. vt quia vtrunq; est curatũ tunc videt ꝙ primũ vacat ipso iure. ꝑ id quod habetur j. de prĕben. c. de multa. §. j. sed Inn. dicit hoc esse falsum, nisi trãsiuerit de licẽtia superioris secundũ Inn. quod est notan. vel nisi superior habeat ratum trãsitum. Nec ob. c. de multa. quia debet intelligi qñ clericus trãsit de licentia superioris. secundũ Inn. quod est no. ꝓ intellectu .d. c. nã nõ vacabat prima ecclesia, licet illa possit priuari per id qđ habetur de cle. nõ resi. in. c. pe. in fi. Intellige ꝙ vbi transiuit sine licentia, nõ vacabit prima ecclésia, saluo nisi expressè ratificetur transitus, vel tacitè. Et intelligitur tacitè ratificare (si intra tẽpus sex mensium, vltra quod beneficiũ nõ debet vacare: vt in c. ij. j. de conces. præben.) prælatus non reuocauerit ipsũ nec ei mouerit quæstionẽ. Et per prædicta dicit Inn. ꝙ si ad alios spectat electio, vel præsentatio primę ecclesiæ, & ad aliũ datio licẽtiæ de cedẽdo, quòd nõ poterit eligere, nec præsentare aliquẽ ad ipsam primã ecclesiã habẽtẽ ius eligendi vel præsentandi in primo beneficio: nisi prius petat licẽtiã ab ipso, vel alio superiore,[a] ad quẽ spectat dare licẽtiã trãseũdi. Nã si de licẽtia, tũc vr̃ habere ratũ trãsitũ ideò tunc cẽsetur vacare: & per cõsequens posteà poterit fieri electio, vel priuatio. si autem nõ petat licẽtia ab ipso qui habet dare licẽtiã trãseundi, tunc qa iterum nõ vacat ecclesia, non poterit fieri electio, vel priuatio: saluo nisi iuxta fi. sex mensium intra quos nõ reuocauerit ipse superior clericũ, qui transiuit sine eius licẽtia: quia tũc tacitè videt habere ratũ trãsitũ, ex quo tãto tp̃e tacuit, & nõ cõtradixit: dicit tñ ꝙ si spectaret ad ip̃m q haberet dare licẽtiã: tunc collatio beneficij demũ lapsis sex mẽsibus deuoluit potestas cõferẽdi ad superiorẽ per id qđ habet j. de ꝑben. c. de multa. §. & si vltra. dic etiã ꝙ tutius est qñ ad aliũ spectat dare licẽtiã trãseũdi, & ad aliũ electio vel ꝑsentatio bñficij, ꝙ petat antè quã fiat electio: quia ratificet trãsitus ꝑ habentẽ dare licẽtiã. Et subdit etiam ꝙ si intra sex menses charitatiuè monitus cũ aliquibus interuallis vt debeat vel reuocare clericũ, vel ratificare trãsitũ nõ voluerit r̃ndere, ꝙ extunc posteà etiã ante finẽ sex mẽsiũ poterit fieri electio per id, quod habet in. c. j. de sup. neg. præl. quasi aliter nõ ꝓuidẽdo videat tacitè ratificare trãsitum. Sed iuxta ꝑdicta insurgit dubiũ, qđ faciet secũdus diœcesanus, vel ꝑlatus ad cuius ecclesiã trãsiuit sine licẽtia alterius ꝑlati i cuius diœcesi tenebat primũ bñficiũ, dicit In. ꝙ diœcesanus secundæ ecclesiæ poterit ipsi clerico statuere terminũ intra quẽ obtineat licẽtiã à primo diœcesano, alioqn lapso dicto termino si nõ obtineat poterit illũ priuare ecclesia, & de alia persona prouidere. ar. c. qm̃ frequẽter. §. si verò aliter. j. vt lit. non conte. & j. de cle. non resi. c. quia nõnulli. & c. relatũ. & prædicta dicit Host. esse vera de iure. Dicit tñ quòd quotidie de facto tales sine licentia eligunt, secundò trãsferuntur. Et ex quot trãslati & recepti sunt ad prælaturã, vel rectoriã cũ cura priora beneficia q̃ habebant similia ipso iure intelligũtur vacare: quæ tñ plerunq; de facto retinentur. Sed omnibus istis põt responderi secundũ eum per id quod habetur in. c. cũ iandudũ. j. de præben. quia multa per patientiam tolerantur &c. facit quod no. in. d. c. de multa. ad hoc etiã emanauit extrauagans Ioan. xxij. quæ incipit execrabilis. contra tenẽtes plura beneficia curata, vel plures dignitates: & ibi etiam multas pœnas imponit talibus. ¶ In eadem glo. ibi: *ad religionem*. Not. glo. eo quod dixi, & etiam hìc sequitur Innocen. Nec ob. si dicatur quòd potius debet hìc transiri posse ad aliam dignitatem vbi versatur publica vtilitas, sed in transitu ad religionem versatur priuata vtilitas trãseuntis solùm: licet secus in dignitate. facit quod habetur in. l. barbarius. ff. de offi præto. quia potest responderi ꝙ præsumptio ambitionis quæ verisimiliter cadit circa dignitatem potius quã circa transitũ ad religionẽ tollit cõtrariũ: vt no. gl. in. c. literas. lxiij. distin. facit quod no. s̃. de 12 postu. præ. c. bone. el. j. ¶ † In ea. glo. in fin. Et sic tenet gl. quòd prælatus vel clericus vnius ecclesiæ dummodò sit idoneus potest eligi ad aliam ecclesiam nec est necesse ꝙ postuletur. Potest etiam electioni consentire: vt patet in c. cùm inter canonicos. alle. in glo. non poterit tamen trãsire ad ecclesiã sine licẽtia sui superioris. Et hæc est cõmunis opi. quã etiam sequutus fuit Vin. in nouo apparatu quẽ facit super hac noua cõpilatione: licet in antiqua compilatione teneret contrarium: vt dixit glo. & cum glo. concor, etiam Io. in. c. osius. §. sed aliud. lxj. dist. Aliqui tamen voluerũt facere differentiã inter prælatũ & curatum ex vna parte: & alios clericos ex alia, vt prælati & curati qa vinculati & alligati ecclesiæ non pñt eligi. sed debẽt postulari: sed alij bene possunt eligi. Sed hæc opin. (vt dicit Io. And.) expressè reprobat per id quod habet in. c. si Abbatẽ. de ele. in. vj. Vbi Abb. etiã exẽptus nõ posset trãsire ad aliã ecclesiã sine licẽtia Papæ. tñ potest eligi, & nõ debet antè postulari vt hìc. & sic non valet cõsequẽtia. non potest trãsire sine licẽtia superioris: ergo est postulandus non eligẽdus: quia illud nõ est verũ, etiã si requiratur licẽtia Papæ, vt ibi est expressum: & sic spãle est in Ep̃o, & superioribus, vt nõ possint eligi: sed postulari debeãt: quia sunt matrimonialiter alligati ecclesiæ, & nõ possunt dissolui à dicto vinculo sine licẽtia Papæ: vt plenè cõsueuit dici in. c. fin. s̃. de postu. præla. & sic patet propriè & strictè loquendo ꝙ solũ Ep̃i & superiores possunt deferre anulũ. licet alij inferiores etiã ex priuilegio poterit. Et per prædicta etiã patet Abbatẽ, vel aliũ prælatũ nõ dici propriè esse matrimonialiter alligatũ suæ ecclesiæ, aliâs nõ posset eligi: sed deberet postulari, & ꝓcipuè qñ non possit transire sine licẽtia Papæ, vt quia est exẽptus. quod est 13 contra tex. in dicto capit. si Abbatem. ¶ † Item aduerte. quia vbi eligitur clericus ad aliã ecclesiã, si Ep̃s suus nolit sibi dare licẽtiã: poterit Ep̃s cogi per suum superiorem, & sic per Archiep̃m suum ad dãdum licentiã. vt dixit gl. per id quod habetur in. c. nullus. alle. in glos. & facit quod not. & le. in. c. si religiosus. de ele. in. vj. & hoc intellige: vt dicit glo. per id quod habetur in. c. nullus. & c. si religiosus. Quis autẽ sit superior qui habeat compellere ipsum eo casu quo compelli potest. Quidã dicunt ꝙ Archiep̃s. vt. s̃. dixi. Alij verò dicunt ꝙ erit Papa: quia nemo alius inferior potest rem alterius dare vel iuri alterius præiudicare. facit quod habetur in. c. dilectus. j̃. de offic. leg. & j̃. de reli. do. in. c. constitutus. Sed Ioan. Andr. dicit ꝙ aliud est quærere. quis possit eum compellere. nam primo casu videtur dicendum ꝙ procedit secunda opin. vt superior tunc intelligatur Papa. Sed si quæritur quis sit superior quo ad cõpellendum: procedat prima opi. videlicet ꝙ sit Archiepiscopus, cui episcopus etiam subiectus est: per ea quæ habentur in dicto capitulo nullus. quod intellige quando subest causa compellendi, si autem non subest: tunc etiam quo ad compellendum superior esset Papa. quia etiam non subsistente causa[b] compellendi solus Papa poterit compellere. facit quod nota. per gloss. in capi 14 tulo si religiosus. de election. in vj. ¶ † Vltimò dicit Ioan. an. quòd videtur posse fundari dispositionem huius decre. per ea quæ habentur infrà de regular. capitulo beneficium. libr. vj. Nam volẽs renuntiare beneficio Episcopo inuito, poterit ingredi religionem probationis causa, & de ipsius consensu poterit alteri concedi beneficium. vt hic patet. Sed dici potest quòd si beneficium spectat ad collationem Episcopi, nulla poterit fieri fraus, quia si conferat Episcopus, qui habet conferre, non fraudat eum: quia ipse Episcopus videtur tacitè præstare authoritatem tacitę renuntiatiationi, con

a ¶ Vel alio superiore. Adde an sit petenda licentia etiam à patrono. Cal. cõsi. vj. de renun. do. de Ro. decisi. vlti. de renũ. ZACHARIAS.

b ¶ Non subsistẽte causa. Idem in Imperatore: vt no. Ang. in. l. iij. §. fiis pro quo. ff. qđ quisque iur. Sed tu dic ꝙ in Papa nõ est dubiũ. vt per do. An. de bu. in. c. cõstitutus. de relig. do. Feli. in. c. quæ in ecclesiarũ. col. xvij. ver. ꝑ istam declarationẽ. s̃. de consti. & Ro. consil. ccxxvij. incipiẽ. Circa præmissa. in prin. verò secus. vt per Raph. Ful. in. l. fi. C. si cõtra ius vel vti. pu. istud expressè in c. ij. de reb. eccle. nõ alie. & Feli. in alle. c. quæ in ecclesiarum. col. x. ver. secundum verò membrum. & ista est communis opi. vt ibi per eũ.

ferendo alteri de illius conſenſu: ſed ſi beneficium eſſet electionum:& ad aliū ſpectaret electio, vel pſentatio, & ad ipm cōfirmatio, vel inſtitutio: tūc bn̄ poſſet fieri fraus ſi ſufficeret conſentire habēti eligere vel pſentare: ſed requireret ēt quòd cōſentiat habenti inſtituere vel confirmare, & ſic illi qui habet poteſtatē, authoritatē pſtandi renūtiationi: de quo per Io. an. in .c. ex ore .j. de his q̄ fi. à maiori par. ca. & ēt tāgit in regula is qui tacet. de reg. iur. in mercu. dicit tn̄ ꝙ tutius erat quòd expreſsè renuntiaſſet in manibus ſuperioris habentis poteſtatem autorizandi renuntiationem.

SVMMARIVM.

1 *Renuntians beneficio poteſt adducere teſtes quòd coactè renuntiauit. aliter verò non poteſt probare quòd ſponte renuntiauit.* 2. 14. 23. 24. 28. 51.
3 *Excipiens non tenetur dicere cām ſuæ exceptionis.* 16. 9. *vbi iudice cogēte tenetur exprimere cām vide etiā in. d. nu.* 16. 19.
Confeſsio ſine cā ad obligandum non valet: ſecus ad liberandū.
4 *Teſtis non arctatur ad iuſtificandum factum à ſe relatum: dūmodo ipſum referat cum cauſa ſcientiæ &c.*
Dictio re. aliquando ſtat abundanter: aliquando denotat inſtantiam quandā cum ſolicitudine. 37.
6 *Negatiua, quæ habet implicitam affirmatiuam eſt probabilis.* 15.
7 *Renuntiatio beneficij facta cum iuramento, vel ſine obſtat clerico illud repetenti.*
8 *Excipere videtur ille qui opponit factum ex quo cauſatur exceptio.*
10 *Iudex vbi ex officio ſuo poteſt ſupplere, non arctatur ad ſupplēdum, nec poteſt appellari ſi non ſuppleat.*
11 *Renuntiatio beneficij non præſumitur ſponte facta.* 30.
12 *Simonia cōmittitur, ſiue detur pecunia, ſiue promittatur, vel aliud temporale.* 52. 53.
13 *Exceptio legitima infringit actionem, ſi non repellatur per legitimam replicationem.*
14 *Teſtes ſi ſint producti ab vtraque parte, attendetur quis melius probauerit, habito reſpectu ad dignitatem, & opinionem, & numerum teſtium.*
17 *Actio, vel exceptio contra quā eſt aliqua præſumptio, an ſit per iudicem admittenda?*
18 *Verſio in vtilitatem eccleſiæ non præſumitur, niſi probetur.* 22.
20 *Exceptio non veriſimilis, an ſit admittenda.* 31.
21 *Teſtes ſuper articulis directò contrarijs non admittuntur poſt publicatas primas atteſtationes.*
22 *Libellus non continens certam & determinatam cauſam, an admittatur?*
25 *Teſtis an arctetur dicere cauſam facti relati per ipſum: & ab alio geſti?*
26 *Dominium quomodo probetur.*
27 *Teſtis non deponens de cauſa ſcientiæ, non probat.*
28 *Articuli fiendi ſuper ceſſatione doli vel metus, debēt fieri affirmatiuè, non negatiuè ſecundum formam hic traditam.*
Teſtes qui habent probare aliquid fuiſſe ſponte factum, & non coactè: an teneantur. & quam cauſam ſcientiæ reddere? 26.
Præſumptio eliditur per probationem.
29 *Renūtiatio beneficij quomō probabitur ꝙ fuerit ſpōte facta?* 38.
Metus nō præſumitur interueniſſe in actibus factis corā iudice.
Metus quomodo probabitur non interueniſſe vel interueniſſe in aliquo actu? 34. 35.
31 *Exceptio non veriſimilis non eſt admittenda per iudicē ſine cauſæ expreſſione.* 30. 32. 36.
33 *Teſtes ad probandum contraria ſi fuerint per partes adducti, an poſſint ſimul examinari. vel qui prius?* 34. 51.
34 *Metus vel violentia ſi probentur, non admittuntur teſtes volentes probore voluntatem liberam.*
37 *Agenti poſſeſſorio non obſtat exceptio ſpontaneæ renuntiationis.* 39. 44. 50. *per diſcurſum.*
40 *Interdicta omnia quaſi ſunt in rem ſcripta.*
Interdictum vnde vi: eſt merè perſonale, adeò quòd non datur in ſucceſſorem in re vitioſa, etiam ſcienter.
41 *Renuntiatio beneficij facta in manibus alterius quàm prælati ſui: præiudicat renuntianti, ſed non prælato.*
Renuntiatio non facta in præſentia partis, tam in reali quàm perſonali, an præiudicat? 39. *in fi.* 49.
42 *Renuntiatio quando præſumatur facta quo ad ius reale vel perſonale?* 50.
45 *Metus vel violentia purgantur per ſolutionem poſteà ſpōtaneè factam.*
44 *Poſſeſsio alicuius rei an perdatur per renuntiationem metu factam?* 46.
45 *Venditor non poteſt per emptorem propria authoritate repelli à re empta, licet emptio ſit perfecta.*
47 *Agēti poſſeſſorio recuperandæ obſtat exceptio notoriæ proprietatis.* 50.
48 *Agenti poſſeſſorio recuperandæ, non obſtat exceptio quòd donauit rem ipſam ſpolianti.* 49.
51 *Beneficium quod fuerit ſponte vel coactè renuntiatum, an admittatur huiuſmodi probatio ſimul.*
54 *Exceptio litis finitæ per iuſiurandum obſtat, ſiue iuſiurandum fuerit iudiciale, ſiue non.*
55 *Agenti poſſeſſorio recuperandæ non obſtat aliqua exceptio, ſiue agatur contra ſpoliantem, ſiue contra illum, qui ſuccedit in re vitioſa.*

CAP. V.

SVper hoc. Hæc decretalis conſueuit reputari difficilis ꝓpter multiplices intellectus. & etiā propter ea q̄ ſcripſit Inn. & aliqualiter cōfuſè, adeò ꝙ multa ex dictis Inn. omiſerūt Hoſt. & Io. an. dicentes ꝙ illa potius habebant intellectum obfuſcare quam declarare, do. An. hîc nititur declarare dicta Inn. potes dicere ꝙ hæc decre. habet duos participales intellect⁹. ¶ † Vn⁹ eſt quòd hic in tex. fiat ſolùm vna qō, videlicet an quis repetat beneficium, & ſi obijciat ſibi exceptio ſpontaneæ abiurationis & renuntiationis factæ cū iuramento, & actor replicet ꝙ coactè & non ſponte renuntiauit. Quærit tūc an admitti debeat probatio rei ſuper ſpōtanea renuntiatione. & in effectu reſpondet quòd teſtes vtriuſq; debent recipi, & ille obtinebit qui melius probabit, habito reſpectu ad dignitatem & opinionem teſtium. & iſta fuit opi. Tancre. & etiam ſentit hic Inn. i. quadam gl. & ſecundū iſtā debet exponi, dū litera dicit. *ſine cauſæ cognitione*. i. antequā plenariè cognoſcatur de cauſa coactionis. & quod ſubijcit: *& an actoris debet*. exponi: & ꝓ id eſt. facit quod no. in ſimili in. l. pe. C. vbi cā & ſta. Et ſecnudū iſtā lect. in verſi. *porrò*. tollit quandam tacitam obiectionem. de qua etiam tangit hic glo. circa finem Sed certè iſte intellectus videtur literam violare: vt patet ex exceptionibus, quas oportet fieri ſequēdo hūc intellectū, de qbus. ſ. dixi. lqđ nō vr̄ eē de mēte literæ. ¶ Iō alius fuit intellect⁹ prīcipalis: videlicet ꝙ hic formant duæ qōnes. & ad vtrāque rndet. & ſecūda qō fit ibi: *& an actoris*. & iſte intellect⁹ ſubdiuidit in tres aut in quatuor. Nam vnus eſt intellect⁹ quem ſequitur gl. j. & gl. magna. & iſte intellect⁹ eſt cōis. & etiā ſequitur Io. an. & ſecundū iſtum intellectum prima qō eſt, an exceptio ſpontaneæ abiurationis ſit admittenda ſine cauſæ cognitiōe. ſ. aſsignanda vel exprimēda in ipſa excep. Alius fuit intellectus Hoſt. & ſecundum iſtum variatur prima qō. ab eo quod dixi ꝓximè: nā ſecundū eum prima qō eſt talis: an videlicet exceptio abiurationis ſit admittēda. ſ. cum effectu ſine cauſæ cognitione. ſ. q̄rēda à teſte. i. ſine interrogatione cauſæ fienda à teſte. Secūda verò qō nō mutat. Terti⁹ fuit intellect⁹, quē tangit hic do. Ant. vt prima qō ſit, an exceptio abiurationis ſit admittenda ſine cauſæ cognitiōe. ſ. ſummaria præmiſſa antequàm admittatur. & ſi videat an ſit veriſimilis vel non. Secunda verò, qō nō mutatur. Itē aduerte, quia primus

primus intellectus inquantum dixi quòd prima quæstio est: an admittenda sit exceptio spontaneæ abiurationis sine expressione causæ. Subdiuiditur. Nam vna fuit glossa, quæ voluit, quòd ad q̃ones hic positas respondeatur eo mõ quo tangitur in gl. in princi. gl. magnę secũdũ Inn. licet cõcordet titulus q̃onis cũ intellectu gl. quia secundũ gl. ad primã. q. r̃ndetur, ꝙ non est supuacuũ: sed necessariũ ꝙ cã exprimat. ¶ Item circa secundã. q. secundum intellectũ glo. videtur ꝙ admittant ꝓbationes vtriusq̃, si actio replicat ꝙ nõ spõte renũtiauit: nõ admittat ꝓbatio rei: & de isto intellectu & ẽt Hosti. plenius tãget sup si. glo. ij. ¶ Sed sequamur pro mõ intellectũ gl. secũdũ quã breuiter. h. d. ¶ † Cõtra petẽtẽ bñficiũ admittitur spõtaneæ adiurationis exceptio ẽt nõ adiecta cã renũtiatiõis cõtraquã actor poterit replicare ꝙ nõ spõte renũciauit. & q meli⁹ ꝓbabit obtinebit. h. d. Et sunt duæ partes. nã in prima ponit consultatio & duplex q̃. in secũda r̃nsio. Secunda ibi: *sic tuæ.* Secunda põt subdiuidi. Nã primò ponit quãdã allegationẽ suasiuã vt cãm exprimat. Secũdò infert ad primã q̃onẽ. tertiò excipit, in qua exceptione cõcluditur r̃nsio ad secundã q̃. quartò soluit quoddã obstaculũ qđ poterit esse cõtra dictã exceptionẽ. secũda ibi: *Ideoq̃;.* tertia. ibi: *nisi.* quarta ibi: *porrò.* Et aduerte qa vltra id qđ dixi ante summariũ alio respectu ẽt variat tripliciter intellect⁹ decre. Nã vn⁹ est intellectus, ꝙ hîc intelligat ꝙ actũ fuit petitorio ad recuperãdũ bñficiũ. Alius est intellectus ꝙ actũ fuit possessorio & non petitorio. Tertius intellect⁹ est, ꝙ decre. ꝓcedat, siue actũ fuerit petitorio, siue possessorio. Secunda ẽt subdiuidit: qa aliqui intelligũt ꝙ actum fuerit possessorio recuperãdæ ꝑ interdictũ vñ vi. Alij ꝙ actũ fuerit cõdictiõe ex decre. sæpe. j. de re. spo. Alij ꝙ actũ fuerit cõdictiõe ex canone. reintegrãda. iij. q. j. Alij dixerũt ꝙ ꝓcedit decretalis siue interdicto vnde vi. siue cõditione ex decre. sæpe. siue ex cõdicti. ex canone redintegranda fuerit actũ: & istos oẽs intellect⁹ tetigit hîc Inn. gl. tñ tenet & ꝓsequitur intellectũ ꝙ actũ fuerit petitorio. vt patet hîc in gl. j. & gl. ij. & gl. magna. i. ver *ad hoc.* ¶ † Potes ẽt ꝑmittere secũdũ do. An. ꝙ lʒ agens debeat exprimere cãm suæ actiõis siue petitiõis, vt patet ex his q̃ le. & no. in. l. j. ff. de eden. & . l. edita. C. de edẽ. & . c. ij. de lib. ob. saltẽ vbi petit: vt pʒ ex his q̃ habẽtur in dictis iurib⁹. & . l. fi. C. de an. exceptio. tñ regulariter excipiẽs nõ tenet exprimere cãm suæ exceptiõis: quia nuda volũtas vr̃ sufficere ad dãdã & causãdã exceptionẽ fauore liberatiõis. facit qđ habet in. l. tale pactũ. ff. de pac. in pri. & qđ no. in. l. j. ad fi. ff. de inter. acti. & . l. cũ de indebito. §. fi. ff. de ꝓb. & j. de fi. instr. c. si cautio. in quit⁹ patet ꝙ cõfessio emanãs ad obligãdũ sine cã nõ vʒ: sec⁹ si emanauit ad liberãdũ[a] vt no. i iurib⁹ ꝓal. ¶ † Potes ẽt ꝑmittere secũdũ eũ ꝙ testis regulariter nõ arctat ad iustificãdũ factũ à se relatũ seu sup quo depõit. Nã sufficit ꝙ simplr̃ recitet factũ ꝓut factũ ẽ ab alio, & iustificet assertio nẽ suã circa tale factũ qua talis icludat s̃nia ipi⁹ testis ꝑ sensum corporeũ: & sic videt ꝙ testis arctet ad assignãdũ cãm ꝑ quã cõcludat se habere s̃niam facti per sensum corporeũ: sed nõ arctat regulariter ad assignãdũ cãm quare id quod refert sit factũ, ẽt si de hoc interroget, facit qđ habet j. de re iu. c. sicut. An aũt hoc idistinctẽ ꝓcedat patebit ex j. dicẽdis sup gl. j. ¶ Casus literalis qdã repetebat beneficiũ suũ. obijciebat ei excipiẽdo ꝙ nõ poterat ipm repetere: quia dũ quietẽ possidebat, spõte abiurauerat illud. replicabat actor ꝙ nõ spõte renũtiauit. Quæritur cuius testes prius recipiẽdi sunt: vtrũ illius qui dicit ꝙ spõte renuntiauit an illi⁹ qui dicit ꝙ non sponte renuntiauit. Respondet Papa quòd non est veri simile vt aliquis sponte renuntiet beneficio multis fortè laborib⁹ acquisito sine magna cã: tamẽ testes illius qui dicit ꝙ sponte renuntiauit sunt recipiendi: & iudex inquirere debet cãm renuntiatiõis: & si inuenerit illã probabilẽ: eã admittat: & imponat actori silentiũ, nisi ipse replicãdo probauerit ꝙ sponte non renuntiauit. & in fine respõdet quasi tacitæ quæstioni diceret aliquis, nõ põt hoc esse cũ illa negatiua sit ꝙ sponte non renuntiauit: & ipse r̃ndet ꝙ licet videat negatiua: tñ talis negatiua habet in se implicitã affirmatiuã. s. ꝙ coactus renuntiauit: & ideò super illa assertione implicita probationes actoris sunt admittẽdæ, & s̃nia proferẽda pro eo qui melius probauit, habito respectu ad opinionẽ & dignitatẽ testiũ. B. ¶ Itẽ aduerte quia do. Ant. hic inchoat casum hoc modo videlicet quòd quidã actiõe quod me. cã. vel vtili in rẽ. petebat beneficiũ suũ narrãs qualiter ex collatione sibi facta habebat ius in talibeneficio, & illud possederat: & qualiter etiam hoc beneficium fuerat sibi per metum ablatũ, quapropter petebat sibi beneficium restitui: facit quod tangit gloss. magna in versicul. *ad hoc.* sed melius videtur dicendum prout hic voluit gl. ꝙ quis petebat bñficium suũ de quo dicebat se fuisse canonicè institutũ: & sic illud ad se spectare & pertinere, & aduersariũ indebitè & iniustè tenere & occupare, & ideò petebat sibi illud restitui. aduersarius verò excipiebat de spontanea abiuratione: vt patet ex gl. ¶ In tex. ibi: *sciscitaris.* i. perquiris. s̃. de. c. rescri. sciscitatus. ¶ † Itẽ ibi: *reposcentibus* . i. petẽtibus.[b] & sic dictio re. abundat: facit qđ habet in rub. & . l. j. ff. de do. præle. vel potest intelligi ꝙ notat quãdã instãtiã. & sit sensus: reposcẽtibus. i. cũ instantia poscẽtib⁹. i. petẽtibus. Itẽ ibi: *obiurationis.* i. renuntiationis cum iuramento. Item ibi: *cognitione.* i. expressione secundum intellectum gl. ¶ Item ibi: *superuacuum esse non credimus.* q. d. quòd non est superuacuum. & sic inutile, sed potius vtile Et ex hoc innuit quòd si solum est vtile non est necessariũ, facit quod no. Arch. & Io. an. post eum in. c. j. de app. in vj. ¶ Itẽ ibi: *inquiri.* supple à reo. secũdum intellectum glo. sed secundum intellectum Hosti. intelligitur. s. à teste. facit quod dicitur super gl. j. ¶ Item ibi: *nec metu.* s. illato à priuato. & pro hoc differt ab eo quod sequitur de oppressione, quæ fit ab existente in officio vel dignitate l. si super impressionem. C. quod me. causa. Et not. etiã quòd si illud quod fit vi compulsiua dicatur fieri per metum. l. j. ff. quod metus cau. ista verba non vi nec metu effectu ponuntur pro eodem: facit quod habetur in. d. l. j. ¶ Item ibi: *non postponat.* quasi velit quòd si reus excepit de spontanea renuntiatione, & iudex reperiat illam probabilem: & per eam ipsum reum absoluit à petitione actoris: saluo nisi actor replicauerit quòd coactus renuntiauerit: nam tunc admittentur testes vtriusq̃, & obtinebit qui melius probabit, habito respectu ad dignitatem, & opinionem testiũ: vt j. innuitur circa fin. ¶ † Et si dicatur quòd si actor replicet ꝙ non sponte renunciauerit: videtur quòd non debeat audiri volens id probare, cùm sit negatiua quæ per rerum naturam non videtur posse probari. suprà. de elect. bonę. el. prima. & . C. de proba. l. actor. Ad hoc respondetur in versicu. *porrò.* qui sequitur: quia licet sit negatiua[c] habet in se implicitam affirmatiuam scilicet quòd renunciauit coactus, ideò admittitur vt sequitur. Item ibi: *inficietur.* supple in cõsequentiam asserat se coactum. ¶ † No. primò quòd repetentibus beneficium obstat exceptio spontaneæ abiurationis id est renuncietionis factę cum iuramento: & idem etiam videtur si non interuenerit[d] iuramentum: per id quod dicitur in versi. *maximè si non interuenerit.* ¶ † No. secundum intellectum gloss. quòd vbi proponitur exceptio, sufficit indifferenter proponere factum ex quo causatur exceptio:[e] ex quò non exprimitur aliqua causa tendens ad iustificationem ipsius facti. ¶ † Et ex hoc etiam not. quòd licet actio seu petitio sine causæ expressione[f] non admittatur saltem si petatur: vt le. & not. in. c. ij. j. de libel. obla. & . l. j. ff. de eden. tñ exceptio videtur admittenda etiã absq̃ causæ expressione. Et not. ꝙ istud videtur procedere

[a] ¶ Ad liberandũ. dictu hoc esse verum, si fiat ab eo q põt donare. aliàs nõ. vt per Bart. & Ia. reb. in. l. ad inferiorũ. C. de apo. pũ. li. x. An aũt & qñ. confessio non causata valeat, vide per Math. singul. xiij. incipi. nota ꝙ regula: plenius per Lãfran. de oria. in. c. qm̃ contra. §. statuimus. ver. confessiones. nu. lxxxj. & qđ ibi not. romisiuè in apostil. ad ipm in versi . expressa cã de proba.

[b] ¶ Petentibus. Ad de quod no. doct. in rubri. solu. matri. vbi etiã exponitur petatur pro repetatur.

SBE. SAPIA.

[c] ¶ Negatiua. An & qñ negatiua sit probabilis vel improbabilis . vide pulchrè per Are. & Moder. in. l. in illa. ff. de ver. obl. per Lanfran . de oria. in repe. c. qm̃ contra. colũ. iij. & seq. de prob. vide etiam do. Ias. in repe. l. admonendi. in. ij. no. ff. de iure iurand. vbi refert Bald. tenentem ꝙ etiam admittatur probatio sup merè negatiua: si nihil fuerit op positum à parte.

[d] ¶ Si non interuenerit. Adde quòd etiã obstat: dato ꝙ renunciatio nõ sit facta in manibus superioris, vt voluerunt do. de Ro. eod. ti. decisi. ccclij. in no.

[e] ¶ Causatur exceptio. Adde Frãc. Are. consi. xlviij. Anto. Francis.

[f] ¶ Sine causæ expressione. Circa hoc an causa sit in

etiam si proponatur exceptio nō verisimilis q̄a nō videtur arctari proponēs ad exponādā causam per quam verisimilis reddatur, nec iudex etiā arctatur ad faciendum illā exprimere pōt tñ iudex ex officio propter nō verisimilitudinē arctare ponētē ad cām exprimēdā si sibi videatur: licet ad petitionē partis nō cogat̃ exprimere. vt hîc videtur innui. Et ex prædictis pōt colligi practica, vbi ꝓponitur aliqua exceptio tm̄modo verisimilis: quia si actor petit ꝙ exprimatur causa, licet reus nō teneat̃ ad instantiam actoris hoc facere, tñ iudex ex officio suo poterit ipsum cogere si voluerit. Et ex hoc ēt potes notare casum, in quo iudex ex officio p̄t supplere. de qua materia plenè habet̃. s̄. de postu. prælac. bonæ. el. j. & per Bar. in. l. iiij. §. hoc aût. ff. de dā. infe. 10 ¶ † Et ex prędictis etiam potes notare regulā, ꝙ vbi iudex ex officio potest supplere, nō arctat̃ ad supplēdū, nec appellari pōt si nō suppleat [a] facit qđ no. Ioā. an. in. c. pe. j. de excep. & licet trāseat do. Ant. Aduerte tñ, quia quandoq; etiam arctat̃ ad supplendū. qđ quando sit no. per Bar. in. d. §. hoc aût. & facit etiā qđ habet̃ in. c. cū nobis olim. & in. c. nihil s̄. de ele. & in præall. c. bonę. el. j. 11 ¶ † Not. ꝙ in dubio nō pōt præsumi ꝙ q̄s iactet vel velit iactare id quod est suū proprium: & maximè id quod est q̄sitū multis laboribus & expensis, de quo debet viuere. facit qđ hr̄. ff. de ꝓba. l. cū de indebito. & ideò renuntiatiatio bn̄ficij in dubio nō præsumitur voluntariè facta, si nō appareat de aliqua cā ip̄m intrinsecus impellēte. ¶ No. multa accidētia circa renuntiationē beneficij quæ possunt illam inficere. s. violēta cōpulsio seu metus. Itē oppresio vel promisio, aut datio alicuius tēporalis rei seu pecuniæ. [b] Et ex hoc etiā no. ꝙ sicut in cōstruēdo iure spirituali datio pecuniæ habet illud inficere, sic etiam vbi agitur de ipso destrenudo. 12 ¶ † Not. quòd quo ad vitium simoniæ inducēdum paria sunt dare pecuniam, vel promittere, vel aliud temporale: facit quod habetur in. l. j. & . ij. ff. de calumniator. 13 ¶ † No. quòd exceptio legitima habet cōfringere actionem, nisi actor iuuetur per replicationem: facit quod habetur in. l. j. & . ij. ff. de excep. l. si plures. ff. de fideiu. Et ex hoc etiam no. quid sit replicatio: quia est exceptionis repulsio, & actoris releuatio seu coadiuuatio. de quo j. de exce. c. à nobis. per Ioan. And. & in. d. l. j. & . ij. ff. de excep. 14 ¶ † No. quòd concurrentibus exceptione spōtaneæ renunciationis & replicatione non spontaneæ renūciationis, admittūntur testes ex vtraq; parte: & quo ad finalem effectum obtinendi attenditur quis melius probarit, habito respectu ad dignitatem, & opinionem, & numerum testium: & ibi qui melius probauerit, obtinebit j. de testi. l. nostra. 15 ¶ † No. quòd licet negatiua non sit probabilis per rerum naturā: tamen secus est si est negatiua p̄gnans habens implicitā affirmatiuam [c], tanquam, saltem, tunc indirectè & mediatè sit perceptibilis per sensum testis: de quo plenè in. c. bonæ. el. j. super glo. s̄. de elec. & . l. actor. C. de proba. Et prædicta notabilia procedunt secundum intellectum gloss. quem sequitur gloss. prima. & etiam gloss. magna. & similiter glo. ij. & . iij. & . iiij. sed secundū intellectum Hostien. & similiter intellectum Innocen. de quibus tetigi in euidentialibus, & tāgā etiā super glo. j. aliqua ex supradictis not. nō ꝓcederēt: vt j. patebit. & no. etiā ꝙ scđm intellectū glo. decre. intelligitur quando actum fuit petitorio: vt patet ex gl. j. & . ij. & ēt ex glo. magna. in versi. *ad hoc*. ¶ In glo. prima ibi: *nulla resignationis causa aßignata*: supple in ꝓpositione ipsius exceptionis, secundū intellectū glos. ¶ In eadem gl. ibi: *cām resignationis inquiri*. supple ab ipso reo opponente exceptionem renūciationis, vt sic exprimat causam ipsius renuntiationis secundū intellectū Host. de quo tangetur infrà debet ītelligi ꝙ inquireretur cā renuntiationis à teste deponente super ipsa renūtiatiōe. ¶ In eadē gl. ibi: *aliâs non tenetur*. & hoc vult gl. colligi ex eo: quia tex dicit non esse superuacuū: & sic nō esse inutile requirere de cā resignationis, sed potius vtile & per hoc à contrario innuerit quòd non est necessarium: facit quod nota. Ioā. andreas. post Archi. in versicu. prudenter. in. c. j. de app. libro. vj. ¶ In eadem glossa ibi, *silentium actori*. & hoc quando ipse actor non replicauit. si autem replicasset quòd sponte non renuntiauit, tūc admitteretur probatio vtriusq;: & si actor melius probauerit, obtinebit, vt sequitur in glo. iuncto eo quod tangit̃ in fin. & sic in effectu ferretur tunc sn̄ia pro eo qui melius probauerit, habito respectu ad dignitatem, & opinionem testium. 16 ¶ † In ea. glo. in fi. Aduerte quia inquātum voluit ꝙ nō sit necesse exprimere causam renuntiatiōis quando opponitur exceptio renūtiationis nō videt̃ ꝓcedere. Nā videtur ꝙ sicut actor tenet̃ exprimere [d] cām suæ actionis, seu petitionis p̄cipuè q̄n præsumptio est contra ipsam actionem: & sic cōtra ipsum agentē: secundū ea quæ habentur in. c. cōstitutus. s̄. de elect. & j. de lib. ob. c. ij. & . l. j. ff. de ed. ꝑ legistas. ita & re⁹ suæ exceptiōis. Sed potes dicere ꝙ aliud sit in actione aliud in exceptiōe & hoc sit fauore rei: q̄a fauorabilior est quā actor. l. fauorabiliores. ff. de re. iur. & etiā fauore ipsius defensiōis. & liberationis, seu exceptionis: cū fauorabilior sit liberatio & defensio quā impugnatio & actio. l. arrianus. ff. de act. & ob. cōtra quā p̄sumit̃ dūmodò aptè ꝓponat̃, & non repellatur, licet p̄sumptio sit cōtra factū ex quo datur ipsa actio vel exceptio saluo nisi iudex ex officio suo ꝓpter præsumptionem velit à partibus inquirere de causa: nam tunc potest vt habetur in dicto capitulo cōstitutus. & etiam hîc. si tamen hoc facit, potest admittere ipsam actionem & exceptionem, & sic postea videatur ex prosecutione iudicij an tollatur præsumptio, & tūc obtineat actor: & ipse excipiens, aliâs succumbat. præcedens solutio plus valet: quia licet ista regula posit ꝓcedere si pars nihil alleget seu non petit exprimi causam: tamen vbi pars petit exprimi causam, videtur remanere differentia inter actionem & exceptionem: quia vbi petit exprimi causam actionis seu petitionis per partem aduersam, debebit ad ipsius instantiam exprimi causa secundum notat. plenè in dicto capitulo secundo. de libel. oblatione. Sed vbi petitur ab excipiente per partem aduersam quòd exprimat causam suę exceptionis videtur quòd ad instātiam ipsius partis nō teneatur exprimere, etiā si exceptio surgat ex facto nō verisimiliter vt hîc patet secūdū intellectū glo. nā satis est ꝙ exceptio in sua forma seu propo

libello exprimanda, seu ī exceptionib⁹. dicas ꝙ libell⁹ sīn cā nō cōcludit & reddit ꝓcessū nullū secūdū gl. reputatam fin. & Bar. in. l. ij. i. §. circa. in fi. de doli excep. vbi ēt p Alexā. & habet̃ per Bal. & Alex. in. l. generaliter. C. de nō nu. pec. vbi dicūt hoc esse verū si opponatur & petatur exprimi à parte, aliâs non secūdū Bar. in. l. j. ij. col. ff. de edē. & an debeat exprimi in quocūq; libello, siuo agat̃ actione psonali, siue reali, vel mixta vide p Spe. in tit. de lib. cōce. §. xv. ver. itē no. & ver. sed nunquid. & in tit. de actio. & peti. in. §. ij. & hr̄ per Bal. in. l. edita. in iij. col. C. de eden. & ple. p Lanfran. oria. in repe. c. q̄m contra falsam. in ver. cōfesiōes de prob. & p Io. an. & Inn. in. c. significantibus. de lib. oblo. & in. c. cùm inter. de re iudi. & per Ange. in aut̃. de exhi. re. in §. illud. in vlt. col. Et adde ꝙ cā quę est deducta in libello. vel ī exceptionibus, semper debet probari. alias succūberet actor, vel reus, si illam non probaret. secundum Bal. in. l. j. C. cōi diui. in. j. col. & habetur p Inn. in. c. ex parte Abbatissæ. de priui. Adde tñ ꝙ si in libello appellationis sunt insertæ plures causæ, sufficit vnā ꝓbare: vt in. c. significauit. de appel. & p gl. & doc. in versi. grauaminibus. in. c. exhibita. de iudi. vel nisi appellans astrinxisset se ad oēs ꝓbādas. vel vna veniat qualificatiuè ad aliā. vt in. c. licet cām. de proba. & not. in. l. diuus ff. de re iudic. & per Phili. Frāc. in. c. significauit. de appel. & p Bart. in. l. ij. C. de fi. instr. & iure hastę fis. lib. x. & ideo semper bonum est, ꝙ libellans vel excipiens in libello & in exceptionibus apponat illā clausulā, non me propterea astringens & c. de qua materia habet̃ etiā in. d. l. edicta. & p Lanfran. in. dic. c. q̄m, cōtra. in vers. petitiones.

SEB. SAPIA.

a ¶ Suppleat. vide per Pau. de ca. & alios in. l. nō quicqd. ff. de iud. in. l. vbi pactum. C. de transf. latè per Fe. in. c. exceptionē. col. ij. & . iij. de exce. vbi ponit multa q̄n iudex teneatur facere ēt ea q̄ posita sunt in suo arbitrio aliquid. ēt per Moder. in. l. j. de iurisd. om. iud.

b ¶ Pecuniæ. Adde quod do. de Rot. deci. ccxxxvj. dicūt ꝙ renūciatio simoniaca non tenet etiā in p̄iudiciū resignantis. vide in antiquis.

c ¶ Implicitā affirmatiuam. adde ea q̄ posui in. d. c. bonæ.

ZACHARIAS.

¶ Tu vide Lanfran. de oria. in. c. q̄m cōtra. in prin. nu. iij. & ibi in a postilla ad ip̄m. de proba. Old. cōsil. iij. bar. sozi. cōsil. clxxiij. in. j. colum. in me. ver. ex quibus. volu. ij.

d ¶ Tenetur exprimere. Adde Alexan. consil. cxxj. j. lib.

a ¶ Non debet admitti. Adde Ro. consi.lxix.
b ¶ De exce. Adde Oldra.cõsi.ccvj. Ange.consi.j.

SEB. SAPIA.

c ¶ Iuuetur. Vide tamẽ not.per Fe. in.c.cùm ordinẽ. col.j.de rescript. ex quibus colligitur qñ ex inepta actione expressa in libello vitietur libellus. De quo etiã aliquid p.do. Ias.in.l.edita.ĩno. C.de edẽ. & in .l. vinum.ff.si cert. petatur.

d ¶ Secus quando testes essent publicati. Limita tu singu.hoc dictũ, nisi producerentur testes cũ instrumẽto, quia tunc etiã publicatis testib⁹ propter concomitantiã instrumenti pduci possunt casus est sing. do. Ant.de but.in.c. series.de test.quẽ refert.& sequitur Ro.singu.lxxx. inci.Tu habes ꝙ post publicationẽ.Idẽ Ro.in.l.ij. in prin.ff.de ver. obli.& in rub. ff. de arbit.Imo. & Mod.ĩ.d.c.series. Anto.Franci.

¶ Circa hoc an post testiũ publicationem possint pduci alij testes, saltẽ pariter cum instrumẽtis rõne cõcomitãtiæ instrumentorũ. Dicas ꝙ publicatis attestationibus & illis inspectis: qa nõ sufficeret sola publicatio, nisi ẽt dũ essent offensa parti, & inspecta per Cano.vt in.c. cũ.i.&.a.de re iudi.tunc non possunt produci alij testes: propter timorẽ subornationis.vt in.c. fraternitatis.de testi.Instrumenta autem bene possunt produci, qa in eis nõ subest ista suspitio, & quando instrumentũ quod producitur cũ testibus tenderet ad coadiuuandũ dicta testium publicatorũ & examinatorũ, absq; dubio

seu propositione sit formalis, & posteà circa
merita causæ de ipsius iustitia disputabiẽ, facit
quod habeẽ in.c.in nostra.de procu.in ver. inu
tilem.in glo.cũ ibi no.vnde potes concludere,
17 vt hîc tãgit do. Anto. ¶ † Si quæritur an actio
vel exceptio cõtra quã præsumitur admitti de
beat p iudicẽ, quia interdũ actio vel exceptio
est inepta ex sui propositione, & tũc nõ debet
a admitti.[a] De actione probaẽ in.c.examinata .j.
de iudi.& facit quod not.in.l.j.ff.de offi.asses.
b &.l.j §.j.ff.si mẽ.fal.mod.dixe. De exceptione[b]
videtur probari in.c.solicitẽ.de restit.spol.&
probaẽ etiã per ea quæ habentur in cle.cõstitu
tionem.de elect.&.l.j.§.Labeo.cũ ibi not. per
Bart.ff.de flu.& facit etiã qđ ipse not.in.l.v.ff.
de excep.Interdũ verò exceptio vel actio est
apta quo ad sui propositionem, sed contra factum
actionis vel exceptionis ius resistit: & tũc
aut resistit tantũ ꝙ notoriè apparet de iniusti
tia actionis vel exceptionis, & tunc quasi in cõ
sequentiam: & tunc reddiẽ actio vel exceptio
inepta: & ideò tũc nõ admitteẽ, nisi aliquo sin
c gulari iure iuuetur,[c] per ea quæ habẽtur in.d.
c.cõstitutus.&.c.ad decimas.de resti.spoli. in.
vj.& quæ not.Inno.in.c.j.j.de offi.vica.& .j. de
iudi.c.examinata.in quadam addi.& de libel.
obla.&.c.fi.facit etiã quod no.glo.in.l.vbi pa
ctũ.C.de trans.Aut actiõi vel exceptiõi nõ re
sistit ius cõmune, taliter ꝙ notoriè appareat
de iniustitia causæ, surgit tñ alia præsumptio
contra actionẽ vel exceptionẽ: & tunc libell⁹
in actione debet admitti nõ obstãte dicta præ
18 sumptiõe dũmodò aliâs sit apta. ¶ Facit quod
no.Inno.in.c.dilecti.j.de libel.obl.vbi dicit ꝙ
procedit libellus si quis petat.iiij.ab ecclesia,
quia mutuauit ecclesiæ ipsa.iiij.licet non alle
get versionem in vtilitatẽ ecclesiæ, quãuis non
præsumatur versio, nisi probetur, vt no.in.c.
j.de depo.& aut.hoc ius porrectum.C.de sac.
san.eccle.canonizata.x.q.ij.c.ea enim.§.hoc ius
porrectũ.& sic sufficit ꝙ in processu iudicij
circa merita probeẽ ipsa versio. De exceptiõe
verò ꝙ admitti debeat licet sit præsumptio cõ
tra illã est casus hîc secũdũ intellectũ.gl. Nec te
nebitur excipiens ad instantiã aduersarij expri
mere causam: licet iudex ex officio possit quã
do suspicatur contra factum exceptionis com
pellere partem excipientem ad exprimendum
causam per quam excludatur præsumptio, &
hoc ad refrenandã protelationem iudiciorum
& calumnias seu malitias: licet ipse ad hoc non
necessitetur, quia sufficit ꝙ actio, & exceptio
sit talis ꝙ si vera deberet, legitima reputari.
Nã veritas posteà seruabitur in proferẽdis cir
19 ca merita. ¶ † Et ad prædicta habes vnã practi
cam, quã potest tenere iudex quando suspicaẽ
ꝙ exceptio nõ sit vera, quia põt ex officio ar
ctare partẽ ad exprimendum causam per quã
iustificetur except. Alia practica colligitur ex
his quæ habentur.in.c.cùm dilectus.s.de elec.
Nã tunc qñ proponitur exceptio non verisi
milis, vel quia aliâs iudex habet suspectã: põt
arctare partem ad promittendũ certã pœnam
in casu quo illa non appareat vera. facit quod
no.Cõpo.in.c.q sicut.s.de elect. Alia practica
põt colligi ex his quæ habentur in.c. pastoralis
j.de ece.quia poterit iudex statuere terminũ
excipienti intra quem ipsam habet probare, p
ea quæ habetur in.d.c.pastoralis.nõ aũt debet

illam statim repellere, propter præsumptionẽ
quæ sit cõtra illam.quia possibile est ꝙ pars iu
stificabit illam: & ideò si ipsam repelleret, non
iustificabitur appellatio. Et hoc tñ fortè vbi ex
cipiens obtulisset se statim probaturum. p ea
quæ habentur.j.de app.interposita.& per Inn.
de conces.præbẽ.c.post electionẽ. facit quod
habetur in.c.j.§.semper.ij.q.j. Alia etiam põt
colligi ex his quæ habentur.j.de præsumpt. c.
quia verisimile.&.l.non est verisimile.ff.quod
met.cau.quia propter præsumptionem aggra
uabitur excipiens duriori onere probandi.
20 ¶ † Item aduerte. quia cõtra istũ intellectum
gl.facit quod habetur.j.de restitu.spo.c. solici
tẽ.vbi videtur ꝙ quãdo exceptio nõ est verisi
milis non sit admittenda. Sed potes dicere ꝙ
hîc loquitur qñ obijcitur in petitorio iudicio,
in quo de maiori præiudicio agitur.ibi quan
do opponitur in iudicio possessorio, in quo de
minori præiudicio agiẽ, ꝙ licet quis succũbat
in possessorio, remanet sibi saluum ius in peti
torio.l.naturaliter.§.nihil commune.ff.de acq.
pos.c.pastoralis.&.c.cũ dilectus.j.de cau. poss.
& pro.de hoc tamẽ latius tangã cũ gl. magna.
3 tur. ¶ † No. primã causam legitimã ad cedendũ. s. conscientiã criminis. & no. qualitatẽ reqsitã ad crimẽ: quia exigitur quòd sit tale quod impediat ordinis executionẽ post peractã poenitentiam. Ex quo habes quòd quaedã sunt crimina, quae impediũt officij executionem post peractã poenitentiã: quaedã quae nõ impediũt. No. ij. quòd nemo sine crimine viuit: & ꝙ nõ omne crimẽ est habile ad dãdam licentiam cedendi: nec omne crimẽ est habile ad depositionem, sed illud tantũ quod impedit ordinis executionẽ post peractã poenitẽtiam: & hîc habes quae sunt delicta digna depositiõe.[a] & no. pro his quae no. de iud. in. c. at si clerici. ¶ † No. iij. hîc apertũ tex. quòd crimina irregularitatem inducẽtia nõ priuãt quẽ ipso iure beneficio:[b] licet inducãt potestatẽ priuãdi: & sic est hîc casus pro gl. Inn. in addi. de conces. praeben. in. c. cum nostris. & in. c. si celebrat. de cler. excom. mi. iterũ in addi. ¶ † Venio ad gl. huius partis. opp. quòd tales criminosi & irregulares cedere possunt absq; licentia Papae: quia ex quo nõ habent titulũ, nõ est necessaria Papae licẽtia in dissoluendo vinculũ: & tales non habent titulũ. j. q. j. c. ordinationes. ¶ Praetereà tales quantò plus rem tenẽt: tantò plus peccãt: ergo quã citius pñt debent quod iniustè tenent restituere: nec expectanda est in hoc alterius licentia. tales enim vt fures semper sunt in mora. ff. de condic. fur. l. in re furtiua. §. fi. xiiij. q. vj. c. si res aliena. glo. hîc attingit duo. Primũ an pro aliquo crimine vel defectu beneficiatus maximè Episcopatui possit absq; licentia superioris cedere. Secundò dato quòd non possit vel possit distingue: quia quaedã sunt crimina quae inducunt irregularitatẽ, & tollunt facultatẽ petendi, & dandi licentiã cedẽdi: vt sunt illa quae impediunt ordinis executionẽ post peractã poenitentiã quae sunt illa quae impediãt. ¶ Ad primum gl. ponit opi. prima opi. est ꝙ nullus criminosus possit renũtiare absq; licentia Papae. ad hoc hîc & j. c. proxi. vj. q. iij. c. deniq; plus cõcludẽs hoc verũ: etiã si sit tale crimen quod excludat titulum: vt est simoniacus, & intrusus. quod temperat gl. verum, nisi in articulo mortis vellent renuntiare. alle. xvij. q. iij. c. si qs sua dẽte. Ista opi. nõ placet gl. quia si cotingat pro motũ nõ habere titulũ, debet posse cedere absque alterius authoritate. patet de praebẽ. c. de multa. & in extrauagã. c. execrabilis. Secunda fuit opi. Io. & Tan. qui dicũt quòd quidã sunt criminosi, vel aliter inhabiles: ita quod titulo carent: & tales pñt absq; licentia cedere. dant exemplũ in simoniaco & intruso. Quidã sunt criminosi tali crimine, qui tamẽ non priuãtur nec inhabilitãtur intantũ quòd careant titulo & tales nõ possunt cedere absq; licentia Papę. sic loquitur hîc. tales enim titulo carẽtes ad cedendũ tenẽtur: ideò nulla est alia licentia necessaria, quia licẽtiati sunt à iure. j. q. j. c. si quis neq;. haec opi. non placet gl. quia simoniacus caret executiõe: tamen (vt hîc est casus) arctatur qui caret executione ad petendã licentiã cedẽdi: ergo simoniac⁹ arctat̃ ad petẽdã licẽtiã. Cõclude mẽtẽ gl. Quidã sunt carẽtes. ti. vero & ꝓputatiuo, vt qui nullũ habent colorẽ tenẽdi, nec aliquẽ habẽt titulũ: quod est quãdo est declaratũ per sentẽtiã de notorio: vel non appa ret quòd sit ingressus authoritate superioris habẽtis instituere vt intrusus vel intrusi: & tales pñt cedere absq; licentia alicuius: quia hîc nõ dissoluitur aliquod vinculũ: sed soli iniustè possessioni renuntiat̃. & hic casus est planus. & sic ꝓcedit vna opi. Quidam sunt carentes titulo quo ad rei veritatẽ: habent tamẽ aliquẽ colorẽ tenendi: vt qa delictũ vel defectus est occult⁹. & tales cedere nõ possunt absq; licẽtia superioris: qa ille putatiuus titulus, & coloratus opiniõe cõmuni habet instar veri: qa iste putatiuus titulus in hoc reputatur verus. de elect. c. auditis. & quod no. ibi: vt sicut in vero exigitur superioris licentia: ita & in putatiuo. Puto tamẽ quod hîc posset in mortis articulo si caret praesentia superioris ad purgandam cõscientiã suã dimittere beneficium absq; superioris authoritate. & sufficeret secundũ doc. hîc quòd dimitteret in manibus superioris: vt poenitentiarij. alle. de poeni. c. fi. sic intellige hîc Inno. q etiã ad dimittẽdã possessionẽ facti exigit superioris licẽtiam. Quidam sunt habẽtes titulũ, quanquã propter crimen possint priuari ipso iure: cũ nõ sint priuati, sed priuãdi: & tales cedere nõ possunt absq; licentia & authoritate apostolicae sedis, vel alterius superio-

6 ris. vt hîc. ¶ † Ex his infertur primo quòd irregulares essent q priuãtur officij executiõe, per hoc ipso iure nõ sunt priuati sed priuãdi: nisi vbi à iure appareat ipsos esse priuatos, ꝙ tales nõ pñt cedere absq; licentia superioris. vt hîc. si tamẽ sunt priuati per sententiã, nõ expectatur alia supioris licẽtia. Infertur secũdò ꝙ priuati ipso iure beneficijs ꝓpter crimẽ, si crimen est notoriũ, vel sentẽtia declaratũ: quia isti nõ habent titulũ nec colorẽ tenendi: ideò pñt cedere absq; superioris authoritate. Si aũt crimen est occultũ, & alia lata nõ est sentẽtia, nõ pñt absq; licentia seu authoritate superioris cedere. Infertur tertiò qd de intruso: qa hîc nõ habet colorẽ, cedere põt: & debet absq; superioris authoritate. De simoniaco aũt, si simoniã commisit post promotionẽ: quia hic nõ est priuatus: sed priuãdus, debet expectare superioris licentiã. Si aũt cõmisit simoniã in ꝓmouẽdo, si per aliũ est cõmissa eo ignorãte, habet titulum vel saltem colorẽ: ideo licentiã expectet: si per se occulta est. Idem si publica & notoria, quia illa impedit titulum & colorem non est necessaria licẽtia: aliàs debet superioris expectare licentiam. & hoc propter duo. Primò quia iste titulus putatiuus habetur ꝓ vero. secũdò quia de facili cũ talibus bene administrãtibus & occultis dispẽsat Papa. ar. j. §. ꝓxi. ver. *personae verò*. ¶ † Venio ad secundum

7 s. ad secundã partem gl. vbi quaeritur quae sunt crimina quae impediũt ordinis executionẽ post peractã poenitẽtiã. gl. enumerat hîc. & doc. post gl. ¶ Aduerte ante, quã veniã ad gl. Aliqui dixerũt ꝙ sola illa quae numerantur. j. de accu. in. c. inquisitionis. vt simonia: homicidium: & procedit in simonia, siue sit in ordine, siue in beneficio. de quibus habetur. j. de tempo. ord. c. ex tenore. & c. fin. dic vt ibi. Glo. hîc enumerat plures casus. & doc. & hîc communiter habetur recursus. dicit gl. primum crimẽ est simonia. hoc intellige, siue sit in ordine, siue in beneficio. de accu. c. inquisitionis. sed dicit Io. an. quòd simonia in ordine impedit executionem ordinis post peractam poenitẽtiam: & simonia in beneficio beneficij retentionẽ. & sic debet intelligi de accu. c. inquisitiõis. Secundũ est homicidiũ. l. dist. miror. de temp. or. c. fi. Tertiũ omne delictũ quod irrogat infamiã. iij. q. vij. c. infames. §. porrò. quia licet culpa tollatur ꝑ praesentiã: non tamẽ tollitur infamia. ij. q. iij. c. euphemiũ. & hinc colligitur ꝙ dicunt Doc. verum quãdo imprimit infamiã naturalẽ vel ciuilẽ: siue infligat ipso iure, siue sit inflicta ꝑ sentẽtiã. Quartũ secũdũ doc. crimẽ excõicati interdicti aut suspẽsi, se in cõtẽptũ clauiũ faciẽtis ordinari. de sen. excõ. c. cũ illorũ. §. si aũt. vel celebrãtis post illã. vj. q. iiij. c. si qs Eps. vel bñficia cõferẽtis, vel recipiẽtis à cõtẽnẽte vel interdictũ Papae violãte. de exce. pla. c. tãta. Quintò falsarius literarũ apostolicae sedis. de cri. fal. c. ad falsariorũ. & vide ĩ Spe. ti. ij. §. iuxta. ver. sunt quoq;. sub ver. v. Vbert. ꝙ de isto ponit hîc Inn. ibi post. Itẽ haereticus. i. crimẽ haeresis. de pur. ca. c. nos inter. vel ei sacramẽta ministrãs. j. de haere. c. excõicamus. Itẽ sodomita. i. crimẽ sodomiae. de exces. praela. c. clerici. Itẽ peccatũ in pñia cõfessum reuelãs. de poe. & remil. c. oĩs. Itẽ incorrigibilis, & nimiũ in cõtumacia ꝑseuerãs. de do. & cõtu. c. veritatis. Itẽ oẽ crimẽ graue, notoriũ de facto vel iure. de temp. or. c. fi. Itẽ vtens officio assassinorũ. i. illorũ qui cã pecuniarũ vel persuasioni interficiunt hoĩes

au: eos

aut eos receptant vel occultãt.quãuis ex eo etiã mors non sequaꝛ. de homi.c.pro humani,.li.vj .Et hæc crimina sunt quæ dicuntur grauia.de quibus etiã post peractam pœnitentiam dispẽsari nõ cõsueuit :secundum Host.& vide hos casus in Spe.ti.ij.§.iuxta.versi. sunt quoq;.Per hæc & per istũ tex dicit gl.falsam opi. dicentium 8 quòd oẽ crimẽ causet irregularitatem.ad hẽc de fur.c.fi.¶ †Quid si existens in leui peccato læditur cõscientia:ꝙ nõ legitimè teneat ꝑpter hoc beneficium.Dic quòd superioris voluntati debet conscientiã conformaret,& si põt bene,si nõ sequatur conscientiã . & hæc est sufficiens causa dãdi licẽtiã cedendi.de simo.c.per tuas . el ij.secundumIo.and.

Alia verò. No.secundã legitimã cãm cedendi,quæ est debilitas corporis.& hæc surgit ex duplici cã:aut ex senectute:aut ex infirmitate.oportet tñ ꝙ talis sit ꝙ reddat beneficiatũ inhabilẽ ad executionẽ & administrationẽ beneficij.¶ No.ij.ꝙ ad debilitatẽ corporis non sequiꝛ debilitas cordis,& intellectus, & spiritus:sed potius augmentatio,quasi in-9 uicẽ opponanꝛ.¶ Op.ꝙ† infirmitas nõ dat legitimã cãm cedendi vel debilitas:sed dandus est coadiutor.de cle.ęgro.c.ex parte. Sol. doc.dicũt ꝙ debilitas quẽ ex toto reddens inhabilẽ ad tꝑalia, vel debilitas dat legitimã causam cedẽdi in volẽtẽ.inuitus aũt ꝑpter hãc cedere non cõpellitur,vt in cõtrario . si ergo si reddat inhabilem ad tꝑalia dat legitimã cãm cedẽdi volẽti, sed nõ arctat inuitũ.

10 a Pro defectu. †No.hĩc scientiã necessariam ĩ Epõ[a] quo ad gubernationẽ tẽporaliũ & spiritualiũ.¶ Not.ij .differẽtiam esse inter ver.*necesse* .& ver.*oportere*. ¶ Not. iij.ꝙ cõpetens sciẽtia sufficit in prẹlato,nec ꝑpter carentiã eminentis datur legitima causa cedendi.¶ No.iiij.ꝙ sciẽtia inflat,& tollit bonũ charitatis.¶ Quæro an ignorãtia sit pec-b catũ,dicit Io.an.ꝙ si prouenit ex defectu[b] nõ est peccatũ:sed pœna peccati.xv.q.j.c.quod autẽ §.j.si ex negligentia in quibusdam est peccatũ,vt in his qui negligũt scire,vt sciãt quæ ad eorũ officium sperant expedire . xxxviij.di.c.j.&.ij. Alia aũt licet quilibet teneaꝛ credere & operari secũdũ cõsciẽtiã.de sum.trini.c.j.nõ tñ tenetur scire secundũ Inno.Quid si ignorat præsul,sed de facili potest addiscere,dicit gl.ꝙ addiscere põt,& nõ dabitur licentia , & dicit ꝙ ad hoc tenetur quanquã sit senex ad instar iuriscõsulti.si pedẽ &c.

Propter malitiam. ¶ Not . vnam causam legitimam cedendi.qñ præsul nõ põt dare doctrinam plebi & gregi sibi subiectis:nõ tñ ꝑ qualibet culpa,sed qñ sunt incorrigibiles subiecti & ad grauia decidũt delicta,ita ꝙ conuertantur in lupos.¶ Not. ij .ꝙ prælati æquiparanꝛ mercenarijs.¶ No.in fi.tex. allegabilẽ cõtra nimium rigorosos.¶ No.Io.an.ꝙ propter scholariũ malitiã doctor debet 11 cessare à docẽdo.dixit ꝑpter se.¶ †Quæro,an persecutus præsul debeat fugere an se opponere? Dic ꝙ quædã est intrinseca persecutio,quædã est extrinseca.Intrinseca:aut boni in persequendo sunt permisti cũ malis.& boni deserendi nõ sunt ꝑpter malos.xxiij . q. iiij.c.tu bonus.vij.q.c.aduersitas.§.hoc etiã.tũc nisi alius magis ꝓficere posset,tũc eñ superior eũ trãsferre posset,& ipse nõ malè faceret si nec peteret,quia maius bonũ ꝓferẽdũ est.&c.arg.vj.q. j.c. oues.xj.q.j.c.si quis.Aut oẽs sunt mali,& est spes correctionis , & expectare debet & non fugere.Si verò nulla est spes,recedat.& ꝑ hoc põt petere licẽtiã cedendi:vt hĩc est casus.vij.q.j.c .aduersitas §.cũ aũt.&.c.fi.intrinsecã aũt notat persecutionẽ qñ hoc cõtingit ꝑpter defectũ subiectorũ:& tñ ꝑlatus odio nõ habeꝛ.vij.q.j.c.aduersitas.§.hoc etiã cũ §.cũ aũt.secũdũ Inn.& Hos.de quo per Tho. ij.ij.q.clxv.articu.v.Quædã est persecutio extrinseca quæ fit prælato,siue in publico siue in priuato,vel propter peccatũ qđ ei vel clericis imponiꝛ.& hæc est multiplex,qñq; fit cõtra prælatũ & populũ & clerũ,qñq; fit cõtra clerũ:qñq; fit ꝑpter bona:qñq; cõtra aliũ inferiorẽ ꝑlatũ.si fit cõtra totam ecclesiã,vt cõtra clerũ & populũ vt totã fidẽ dimittãt vel ꝑsecutorib⁹ ꝑ violẽtiã subijciãt:qa aliãs fuerũt liberi,etiã si xp̃i sunt ꝑsecutores ,debet se opponere Eps,& plebẽ non derelinquere:si spes est quòd se defendere possit. ff.de iusti.& iur.l.j.in fin.&.l.ij.&.iij.& quia periculum esset si totus populus marium & mulierum patriam desereret : vt vagareꝛ per mũdũ si nõ est spes defensiõis , fugiẽdũ est:vt mai⁹ malũ euiteꝛ.sicut cũ filio Dei fugit Ioseph in Egyptũ,Mat.ij.vel cõueniet cũ fidelibus,siue ẽt xp̃i ꝑsecutorib⁹:si aliter nõ p̃nt euadere fugiãt,vt meli⁹ p̃nt:dũmõ fidẽ & rit⁹ suos nõ dimittãt,hoc eñ sæpe legiꝛ factũ ĩ veteri testõ sed ꝑsecutiõe cessante poterũt ad libertatẽ suã redire.vij.q.j.c.sciscitaris.&.c. ꝑcedẽti.xxiij.q.viij.c.si ĩ mortẽ.§.ecce.&.c.se.Qñq; vt dixi ꝑsecutio cõtra solũ ꝑlatũ:& tũc si ꝑt esse ꝑ aliũ sal⁹ ꝑplo,cedere ꝑt si vult.& ẽt si nõ vult secũdũ Inn.& Hos.vbi eñ iminet ꝑiculũ c destructiõis eccl'iæ.vel aliud magnũ ꝑiculũ[c] in tꝑalib⁹ & sp̃ualib⁹ & scãdalũ ꝑt cogi, ita tñ ꝙ bonũ cãbiũ alteri⁹ ꝑlaturę assigneꝛ.ar.j. §.ꝑ graui.vt sic publica vtilitas &c.de post.ꝑla.c. bonæ:de re.c.licet.vij.q.j.c.scias.de re.pmu.c. qsitũ.Nec ob.ꝙ ifirmi & furiosi nõ remoueñꝛ.qa ibi seruaꝛ vtraq; vtilitas,& priuata ĩ eo ꝙ nõ remoueꝛ,& publica ĩ eo ꝙ coadiutor daꝛ.¶ Qñq; ꝑsecutio dirigiꝛ cõtra clericũ,vel ꝑtẽ cleri tm̃ an debeat se opponere Eps.dicit hĩc Inn.& Hosti.idẽ ꝑ oĩa qđ dixi.s.qñ fit ꝑsecutio cõtra clerũ & ppl'm:quãuis ĩ clericis tãquã ĩ sapiẽtibus min⁹ ꝑiculũ timeaꝛ.vñ dic ꝙ si ꝑsequẽtes cõtẽteñ nõ ꝑseq ppl'm si clericos eijciãt,non debẽt desistere,nec eos tradere,qa ꝑ hoc ꝑdereñꝛ sacra, ẽt doctores fidei amitterenꝛ:vñ ẽt nec clerici debẽt volũtariè exire,& hoc si possent laici,& vellẽt eos defendere,si nollẽtvel nõ possent defendere:possent clerici recedere, & trãqlitatẽ tꝑis expectare.vt.d.c.sciscitaris. debẽt tñ ducere secũ quosp̃nt,ne ĩ tãto discrimiẽ remaneãt cũ alijs sine sacerdotib⁹ & sacramẽtis.& cõmẽdãdi forẽt si ĩspirati martyriũ sustinerẽt.vij.q.j.c.aduersitas.§ cũ verò.Qñq; fit ꝑsecutio vt bona vel res eccl'iæ habeanꝛ.& tũc dicũt aliq ꝙ nõ est violẽter cõtẽdẽdũ.de homic. c.suscipim⁹.xxiij.q.viij.c.cõuenior.ĩ prĩ.vbi de hoc cõtrariũ est verũ.vt no.d e sen.exc.c. dilecto.li.vj.nã & sine corꝑalib⁹ reb⁹ clerici diu viuere nõ p̃nt.j.q.iij.c.si qs obiecerit.debet ergo d ꝑlat⁹ & ꝑ his se opponere[d],exẽplo bt̃i Thomę q ex hac cã martyrũ sustinuit.de homi.c . sicut dignũ.Hæc ꝑcedũt ĩ maiorib⁹ ꝑlatis:ĩ minoribus aũt dicẽdũ est ꝙ quãuis ad mortẽ graꝛ.vile e esset statim eũ trãsferre:[e]vel ei⁹ cessionẽ admittere:imõ deberet poti⁹ supior eccl'iã iterdicere,vel claudere eccl'ias,vel reliqas extrahere.de iurepa.c.j.ij.&.iij.Itẽ excõicare, & tãdẽ ad brachiũ seculare recurrerej.de cle.exc.mini. c.ij.ĩ fi.cũ cõcor.ꝙ si nec sic cõpesci posset ꝑ se vt mai⁹ malũ euiteꝛ:final'r admittat cessionẽ. xiij.di.c.nerui.Qñq; fit ꝑsecutio cõtra ep̃m tñ & tali nõ põt mederi sine Papæ licẽtia:qa ĩ remotiõe Epi mai⁹ iminet ꝑiculũ quã in remotiõe alteri⁹ ꝑlati:xlij.di.c.qescam⁹. Prouideaꝛ ergo ei si ꝑt fieri ,vel ꝑ locũ tutũ ĩ quo moreꝛ vel ꝑ societatẽ armatorũ statĩ ĩcẽdẽtiũ,vel per alium modum:quòd si nullo modo potest mederi:consulatur Papa qui si ei videbitur cessionem admittat,vt hĩc secundum Host. Ant.

Pro graui quoq;.No.v.cãm lẽimã dãdi licẽtiã cedẽdi Epõ:ꝑ.graui.s . scãdalo vitãdo,qñ aliter sedari non potest.Et no.ꝙ prælatus & quilibet plus appetere debet æternã salutem quàm commodũ tꝑale:& sic finis canonic⁹ est insequi bonũ æternũ

ZAHCARIAS.

a ¶ Episcopo. Vide gl.& Dy.in .l. qui cũ vno.in pri. ff.de re mili.Feli. in ca.si qñ.colũ.v. versi.cõsidera tertiò.s.de rescriptis Arch.l xj.di.c.statuimus.& vtrum Papa cũ tali illiterato dispenset,vide istũ in rub. de sum.tri.c.fi.n.6. & quod ibi posui in apostil. meis. in vers.Episcopi.

SEB. SAPIA.

b ¶ Ex defectu. vide tamẽ quod mirabiliter dixit gl. in.l.qui cũ vno.in prin.in vers.tẽporarium.in fi.ff.de re milit.ꝙ Eps in dignè promot⁹ deberet decapitari. quã glo.dicit stupẽdã Fely.in.c.si quando.colũ.iiij. ver.de inferiorib⁹ de rescri.& ibi tãgit quomodo sciẽtia & literatura in Epõ requiratur.

c ¶ Magnũ periculum.Adde Romanum singul. suis fo.xiij.

d ¶ Se opponere. Adde ꝙ hoc voluit Pe.de Anch. consi.lvij.

e ¶ Transferre.Ad hæc vide qõnem quã ponit Card. Ale.in.c. testamẽtum.vj.dist . vbi quærit,an si quis vult cogere sacerdotẽ vt missam celebret in peccato mortali debeat celebrare.&[']dicit ꝙ non,etiã si esset periculũ mortis. vide etiam Abb. in.c.nõ magno.j. ne cle.vel mo.

12 ¶ † No. scandalum vitandum quando potest vitari absq; periculo vitæ æternæ, vbi aũt nõ põt vitari absq; piculo vitæ ęternę, potius est 13 scandalum eligendũ quàm sit omittendũ bonum vitæ æternæ. ¶ † Op. ꝙ propter scandalum non debeat dimitti iustitia. j. de re. iur. reg. qui scandalizauerit. So. dicit glo. ꝙ si scandalũ a euitare possumus sine peccato: scandalũ vitandum est b: si non potest vitari absq; peccato, & tunc potius scandalũ permitti debet quã bonũ vitæ dimitti, si est dubiũ an peccatũ incurratur, videtur vitandũ potius quã scandalũ. xx. di. c. si. j. q. vlti. c. & si illa. xxiij. q. j. c. quid culpatur. vnde ex hoc infertur ꝙ quædã est veritas bonæ vitæ. & hæc nunquã deserenda est propter scandalũ: nisi multitudo sit in causa: duntamen non sint incorrigibiles. xliiij. di. ca. comessationes. & sunt incorrigibiles qñ volunt defendere malũ quod faciũt: non est parcẽdũ multitudini etiã propter scandalũ. de pœni. di. vj. in fi. lxxxij. di. c. plurimos. cũ simi. Idem qđ hîc glo. j. de tẽp. ordi. c. sanè. in. iij. gl. Contrariũ no. gl. de reg. iur. qui schandalizauerit, vbi dicit ꝙ bonũ iustitiæ vel disciplinæ nõ dimittiť propter scandalum. Hosti. tenet gl. hãc quo ad virtutem iustitiæ. vnde dicit ꝙ propter scandalum est simulanda vel differenda. xlv. dist. c. licet. xj. q. iij. c. plerunq;. & remittit ad summã. eo. tit. §. cui. versi. graue. Inno. dicit ꝙ quædam est veritas iustitiæ iuris naturalis: & Euangelicæ, & hæc non est relinquenda propter scandalũ vitandũ, quædã est veritas iustitiæ iuris positiui, & hæc est relinquenda propter scandalũ ex causa iusta temperando, relaxando etiam in certis casib⁹ cõtrariũ statuẽdo, vt no. j. de concess. preb. c. proposuit. de voto. c. j. de sta. mona. c. cũ ad monasteriũ. ad fi. Nam & primam veritatẽ nõ tollit consuetudo. de consuetu. c. fi.

Personæ verò.

Not. aliã causam legitimã cedẽdi scilicet irregularitas, q̃ qñq; est ex defectu sacramẽti: & hęc est duplex. qñ quis cõtrahit cũ vidua, vel quis habuit duas vxores. ¶ No. ꝙ propriè bigamus 14 dicitur: qui habuit duas vxores. ¶ No. ij. ꝙ † illegitimus est irregularis, quia nõ põt ad ordines vel dignitates promoueri. ¶ No. iij. ꝙ propter illegitimitatẽ latentẽ quis non est deponendus: nec danda licentia cedendi, sed cum eo est dispensandũ. ¶ No. qñ peccatũ parentis punitur in filium: & qñ nõ: & qñ est successor vitij paterni, tunc delictũ paternum iure diuino punitur in filiũ, aliâs nõ. ¶ No. iiij. ꝙ filius patri non succedit in vitio iuris personalis, qnq; sic. ¶ No. vltimò multiplicẽ speciem illegitimitatis prolis: quia quædam sunt noti: quidam mãzeres quidã naturales: & quidã spurij. ¶ Oppo. ꝙ tacere potuit, & non exprimere irregularitatẽ natiuitatis: quia ex se euidens est ipsum posse sic tacere. Sol. non potuit de iure. i. nõ debuit. vnde dicit gl. ꝙ hoc debuit confiteri saltẽ in pœnitentia. de hoc an ex tali cõfessione de-15 poni possit, no. j. de pœn. c. omnis. Io. an. ¶ † Secundò opp. quòd peccata latentia nõ inducũt irregularitatem. xxxij. q. v. c. christiana. Solu. dicit glo. quòd hæc decre. est pro opi. quòd inducant & non sol. aliter. Goffr. tenuit quòd occultum peccatũ de quo non est acta pœnitentia inducat irregularitatẽ, aliâs nõ. de temp. ordi. c. fi. Host. dicit ꝙ peccatũ occultum non inducit irregularitatẽ in qua requirať prælati dispensatio. sed irregularitas occulta bene req c rit dispensationẽ c vt hîc & . s. de elec. innotuit. & . c. penul. & vlti. de hoc dictũ est. s. quæ delicta inducãt irregularitatẽ. & dicã de temp. or-16 di. c. fi. ¶ Quæro † an talis illegitimus occultus d arcteť ad petẽdã dispẽsationẽ d? Dicit Inn. ꝙ sic supior aũt dispẽsabit: si cã subsit. & dispẽsabit etiã non vocatis his ad quos spectat electio, vel confirmatio. Nec obst. quòd talis prælatus nõ habuerit canonicũ ingressum propter defectũ dispensationis ab initio. Itẽ nec tempore dispẽsationis: nisi detur consensus electorũ & cõfirmatorum, & consecratorũ, & aliorũ quorum interest. de offi. Archi. ad hæc. §. fi. Sol. dicũt Inno. & Host. quòd per dispensationẽ oĩa reformantur, nec habetur de quo conquerantur hi quorum interest: ex quo semel consenserũt nõ possunt amplius resilire, dũmodo is qui potest dispensare velit. argu. de elec. c. cùm inter canonicos. & vide quod not. de elect. c. dudum. licet electio sit habito respectu ad rigorem nulla prouisio tamen vel electio habito respectu ad facultatem dispẽsandi habet aliquod initiũ vel spem validitatis de iure speciali: quæ cõfirmatur superueniente dispensatione. ad hoc, qa nec etiam de iure naturali talis irregularitas facit electionem nullam. vt dicit Innoc. de cleri. excom. mini. ca. si celebrat. in addi. quod not. ¶ Quæro an talis dispensatio super tali delicto s. prædicto sit debita. Dicit hîc Host. quòd sic: ex quo subest causa & vtilitas: quia bene se gessit in administratione. per quod dicit Host. quòd sibi debita est vbi subest vtilitas, fortius vbi subest necessitas. j. q. vij. c. requiritis. §. nisi rigor. & ca. exigunt. & . c. tali. & . c. seq. vsq; ad §. ecce. vnde vbicunq; persona: res, vel causa, vel locus exigit, debita est dispensatio. xxix. di. c. j. & l. di. c. domino sancto: & . c. considerandum adeò quòd peccat prælatus non dispẽsando. ij. q. v. c. quanto. in fi. subditus tamen illam petere non potest, de quo in. d. c. exigunt. ad hoc quod dicitur in postulato. de elec. c. scriptum. de post. præla. c. ij. & vide gl. de elec. c. licet canon. & . c. cũ ex eo. lib. vj. prohibita autem censetur dispensatio quando sine decoloratione ecclesiæ fieri non potest. & vbi non subest causa dispensandi. j. q. vij. c. & si illa. & . c. tali. Permissa autem est in casu. l. distin. c. si quis presbyter. & vide de fi. presby. c. penul. & vlti. de præ 17 ben. c. de multa. ¶ † Circa hanc irregularitatẽ quærit hîc Inno. de pluribus. Primò quare dicatur & appelletur irregularitas? Respondet quòd non sequuntur regulam aliorum in ordinando, & sunt extra regulam aliorum, quia generaliter Episcopi possunt cum omnibus dispensare vt ad ordines promoueať, & eos promouere, isti sunt extra regulam promotionis: quia in eis expectatur dispensatio Papæ, & hoc stricto modo dicitur irregularitas, alio modo magis largè dicitur irregularitas, & irregularis qui non potest manere in susceptis ordinibus nec pmoueri ad maiores etiã post peractã pœnitẽtiã sine dispẽsatiõe vel Papæ vel iferioris.

de quibus

a ¶ Scandalum. Ad de multa quę tolerantť propter scandalũ euitandũ per Rom. cõ. ccccl xx. Anto. Franci. ¶ An & qñ propter vitandũ scãdalũ aliquid sit faciendũ vel omittendũ, ea quæ habentur in. c. nisi. i §. pro graui. de renun. & in. c. cũ ex iniũcto. de noui ope. nun. & vide bonã glo. in. c. cũ quisq;. xxiij. qõ. iiij. quæ distiguit inter veritatẽ disciplinę & iudicij. & dicit ꝙ prima q̃ cõcernunt veritatem disciplinæ ꝑpter scãdalũ omittũtur, quæ verò cõcernũt iudiciũ nõ. & vide ad materiã beatum Tho. ij. ij. q. xliiij. articu. j. & in. iiij. sen. di. xxviij. art. vj. vbi declarat qđ sit scãdalũ, & quotuplex sit, & an scãdalũ sit pctm̃, & an ꝑpter scandalũ sit omittẽda punitio peccatorũ, & an sit cessandũ à sacra doctria ꝑpter scãdalũ: & an correctio fraterna sit dimittenda. & an etiã sit cõmittẽdũ peccatũ veniale, ꝑpter scãdalũ. & vide q̃ habenť in. c. pueniť. xcv. di. vbi ponũtur multa q̃ cõcedunť ꝓ omittẽdo scandalo, q̃ aliâs nõ cõcederenť. & vide ẽt Hos. i sum ma. de renũ. in. §. pe. ver. est aũt scãdalũ. vbi declarat qđ sit scãdalũ. & vñ dicať: & an & qñ veritas sit omittenda pp scãdalũ. vide no. p Io. an i c. j. de offi. dele. in vj. in ver. scandali & in. c. cũ teneamur. de pbẽ. & i c. ij. de pscri. & in c. qui scãdalizauerit. de re. iu. & an aliquod crimẽ remaneat impunitũ pp scãdalũ. & i qbus casib⁹, habeť in. c. ij. de tẽp. or. & ad materiã vide q̃ habentur in c. nihil. de pscri. & in ca. ad aures. de temp. or. & in. l. si qs filio. §. hi quoꝙ. & seq. ff. de iniu. ru. & irri. te. & l. si oleũ. ff. de do. & i. l. æqssimũ. ff. de vsuf. & adde ꝙ pp scãdalũ dimittiť ẽt matrimoniũ licitũ. vt in. c. sup eo. de co. spi. & ad de ꝙ pp scãdalũ incurrit quis irregularitatẽ vbi aliâs no incurreret. vt est glo. ij. q multa iura all. in. c. ex literis. de homic. & vide oĩno beatum Tho. in. iiij. sent. di. xxxviij. ar. ix. vbi ponit an & qñ propter scãdalũ sit vitandus aliqs cibus, & quis.

b ¶ Vitandũ est. vide gl. §. aptũ. isti. de re. iudic. q refert dictũ Bulga. magis timeo scandalũ, quã futurum periculum.

c ¶ Dispensationẽ. Adde quod voluit Fede. cõsi. clxviij. in fine.

ZACHARIAS.

d ¶ Ad petendam dispensationem. Vide de hoc per Alex. cõsi. xlix. volu. iiij. Bal. in. l. ex libera. C. de suis & legi. libe. & requiriť ꝙ in dispensatiõe exprimať qualitas spuriatatis expsse vel tacitè, ita no. Bal. in. l. ea quã. col. xiij. C. de fideicõ. idẽ in. l. si qua illustris. C. ad orfic. Pau. de ca. cõsi. c. xliij. vol. ij. & Specu. in ti. de sen. §. vj. ver. si autem agitur.

a ¶ Bigamia. Adde quod Pet. de Ancha. consi. cxxiij. allegãs btm̃ Tho. dicit ꝙ bigamia est de iure positiuo nõ naturali, & ꝙ duplex est bigamia. vide ibi latius.

¶ Dic tu ꝙ est triplex bigamia, vt per Spe. in tit. de dispẽs. §. iuxta hoc. ver. cõtrahit. Anto. Francis.

¶ Quot modis cõtrahat bigamia habet per glos. & doct. in. c. sup eo. de biga. & vide p Hosti. in sum. de big. i. §. quot sunt spẽs bigamiæ. & vide q̃ habent & no. i. c. quotquot. xxvj. q. j. & ibi p Archi. & an cũ bigamis possit dispensari vt pmoueantur, habet p glo. Inn. & Host. & doct. post eos in. c. ij. de biga. vbi dicũt ꝙ p Epm non põt dispensari et in minorib⁹ ordinibus: per papam aũt sic, etiã in maioribus. & vide bonam glo. in c. lector. xxxiij. j. dist. & aliã in. c. sunt quidã. xxv. q. j. & vide Arch. in. c. j. de biga. lib. vj. & p btm̃ Tho. in quarto. distin. xxvij. q. iij. art. iij. & si bigam⁹ ordinet, an de facto recipiat characterẽ. gl. & Archi. in. c. j. & ij. de biga. li. vj. tenent ꝙ sic, quod etiam tenet beatus Tho. i. iiij. prælle. di. xxvij. q. vlt. tamẽ in contrariũ videt text. in. d. c. j. de biga. libro. vj. & vide quę habent in. c. si qs viduã. l. dist. & an bigam⁹ sit irregularis de iure positiuo, & nõ de iure naturali, vide Archi. in. d. c. lector. xxiij dist. & Io. an. in. c. nisi cũ pridẽ. in ver. irregularitatis. de renũ. vbi dicũt ꝙ est irregularis de iure positiuo, nõ de iure natural. & vide bea. Tho. i. iiij. sen. d. s. xxxvij. q. ij. arti. iij. qui idẽ

de quibus. not. j. de tempor. ordi. ca. dilectus.
18 ¶ Quæro secũdò † quotuplex est irregularitas. Dic ꝙ duplex q̃dã est ex defectu: vt bigamia, vel illegitimus. & vide alios. l. dist. c. non cõfidat. liiij. dist. per totũ. Secũdo modo dicit irregularitas ex delicto, vt homicidio, quãdo præter dispensationẽ Papæ promoueri nõ põt. vel etiam celebrare in ordine iam suscepto. de qui
19 bus dixi. de tẽp. ord. in. c. dilectus. ¶ † Quæro an irregularitas sit à iure diuino vel positiuo? Dicit Inno. ꝙ quidã dubitãt de illa bigamia[a] q̃ non prouenit ex defectu sacramenti: & sic ex iure diuino. vt patet ex dicto Apostoli: oportet vnius vxoris virum. xxvj. dist. c. j. & . ij. sed dic ꝙ non prouenit illa ex defectu sacramenti sed quia non posset esse hortator viduitatis q coniugia frequentauit. & hoc satis dixit text. xxvj. dist. in fi. vel dic ꝙ dato ꝙ à iure diuino inducatur hæc irregularitas à solo inducit iure positiuo ꝙ à solo Papa possit dispensari. xxvj. di. acutius. & de biga. c. debitũ. vbi dicit ꝙ à defectu sacramenti surgat quia nõ surgit, sed est causa coadiuuans defectus sacraměti nõ inducens. Idẽ dicit de corpore vitiato, ꝙ illa irregularitas est de iure positiuo. Idẽ dicit de qualibet alia saltẽ quo ad ad hoc vt soli Papæ reseruet. Cõcludens ꝙ in veteri testamento nõ erant irregularitates perpetuæ: sed tpales tm̃, vt si exibant extra castra: vel tangebãt mortuum. Nec ob. ꝙ summus sacerdos debet habere virginẽ non repudiatam: nec tunc erat propter defectũ sacramenti, sed propter prædictas cãs. sic & suspensi celebrantes incurrunt irregularitatẽ. q̃d est verũ in suspẽso ab officio, secus si à beneficio: quia iure non raperit. de his in Spec. tit. iij. §. iuxta propositionis. in princi. ver. sumitur.
20 ¶ Quæro † qui dicant manzeres, & de differẽtijs inter istas species illegitimitatis. Solu. dicit hìc gl. ꝙ manzer est ꝓprię natus de scorto. spurius de cõcubina. notus de adulterio, sic dicit nota febris q afflígit sicut quartana, & tñ non est sic notus dicitur filius qui videtur: & tamẽ nõ est. naturalis dicitur natus de cõcubina quę in domo tenet quasi loco vxoris, & talis succedit in bonis patris in duab⁹ vncijs: si alij filij nõ extent, nec coniunx legitima. C. de na. lib. aut. licet. pater in bonis maternis succedit cum filijs legitimis. C. ad orfi. i. l. fi qua. §. fi. Isid. ix. etymo. dicit ꝙ notus est natus ex nobili patre & ignobili matre. cuius cõtrariũ est spurius. quasi extra puritatẽ genit⁹. Host. dicit ꝙ manzer est natus de scorto. qui aliter appellat vulgò quęsit⁹. i. cuius pater ignoratur. Spurius propriè natus de adulterio vel alio coitu damnato. Spurius enim est qui patrem ostendit: sed talem quem nominare[b] nephas est. ff. de sta. homi. l. vulgo. Notum aũt dicit natũ de nõ ingenua, & nõ extra domum, dictus à nota. i. infamia. Est ergo sensus literæ ꝙ cũ notis & naturalibus facili⁹ dispensabit, cũ manzeris & spurijs nõ. qui fil. sint leg. c. per venerabilem. ad fi. & vide p Hostien. in sum. de fi. presby §. j. ver. consueuit. vide in Spec. de dispensa §. nunc de Eporũ. ad fin. ver. curia romana. An autem tales succedant. hìc glo. dicit ꝙ nati ex damnato coitu non succedunt nec patri nec matri, sed soli naturales q sunt nati ex illa quam tenet in domo loco vxoris: secus si sunt nati ex concubina extra domũ: succedant patri secundũ portionem. s. positã.

& matri in totum. de quo dic. vt. j. qui fi. sint legi. c. per venerabilem. vbi plenissimè scripsi.

Verùm. Hìc improbat tres causas cedẽdi. scilicet causam ocij laboris. hoc est qui vellet cedere propter labores vitandos, aut incursus persecutionũ, vel inspirationis, considerando ꝙ vita cõtẽplatiua melior sit quàm actiua. ¶ No. tex. contra ociosos. & no. duo principia peccatorũ, ocium & voluptas. ¶ Secundò no. ꝙ propter ocium & vitã cõtẽplatiuã non videtur deserenda vita vtilis: & fertilis, & operatiua, & sic habes vnam causam illegitimam ad cedendum. ¶ Not. iij. ꝙ propter laboris angustias: & persecutionis incursus, non est danda Episcopo licentia cedendi, nec vxor vel sponsa propria relinquenda. ¶ No. iij. ꝙ inter Episcopum & ecclesiam est matrimonium spirituale, quod contrahitur apud Deum, & fide media inter Deum & Episcopum recipientẽ ecclesiam contrahitur matrimonium cum ecclesia. ¶ No. v. pro patientibus persecutionem authoritatem allegabilem. ¶ No. tertiam causam rationabilem inspirationis ad cedendũ. Et no. ꝙ qui ducitur spiritu Dei, non est sub lege: ¶ Not. mo dum cognoscendi si spiritus est ex Deo si quæ agit ex spiritu, agit non cõtra obedientiam nec cõtra superioris determinationem. ¶ No. tex. allegabilem contra non habentes charitatẽ. ¶ No. ꝙ prælatus debet ponere animam suam pro salute animarum subiectorum. ¶ No. ꝙ ꝓpter defectum aliquorũ subiectorum totum gregem non debet præsul relinquere. ¶ No. quòd omnis labor etiam sine fructu vbi non deficit ex parte operantis, sed ex pte materiæ, non est absq; mercede. ¶ Not. ex versi. *nec putes*. text. allegabilem quæ sit vtilior vita: & quæ aliã excedat, an contemplatiua an actiua, quia contemplatiua securior, actiua magis fructifera. ¶ Nota. ij. quòd omnis comparatiuus præsupponit suum positiuum.
c ¶ No. iij. quòd possibile est[c] quem vti vita mixta partim actiua: & partim contemplatiua. ¶ No. iiij. quòd facilius conceditur monacho vt ascendat ad Episcopatum, quàm Episcopo
21 vt descendat ad monachatum. † Et not. quòd dato quòd possit alius beneficiatus & inferior prælatus transire absq; petitione licentiæ ad monachatum: vt fuit not. suprà. eodem capit. admonet. non tamen potest Episcopus. ¶ Op. dicitur hìc quòd fide media de figendo manum apud extraneum Episcopus sponsam ecclesiam habet. per quod innuit quòd Deus est extraneus à nobis. hoc falsum, quia imò noster est pater: vnde extraneus dici non potest. Solutio. dicit gloss. declarando textus, quòd intellectus literæ quòd sicut fideiussor intercedens pro debitore dicitur apud extraneum fidem spondere, hoc est apud creditorem & pro debitore, sic apud Deum vt extraneum à promittente, & ecclesia dicitur quis Episcopus fidem ecclesiæ spondere: & extraneus dicitur Deus à creatura inquantum ipse creator est. aliàs dicit gloss. fateor quòd extraneus non est altero respectu, quia pater dicitur cuiuslibet christiani: & quilibet christianus est filius. ¶ Nota gloss. singularem super illa dictione:

dicit & adde ꝙ qs nõ debet reputari bigamus, nisi i casibus in iure expressis, vt p Hos. in sum. de biga. circa fi. in ver. secũdò q̃rit. & an bigamus sit infamis vide gl. & Arch. vj. q õ. j. in. c. ij. & adde ꝙ bigamus hodie est exutus oĩ priuilegio clericali, & afficit de foro seculari non obstante quacũq; cõsuetudine in cõtrariũ. vt in. c. j. de big. lib. vj.
SEB. SAPIA.

b ¶ Quem noĩare. Quis sit spurius. vide Bar. in. l. fi. ff. de his qui. vt ind. & no. per Mod. ĩ l. ij. in prin. ff. de ver. ob. vbi tractãt an si quis habeat priuilegiũ legitimandi spurios & incestuosos, possit legitimare eũ qui vtroq; vitio laborat.
SEB. SAPIA.

c ¶ Possibile est. Probat optimè tex in. l. vbi autẽ. in prin. ff. de ver. ob. & dicit signãter Bal. in. l. ij. co. fi. ver. considera etiam. C. de pro. ba. ꝙ si statutũ dicat ꝙ pro insultu sine sanguine im ponat pœna decẽ cum sanguine puniatur maiori pœna arbitrio iudicis cum cicatrice puniatur maiori pœna, illa pœna maior & maxima nõ poterit esse, nisi pecuniaria, quia cõparatiuum nõ põt excludere positiuũ, & suplatiuum non põt excludere qualitatẽ vtriusq;. & hoc ẽt vult Bar. in. l. legata inutiliter. in primis verbis. ff. de legatis. j. quandoq; tamẽ ponit ꝓ positiuo. vt no. glo. in. l. hæres. ff. de neg. gest. in. l. vtiq;. in gl. fin. ff. de dam. infect. & gl. in. c. consilium. de celebra. missa.

ZACHARIAS. ¶ Alius quã extraneus. Dic tu ꝙ propriè ista dictio alius, refertur ad similia no. Bal. in. l. couenticulam. col. v. versi. itẽ est ar. à natura alternatiuorum. C. de epis. & cle. & in. l. si fugitiui. in vlti. colũ. versi. quæro hic dicitur. C. de ser. fug. & not. in authenti. ex testamento. & ibi Guil. de cu. & doct. post gl. C. de colla. imò plus dico ꝙ impropriatur si nõ importat eandẽ qualitatem. vt dicit glos. & doc. in præal. auẽ. ex testamento veluti dũ dicit crucifix⁹ est Christus, & alij duo latrones. de quo vide tex. & ibi bal. in. l. j. C. de his q̃ à non dño. Card. in cle. j. §. vrbanus. de reli. & venera. san. vbi dicit ꝙ si Papa appellet cardinales fratres, & subdat & alios p̃latos, ꝙ non intelligitur appellare alios prælatos fratres. vide Spe. i titu. de sponsa. in princip.

Anto. Eranci.

¶ Circa significatũ istarũ dictionũ ali⁹ alia aliud, vide glo. in auẽ. q̃ se miel. in ver. aliud. C. qũo & qñ iu. & no. p Cy. i auẽ. sed curialẽ. C de Epis & cle. & p Io. an. in addi. Spe. in ti. de sponsali. circa prin. & p gl. i cle. j. de rescr. & regulariter facit relatione eiusdẽ qualitatis & similitudinẽ notat. & ideò si statutũ dicit ꝙ p aliquo delicto puniat qs pœna amputationis pedis vel man⁹, vel alia. intelligit de pœna simili, & ideò nõ poterit iponi pœna pecuniaria qa nõ couenit in eodẽ gñe pœnæ, neq; poterit iponi pœna amputatio nis capitis, q̃ est lõgè remota à pœna expssa in statuto, sed puniet pœna ãputatiõis alterius mẽbri. pquo est gl. i. l. si fugitiui. in ver. alia. C. de ser. fugi. dicas tñ ꝙ alius alia aliud

a alius: quia idẽ est & dicit ali⁹ quã extrane⁹, qd no. p his q̃ dixi. de rescript. c. sedes. vel secũdò dicit gl ꝙ quilibet xpianus licet filius, tñ filius emãcipatus est qa De⁹ dedit ei liberũ arbitriũ faciẽdi quicqd liberet bonũ vel malũ, vnde sicut filius emãcipat⁹ põt dici extrane⁹ respectu ad filiũ in ptãte qui nõ habet liberũ arbitrium: sed est subiectus patriæ potestati: ita dicit extraneus quilibet xpianus propter arbitrij libertatem.

22 ¶ Opp. ꝙ † nõ licet se cõmẽdare: & tñ apostolus se cõmendauit ibi: dum dixit se plus cæteris laborasse. xj. q. iij. c. si quis verò. xviij. q. ij. c. quidã. in prin. vbi de hoc. vj. q. j. c. finitate. xxiij. q. v. c. remittunt. § hîc notãdũ. Io. an. hîc allꝯ oẽs authoritates sacræ scripturæ pro & cõtrà, an liceat se commẽdare, vel non. Finaliter concludit ꝙ de virtutibus q̃ sibi insunt quis licitè

b se cõmẽdat ex charitate, vt alios ad illas inducat, vel à detractorib⁹ se excuset. xviij. di. c. nõ oportet. de censi. cũ instãtia. versi. quia nos. sed laudare se cã supbiæ vel elationis, vel ad alterius datractionẽ: hoc nõ licet. vt in contrarijs. ¶ Quæro an sit verũ ꝙ nihil perficiat bonum absq; charitate, doc. dicũt ꝙ non quo ad vitam æternã, pdest tñ ad min⁹ supplicũ subeũdũ. xc. di. c. neq;. & vide qd no. j. q. j. c. vide quãtũ. An.

SVMMARIVM.

1. *Episcopus, qui propter crimen renuntiauit Episcopatui non potest ad illum amplius assumi. & nu. 15.*
2. *Archiepiscopus vocatur electus, si adhuc non sit cõsecratus, aut non habuit pallium.*
3. *Capitulum potest transferre potestatem eligendi prælatum vni canonico.*
4. *Compromissum factum ab aliqua vniuersitate, requirit consensum omnium vnanimiter præstitum.*
5. *Postulatio an veniat appellatione electionis.*
   Electi possunt eligere prælatũ qui sit extra capitulũ.
6. *Eligi vel postulari quis debeat.*
7. *Episcopus siue Papa, an dispenset contra consilium vel decretum.*
8. *Vitiũ vbi nõ est de facile dispensabile per Papam, inhabilis nõ eligitur, nec eius postulatio admittit.*
9. *Episcopus qui transiuit ad monachatum, quibus casibus possit ab episcopatũ reassumi. & n. 12. & 15.*
10. *Criminosus notorie non potest ad episcopatũ assumi.*
11. *Crimen notorium impedit quem promoueri etiã peracta pœnitentia.*
13. *Eligentes indignum non priuantur potestate eligendi quando est vitium de facili dispensabile.*
14. *Monachus si vocatur ad aliquam dignitatem, quis dispensabit cum eo.*
16. *Licentia quæ datur religioso vt ingrediatur aliud monasterium, sufficit quod præstetur à prælato solo nec requiritur quod præstetur à capitulo.*

est relatiuũ diuersitatis: & refert aliud à noĩatis expssis. p quo vltra tex. & gl. in. d. l. si fugitiui. vide tex. in. §. gallinarũ. insti. de rerũ diui. & ꝙ sit iplicatiuè eiusdẽ gñis, vide no. p gl. & doc. in. l. iij. C. de ser. fugi. & in. c. sacris. de sepul. & vide bonũ tex. in. l. qdã relegat⁹. ff. de reb. dub. & vide q̃ plenè, tractant p gl. & Mod. in. c. sedes apostolica. de rescri. & idẽ dicas de dictione alter. q̃ repellit eadẽ qualitatẽ. vt est reg. cũ gl. in cle. si vna. de re. eccle. nõ alie. & in auẽ. vt defun. seu. eo. fune. in prin. & in. l. sup seruis. C. qui mili. nõ poss. lib. xij. & in. l. in causæ. la. ij. ff. de mino. ¶ Et adde etiã ꝙ ista dictio alius. denotat cõtrarietatẽ ab expssis. vt in. c. qui se scit. ñ. q. vj. & in. c. quis nesciat. xj. dist.

b ¶ Se cõmendat. Adde illud Cice. in quadam oratione. vbi dicit Themistoclẽ illũ summũ Athenis virũ cũ interrogat⁹ esset cuius vocẽ libentissimè audiret, respondisse, ei⁹ cuius suæ virtutes optimè prędicarentur. facit & aliud, turba q; doctorum Nasonem nouit.

ZACHARIAS. ¶ Tu adde an & quãdo & qualiter sit licitũ alicui se cõmendare, per Spe. iu tit. de aduo. §. nunc de exordijs. versi. vt ait Seneca. & in ti. de disputat. & alle. §. satis clarè. circa prin. modus aũt cõmendãdi aliquem vel seipm, ponitur per eundem Specul. in all. ti. de aduo. §. nunc ver. cõmedet ergo. & §. hic dicendũ ver. commendet autem. Anto. Franci.

¶ Circa hoc quãdo alicui liceat se vel aliũ cõmendare, siue laudare, dicas primò ꝙ quæ sunt manifesta nõ indigẽt aliqua cõmẽdatione. l. j. ff. de in inte. resti. l. j. in fi. ff. de do. p le. & no. i. l. obseruare. i. §. ante, quã ff. de offi. pcõ. & lega. & no. in ru. C. de nouo codice cõponẽdo. & i. c. ecce. xxiij. q. iij. & vide plenè per Io. an. in. c. nisi in §. fi. de renũti. vbi plures authoritates sacræ scripturæ allegauit. & vide Io. an. in. c. ñ. de pbẽ. li. vj. vbi ponit illa verba Hieronymi: qui dicit laudet vnusq;q;, quod possidet vide tñ bonũ text. i c. objeciũt. xxxij. q. iiij. vbi dicit, ꝙ nõ debet prędicator delectari i laude, ppria, sed debet delectari de fructu auditorũ & dicebat Vin. in. c. cũ sit. de æta. & quali. ꝙ qlibet oratulanus laudat ortũ suũ. dicit tñ gl. p illũ tex. in. c. saluator. j. q. iij. ꝙ illud qd dicit cã cõmẽdãdi habet p nõ dicto. & vide gl. in. c. sunt plurimi. vj. q. j. & no. in. c. sunt nõnulli xlvj. di. ꝙ laudãs

17. *Cessante causa an & quando cesset effectus.*
18. *Causa quæ dicatur impulsiua, & quæ finalis.*
19. *Indignus faciens se promoueri quomodo puniatur.*
20. *Simoniacè promotus quomodo punitur.*
21. *Simoniacus à quo potest dispensari.*
22. *Monachus an impediatur eligi ad illam dignitatem quam dimisit vt efficeretur monachus. & num. 24.*
23. *Simoniacè receptus ignoranter, an teneatur dimittere dignitatem per simoniam receptam statim quòd sciuit.*
25. *Episcopalis ordo an imprimat characterem.*
26. *Papa potest dispensare contra apostolum: dummodò nil statuat contra fidem.*

CAP. XI.

Post trãslationem.

1 ¶ † Episcopus qui propter crimẽ renũtiauit Epatui: ad religionem transiuit ad Epatum reassumi non põt. secus si renũtiauit propter persecutionẽ, infirmitatẽ defectũ scientiæ, simoniã ipso ignorante commissam, vel alia simili cã. Sunt tres partes. Pria ponit postulationẽ & postulantiũ petitionem. Secũda ibi: *verum.* ponit canonem petitioni & postulationi contrarium. quod interpretatur ponendo casus in quib⁹ canon obstat, & in q̃bus non obstat. Tertia ibi: *cum ergo.* committit postulationem certis casibus admittendam: & certis repellendã. ¶ Casus. Dum quidã eps Sarnatañ. obtente licẽtia cedẽdi fuisset ad monachatũ in monasteriũ sancti Fridiani Lucaneñ. diœcesis, cõtigit ꝙ Fauentina ecclesia vacante fuit postulatus à quodã Ioanne compromissario, in quẽ capitulũ cõpromiserat de eligẽdo. p̃sentata fuit postulatio Papæ: Papa cõsiderans quoddã cõsiliũ, in quo disponebat ꝙ transiens ad monachatũ de pſulatu cã pœnitentię non poterat rursus ad Epatũ reassumi, prima facie allegauit non indifferenter tñ de iure talẽ admittendã postulationẽ: cũ sit adesse vitium illius concilij nõ erat de facili dispensabile, cũm Papa de facili non consueuerat cõtra tam solẽne cõciliũ dispẽsare, cũ sit vnũ ex quatuor principalibus venerandũ, sicut quatuor Euãgelia, tñ quia illud cõciliũ non semper procedit & in suo etiam intellectu est plurimũ intelligibile, primò excludit tres casus, in qbus nõ habet locum illud concilium, cũm illis casibus non proportionetur. Primò quando persecutionis causa: vel infirmitatis ad monasticam vitam transiuit. nã tunc recuperata sanitate poterit absq; dubio reassumi ad episcopalem dignitatem. Secundus qñ propter literaturæ defectũ de Epi-

aliquẽ de malo ope peccat mortaliter & tene menti, ꝙ laudãs aliquã siue cõmẽdãs aliquã rẽ cõtra veritatẽ, si ex hoc pximus decipiat prout cõmuniter solẽt facere mercatores, laudãtes merces sustenẽtur de dolo. l. si. ff. de dolo. l. ea quæ. & ibi plenè no. ff. de contrahen. emp. & tene etiã menti bonum tex. in. c. istius. ad hoc. de pœniten. di. ij. ꝙ dũ laus virtutis quærit p ditur ipsa virtus. & pptereã dicebat sanctus Tho. iiij. q. xcvj. art. j. & ij. ꝙ omnis laus est attribuenda Deo & non hoĩbus tm. vide tex. in. c. nunquid. & in. c. nasci. lxj. dist. qui dicũt, ꝙ nemo potest acquirere laudẽ vel vituperium de virtutibus vel vitijs paręntũ, sed de proprijs tm. & tene mẽti tex. in. c. si quis verò. xj. q. iij. ꝙ illud quod quis facit cã cõmẽdandi debet ita facere vt alteri nõ noceat, vt si exinde resultaret detractio & dãnũ alicuius.

scopatu

adhuc non potest prohiberi, licet debeat moneri ex quo peccatum est occultum. Ad quod respondẽt ꝙ fatendũ est, ꝙ occultus peccator nullo modo debet prohiberi, si loquimur de prohibitione contentiosa & præcisa, si de pœnitentiali & monitiua, debet prohiberi qñ perseuerat in peccato, vel quando non perseuerat & est irregularis vt homicida. hîc intellectus est in se verus, sed nõ placet quia tex. videt̃ loq de præcisa monitione & prohibitione. ideò intelligo tex. vt loquatur de præcisa, & intelligatur de delicto occulto, prout distinguitur contra notoriũ, quod tñ est probabile, & secũdũ hoc decidit decre. ista: quia quandoq; delictũ est mediocre & occultũ: probabile tamen, & post actam pœnitentiam & non debet prohiberi in susceptis, nec in suscipiendis, quia tales non sunt irregulares. vnde ex quo egerũt pœnitentiam non sunt prohibendi. Quandoq; delictũ est graue & occultũ vt causans irregularitatem, vel ipso iure inducens suspensionem: & tũc prohiberi debet, vt in homicidio de quo loquitur cã exempli. vnde idem in alijs suspensionem vel irregularitatẽ inducentibus. Quãdoq; delictũ est mediocre & notoriũ, & hoc etiam post peractam pœnitentiã impedit: quia causat irregularitatem. Quandoq; est mediocre & occultum, & nondũ est acta pœnitentia, tñ est probabile & adhuc dico ꝙ prohiberi nõ debet sed moneri, quia ex quo delictum non causat irregularitatẽ: licet hîc sit in peccato & possit probari, antè, quã notoriũ sit nõ potest hîc ꝓhiberi à ministrando: quia hîc propter peccatum suspensus est tñ quo ad se: à suscipiẽdis autẽ posset prohiberi, & hoc non negat dicere. Concludendo tñ oïa. dico ꝙ quædã sunt crimina enormia, quæ quo ad propositũ sunt delicta natura delicti causantia vel irregularitatẽ vel suspensionẽ: vt est delictũ homicidij: & de hoc est certũ penes omnes, vt hîc. de alijs est dubiũ certè: vt est crimen simoniæ. de accu. c. inquisitionis: & alia delicta quæ enumerãtur per doct. in. c. nisi cũ pridẽ §. ꝓpter cõscientiam. s̃. de renuntia. vel verius illa in quibus apparet à iure ꝙ inducunt suspensionem ipso iure. & in istis aut crimen est notoriũ, & duplici causa inducit irregularitatẽ natura delicti. & occultæ notorietatis. hæc impediunt siue acta pœnitentia siue nõ: vt hîc. & in susceptis & in suscipiendis: aut sunt occulta prout occultũ distingitur contra notoriũ, sunt tamen probabilia, & tũc idem siue sit acta pœnitentia siue nõ: vt hîc secundum intellectum quẽ sequor. & possunt tales præcisè prohiberi. Aut sunt omnino occulta, & tunc tales quo ad se, etiam acta pœnitentia sunt suspensi, & sunt prohibẽdi in foro pœnitentiæ consulendo, sed non præcisè in foro contentioso, sed suæ relinquendum conscientiæ: vt hîc secũdum alium intellectum. Quedã sunt delicta enormia, & causantia irregularitatem vel suspensionem, & ista manifesta impediunt in susceptis & suscipiendis: occulta in susceptis tantùm non impediunt: sed in suscipiendis. sic. s̃. eo. c. ex tenore. Quædam sunt delicta mediocria. & appello mediocria omnia mortalia de qbus in sum. de pœni. & remiss. § de peccatis sub. §. quę autem sunt peccata mortalia. xxv. di. c. vnũ. §. nũc aũt. q̃ sui natura non causant irregularitatem, inter quæ est periurium, adulterium, & falsum testimonium vt apertè patet hîc. & dic ꝙ quandoq; hæc mediocria sunt notoria iuris & facti. & talia propter notorietatẽ causant irregularitatẽ ex accidenti. & tales non possunt promoueri acta vel non acta pœnitentia: vt hîc. est casus implicitè, nisi secum dispensetur. Attendendum tamen est ꝙ in dispensandi potestate distinguitur inter ista an sint de mediocris minoribus, & dispensant Episcopi, nisi appareat prohibitum acta pœnitẽtia. de iudi. c. at si clerici. si sint de maioribus dispensat solus Papa, nisi vbi appareat Episcopis permissum. & hoc casu potest procedere opinio alia de qua sit mẽtio hîc in glo. quæ exigit in talibus dispensationem. Quãdoq; hæc delicta mediocria sunt occulta: prout distinguitur occultum contra notorium. & sic sunt probabilia. & tunc aut isti volunt promoueri acta pœnitentia, & possunt, vt hîc est casus. aut volũt promoueri nondum acta pœnitentia. vt hîc. dicunt quidam quòd talia faciunt hominem irregularem, vt non possit in susceptis ministrare, nec ad superiores ascendere. Credo quòd quo ad se sunt irregulares: quia non possunt salua conscientia ministrare, nec ascendere quo ad alios autem vt possint prohibere: dico nisi hujus delicti ꝓbatio recipiatur, ita quòd transeat in notorium quòd nõ possunt etiam prohiberi, sed bene debẽnt moneri: & sic debet intelligi hęc decre. in fine. & dic quòd aut in susceptis & ante probationem receptis non pòtest impediri, sed debet moneri: vt hîc. aut in suscipiendis: & dic quòd oblata probatione poterit impediri. arg. eorum quæ no. per Hostien. in. c. quæris. de æta. & qualita. & de coha. cleri. & mu. c. vestra. Not. ꝙ vbi conscientia regulatur à iure diuino, & tunc peractio pœnitentiæ semper tribuit potestatem ministrãdi in susceptis, & ascendendi ad superiores, secus si regulatur à iure positiuo. quia seruãda sunt fortè dicta suprà. de hoc no. fuit s̃. eod. c. ex tenore. Quandoq; hæc crimina sunt omnino occulta & si acta pœnitentia, idem quod suprà. & fortius ea non acta non possunt prohiberi, sed tantùm moneri. & sic ergo loquitur finis decre. ¶ † Oppo. secundò contra vnum suprà incidenter præsuppositum, quòd periurium non sit de mediocribus, quia imò est maius delictum adulterio. xxij. quæstiò. v. ca. ille. Solu. dicit Hostien. hîc quòd illud quod dicitur de homicidio hic: habet locum & in alijs grauibus, & sic periurium sequitur homicidium. hoc non dicit Hostien. sed remittit ad. d. c. ille. & ibi no. quòd homicida dicitur grauius peccare. & sic no. verbum quod hic ponitur. argu. eorum quæ not. de renun. c. nisi. §. propter conscientiam. quod infinitè displicet. quia contra hanc decre. dic ergo quòd quo ad effectũ irregularitatis de quo agimus, maius censetur homicidium, & magis horrendum. Item quomodocunque sit, sufficit quòd à iure nõ reperiatur quòd periurium inducat suspensionem. Quæro an irregularis ordinatus vbi eget dispensatione characterem recipiat, doct. dicunt hic quòd sic. dummodò in forma ecclesiæ ordinetur quòd vera sacramenta conficiat. xix. di. c. secundum. j. q. j. c. dominus. & c. quod quidam. & no. j̃. titu. j. c. ij. ¶ Quæro secundò an in delictis mediocribus acta pœnitentia absq; dispensatione posset quis ad superiores ascendere. & in susceptis ministrare hîc Ala. videtur velle quòd non. nisi saltem Episcopus cũ eis dispenset quod potest. vt de iudi. c. at si clerici. & dicit quòd valde necessaria est dispensatio non propter depositionem vitandam. quia occulta peccata vindictam non habent. xxxij. quæstio. v. c. christiana. sed vt licitè suum officium exequantur. quod aliter non possunt. xxxiij. distin. c. habuisse. Item operabitur dispensatio, quia super illo delicto amplius accusari non poterit. de fil. presby. c. ex tua. de schisma. c. fraternitati. Non ob. xxxiij. q. ij. c. admonere. xv. q. c. presby. de pœ. distin. iiij. c. diuina clementia. quia verum est quòd dispensatio vel absolutio pœnitentialis non tollit pœnam contentiosam sed bene tollit dispensatio iudicialis, vt j̃. de iudi. c. at si clerici. §. j. hoc vltimum est verum. sed primum non placet, vt dicit glo. fin. quia delictum mediocre occultum habita pœnitentia nulla eget dispensatione. vt dictum est. s̃. & est hîc casus ad literam. & ad hoc vt huiusmodi dispensatio operetur quo ad pœnam contentiosam in delicto occulto habebit occultus peccator nõ solũ Epõ, sed etiã

testibus

a SEB. SAPIA. ¶ Notoriũ. Vide quæ no. Bar. in. l. j. col. iij. ff. de ope. no. nunci. vbi ponit quæ faciant rem notariam. & ibi etiam per moder.

b SEB. SAPIA. ¶ Certa. Iſtud voluit etiam Bar. in. l. ij. §. penult. ff. de aqua plu. arcē. Alex. in conſi. clxvj. incip. Animaduerſis in. v. col. Bart. in. l. iiij. ad fi. de adulter. Bal. in. l. filium. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur.

j & ideò ſi conſultor dicat in conſilio, ita credo: eſt perinde acſi diceret ita affirmo. bon. tex. in. l. ſi quis filio. & ibi Bal. no. in. §. irritum. ff. de iniuſto & irri. teſta. & ſi alio tempore conſulendo crederet contrarium, nō eſſet ſine erubeſcentia. vt dixit Bal. in. l. de tutela. C. de in inte. reſt. mino. per tex. in. l. eos. C. de modo mul.

c ¶ Credulitatis. Ad de quādo teſtis de credulitate ꝓbet Aret. conſil. cliiij. & an cũ teſtis deponit de idoneitate alicuius debeat eſſe peritus in ea. vide per eundem. conſi. l. in fine.

ZACHARIAS. ¶ Adde tu ad materiā ſubiectam. ſ. qñ teſtis de credulitate probet Ale. in rub. de iniur. & conſil. cix. volu. c. Fel. in. c. inqſitionis. §. qnæſiuiſti. de accu. hippo. de marſi. ſin. xiiij. incip. tu fac clerũ eſſe, & ſin. lxxxiij. incip. diffuſè. ſatis plenè per Ber. lādri. ī apoſt. ad iſtũ ī. c. firmiter. ij. col. in apoſti. in verſi. firmiter. & ibi etiam in apoſt. meis. ſ. de ſum. trini. & per Lanfr. de oria. in ca. quoniā cōtra. §. ſtatuimꝰ ver. confeſsiones. nu. 26. in apoſto. Celſi. in ver. firmiter. j. de proba.

Anto. Franciſ. ¶ An & quando credatur teſti deponenti de credulitate. vide quę habentur in. l. teſtiũ facilitati. C. de teſt. cũ teſtis debeat deponere de his quæ ſenſu corporis ꝑcipit. vt ibi. tamen in materia in qua teſtis deponere de his quæ percepit iudicio intellectus vel ex peritia artis diceretur certitudinariè deponere: vt plenè tract. in. c. ꝓpoſuiſti. de ꝓba. imò dicitur ille ꝓbabiliter credere q credit peritis in arre. vt in. l. ſemel. C. de re milit. li. xij. & habeť per Bar. in. l. in bonorum. ff. de bono. poſ. & per eundē in. l. j. ff. de ventre inſpiciē. & in l. cùm quidam. in §. quod dicitur. ff. de acquir. hęre. Et adde quod per verbum credere dicitur dari certa reſponſio: vt eſt bo. tex. in. c. j. & ibi no. de poſt. & maximè quando tale verbum profertur à iureconſulto, vel doctore conſulente; vt eſt tex. in. l. planè. la. picola. ff. de leg.

teſtibus, per quos probare poſsit prodere crimen ſuũ: de quo. l. di. c. ex pœnitentibus. Ioā. an. ¶ 7 † In gl. ibi: *per confeſsionem.* & ibi: *per teſtes.* & ſic omne iudicialiter probatum eſt notoriũ[a]. ad hoc quod no. In. j. de fil. presby. c. cōſtitutus. Io. an. de verb. ſig. c. cùm olim. imò oē conſtās ex actis pōt eſſe notoriũ. vt no. Inn. de appel. c. ex inſinuatione. de accu. c. euidentia. cum ſua glo. vide quod not. de teſt. c. per tuas. de conſue. c. cùm dilectus. ¶ In gl. pe. ibi: *in occultis.* ſ. irregularitatē vel ſuſpēſionem quo ad ſe & alios inducentibus, in alijs aũt irregularitatē vel ſuſpenſionē nō inducētibus nō eſt neceſſaria diſpenſatio nec quo ad pœnā, nec quo ad accuſationē ſi delictũ eſt occultũ: vbi tamē inducunt ſuſpenſionem quantuncunq; delictum eſt occultum, neceſſariò habebit confiteri non ſolùm Epiſcopo, ſed etiā teſtibus pręſentibus, vt poſsit probari diſpenſatio. de quo l. diſti. c. ex pœnitentibus.

De ſcrutinio in ordine faciēdo. Rubr.

¶ Dicto de ordinibus: & quia ordinandi examinādi ſunt, ideò &c. & eſt duplex ſcrutinium, vnum ꝙ habetur ante ordinationem, cuius forma habeť. xxiij. diſtin. c. qui Epiſcopus. & hoc prout loquitur de ſcrutinio ante ordinatiōem. de ſecūdo quod fit poſt ordinationē. de quo hîc &. xxiij. di. c. epiſcopus. & c. ſe. xxiiij. diſt. per totum. li. diſt. c. qui in aliquo.

SVMMARIVM.

1. *Teſtimonium credulitatis admittitur in his in quibus non pōt haberi certa & determinata notitia.*
2. *Scire dicitur quis etiam illud quod ſcit per credulitatem aut præſumptionem.*
   Teſtis dicens ſe ſcire quia credit, an probet?
3. *Simpliciter dictum quando aliquid dicatur.*
4. *Loquens etiam veritatem contra conſcientiam peccat mortaliter.*
5. *Stilus curiæ non eſt tradendus ſemper in exemplum quando aliquid diſpenſatiuè operatur præter iuris regulas.*
6. *Dignus quis non præſumitur ad aliquam dignitatem niſi probetur. 7.*
7. *Peccatum aliquid eſſe præſumitur: quādo agitur de præiudicio animæ.*
   Præſumere an quis debeat de ſe bonum vel malum?
   Bonus an quis præſumatur in dubio?
8. *Diues quis in dubio non præſumitur: niſi ſemel. diuitiæ fuerint probatæ.*

CAP. I.

EX parte. Epiſcopus ordinatꝰ interrogatus in ſcrutinio Epiſcopi ordinandi, reſpōdere pōt illũ dignum ſi eum non nouit indignũ. Et ſunt duæ partes. In prima deciſa conſultatio. In ſecunda reſpōſio. ibi. *Fraternitati.* in qua primò eccleſiæ romanæ morē inducit. Secūdò reſpondet reſponſum moderatur, & moderatum declaratur. ¶ Caſus literalis. Cùm aliqs epiſcopus debet conſecrari Metropholitanus conuocat alios ſuffraganeos ad faciēdam conſecrationē. Epiſcopi præſentant cōſecrandum Archiepiſcopo dicētes. Reuerende pater poſtulat ſancta mater eccleſia hunc electum in Epiſcopũ cōſecrari, & ipſe illos interrogat ſi ſciunt illũ eſſe dignum. Ipſi reſpondēt ꝙ ſciunt & credũt illum eſſe dignum. Epiſcopus quidā in homini reſponſione ne offenderet hominem Deũ ęſtimat offendiſſe quādoq; præter: quandoq; contra cōſcientiā reſpondendo cùm electi cōuerſatio eſt illi minus bene cognita, vel penitus ignota q̄ſiuit qualiter in homini interrogationibus ſalua cōſcientia debeat reſpondere? Rñdet Papa quòd cùm nos aliquē promouemus in diaconum, vel presbyterũ: prior diaconorum dicit. poſtulat ſancta mater eccleſia hũc diaconũ ad onus presbiteratũ: vel hũc ſubdiaconum ad onus diaconatus aſſumi: & Papa interrogat. ſcis illũ eſſe dignũ ad hoc onus, & ipſe reſpōdet. ſcio & teſtificor illum eſſe dignũ ad hoc onus quātum humana fragilitas noſſe ſinit. Vnde in tali reſponſione nō credit aliquē peccare, dummodò contra conſciantiam non loquatur, quia non ſimpliciter dicit illum eſſe dignum: ſed quātũ humana fragilitas permittit, quia quē indignũ nō nouit dignum debeat æſtimare. Hac ergo reſpōſione ſecurè poterit vti, niſi fortè ſibi cōſtet ꝙ ſit indignus. Si verò ſciat illũ indignũ, ſignificet hoc Metropolitano antequā veniat ad ſcrutiniũ. Sed Papa hanc interrogationē nō facit in cōſecratiōe Epi: ſed in ordinatiōe ꝑsbyteri, vel diaconi. B. ¶ No. j. ꝙ antequā procedatur ad actũ ordinatiōis, debet præcedere quædā inqſitio ſummaria & extraiudicialis de qualitate ordinādi: cuius forma eſt vnus de aſsiſtētibus. i. pn̄tās interrogeť de habilitate ꝓmouēdi, & ipſe rñdeat de credulitate ordinādi. ¶ 1 † Not. ij. ꝙ in his in qbus nō pōt haberi certa[b] & determinata notitia admittiť teſtimoniũ credulitatis[c]. Et no. ꝙ teſtis deponēs ex certa ſciētia idoneitatis: vel habilitatis alicuiꝰ eo ipſo ſubit anceps ꝑiuriũ. ex eo qa nō pōt de hoc certa dari & determinata veritas. ¶ 2 † Et not. ꝙ etiā illud diciť qs ſcire qđ ſcit ꝑ credulitatē, vel præſumptionē,[d] qn̄; eius certa nō pōt dari veritas, vel ſciri: & tũc nō ſcire ſimpliciter: ſed ſcire ꝓut natura patiť: & ſic no. ꝙ qs aſtringit ſe ad opationes ſecūdũ metas naturæ, & vltrà ad ſupnaturalia non arctatur. Et no. ꝙ nō vitiať dictũ teſtis ſi dicat ſe ſcire id quod capit tantũ ex credulitate vel præſumptiōe, ſi tēperat illud merè ad metas naturæ. ¶ No. ij. ꝙ aſſerens tacitè vel expreſsè quē dignũ, non peccauit ſi eũ non nouit indignũ. & ſic patet ꝙ quilibet dignus præſumēdus eſt niſi appareat indignus. ¶ 3 † No. iiij. qd dicatur ſimpl'r[e] dictũ & nō ſimpliciter dictũ: quia illud

SEB. SAPIA. d ¶ Pręſumptionē. Vide pulchrè per Alex. in. l. j. colũ. viij. ff. ſi cer. peta. vbi latè proſequitur an in teſte ſufficiat quòd habeat vehementem opinionem.

e ¶ Simpliciter. Ad de latè Noui. in. l. j. ff. de ver. obli. & vide. ſ. in apoſt. de ſumma trini. & ſi de catho.

ZACHARIAS. ¶ Adde Alexan. conſi. vj. in. j. colũ. in prin. vol. ij. plenius quā per aliũ per Lanf. in repe. cle. ſæpe. nu. iij. in ver. ſimpliciter. & ibi in apoſt. ad eũ & quid operetur illa clauſula ſimpliciter in reſcrip. de ver. ſig.

Anto. Franciſ. ¶ Circa ſignificatum huius dictionis ſimpliciter. vide Barto. in. l. j. in princ. ff. de vulga. & pupillari. & ibi etiam per Alexā. & per Bald. in. l. ij. C. de ædil. acti. & in. l. manifeſtiſſimi. in. §. primo in. ij. no. C. de fur. & in. l. ea quæ. in xj. quæſtione. C. de condi. inde. vbi dicunt quòd exponitur ſimpliciter. ideſt purè, vel ſine diſtinctione, vel nullo addito, vel ſine aliqua adiectione. & quot modis accipiatur hoc verbum ſimpliciter. vide plenius quàm per alios per Ioan. de imo. in. l. j. §. ſi qs ſimpliciter hîc alleg. vbi inter reliqua dicit qđ quādoq; exponitur. i. ſine rigoroſa ſubtilitate. vt in. c. dilecti. de iud. & dicit facere ad quæſtione quādo cauſa committitur alicui vt procedatur ſimpliciter, quia importat perinde acſi diceretur ꝓcedas ſine rigoroſa ſubtilitate, reiectis difficultatibus, ac duplicitatibus, ambiguitatibus, obſcuritatibus, & doloſis machinationibus. de quo etiam per Bar. in extrauagā. ad reprimē. in ver. ſummarie. vbi diciť ꝙ intelligiť reiecta

ſcrupuloſitate &rigoroſitate ordinarij iudicij, quod etiã voluit do.Ant.de
buc.in.d.c.dilecti,de iu.& Adde quod etiam intelligitur ſimpliciter, ideſt
non extra propoſitum.vt per Bald.in.l.fi.C.de do.promiſ.in.j. colum qui
dicit not.pro his qui habent reſpondere poſitionibus ſimpliciter. & vide
etiam Bal.in.l.inteſtato.C.de ſuis & legit.libe.vbi dicit ꝙ intelligitur ſim-
pliciter.ideſt ad li
teram & ſine ali-
qua di. & ex hoc
infertur an ille q
cõfitetur factum
&qualitatem dica
tur ſimpliciter rñ
dere:vt puta ſi di
co habuiſſe rẽ ſed
reſtituiſſe:|vel Ti
tium vulneraſſe,
vel occidiſſe, ſed
ad mei defenſionẽ
vide Bal.in.l.con-
tra negantẽ. in.ij.
col.C.ad.l.aqui.&
vide Bart. in.l. de
ætate. in.§. nihil.
ff.de inter.act. de
quo vide plenè p
Alex.in.d.§. ſi qs
ſimpliciter. & ad
materiam etiam
vide quæ habẽtur
in cle.ſepe.de ver
bo.ſig.Et adde ꝙ
ſimpliciter dictũ:
generaliter eſt in-
telligendum.l.j.§.
quod autem.ff.de
alea. l. marcellus.
in.§.quidam.ff.ad
treb.l.ab hoſtibus
§.ſed quod ſimpli
citer.ff.ex q. cau.
maio.ad quod vi-
de bo.gl.in.c.præ
terea.de off.dele-
ga.in gl.j.

SEB. SAPIA.
a ¶ Bonitatis natu-
ralis.vide quę no.
Bart.in.l. ſi prius.
ff.de oper.no.nũ.
vbi tangit quãdo
præſumatur ex
primo ſtatu rei ſe
cundum naturam
ſuã,videtur tamẽ
aliqualiter his q̃
dicit do.Ant. ob-
ſtare tex.in capi-
tulo, omnis ætas.
xij.q.j.

SEB. SAPIA.
b ¶ Diuitiarũ.quòd
præſumatur quis
diues niſi ꝓbetur
volũt omnes Scri.
in.l.ſi verò. ver. q
ꝓ rei qualitate.ff.
qui ſatiſdare cogã
& ibi etiam not.
quòd non præſu-
mitur paupertas,
ſed qui dicit diui-
tem vel pauperẽ,
debet ꝓbare. Ad-
uerte tamẽ quòd
ſi quis efficiatur
diues, pręſumitur
factus ex ſua indu
ſtria.vt eſt tex.no
in.l.ſi defunctus.
C.arbi.tute.

dicit ſimpliciter quod abſq; plica & limitatio
ne aſſeritur.illud aũt dicitur nõ ſimpliciter di
ctũ quod aſſeritur cum aliqua determinatiõe.
qđ eſt notãdum ꝑ ſtatutis quæ ad poſitiones
exigũt ſimplicem reſponſionem:& quæ requi
runt poſitiões ſimplices eſſe.ad hoc Butrigar.
4 in.l.ij.C.de iura.ca. ¶ † Not.v.ꝙ loquens etiã
veritatem contra cõſcientiam peccat mortali
ter. ¶ Sextò no.cautelam &,inſtructionem in
terrogati:quia aut ſcit eum eſſe dignum, & ſe
curè reſpondet eum eſſe dignum. Aut ſibi cõ-
ſtat eum eſſe indignum,& non debet reſpon-
dere eum eſſe dignum. nec etiam eum apertè
dicere indignum:debet hoc nuntiare Epiſco-
po qui eum ordinauit,vel Archiepiſcopo cõ-
ſecranti:& hoc in ordinatione presbyteri vel
5 diaconi. ¶ † Et no.ꝙ non ſemper ſtylus curiæ
ab inferioribus eſt in exemplum trahẽdus qñ
ſtylus curiæ aliquid præter regulas diſpenſati-
6 uè operatur. ¶ † Op.ꝙ non debeat reſponde-
re ſe ſcire illum dignum & habilẽ,ex quo igno
rat habilitatem vel inhabilitatem, ſed potius
debet reſpondere quòd ignorat. Sol.dicit glo.
quandoq; aliqua veriſimilia præcedũt indicia
ex quibus debet quẽ dignũ præſumere:& tunc
non debet reſpondere ſe ignorare, ſed ꝙ ſcit
eum dignum eſſe.hæc enim præcedũt indicia
quia eò ꝙ vidit eũ electũ & præſentatum à bo
nis,debet eum habilẽ & dignum præſumere,
& de tali reſpondere debet quòd audiuit ab a-
lijs.xxij.q.v.c. hoc videtur.ſecus ſi nihil præce
dat præambuli:quia tunc non præſumitur di-
7 gnus. ¶ † Secundò videtur ꝙ in dubio debeat
quis potius præſumi indignus,quã dignus.C.
de his qui ve.æta.impe.l.ij.C.de prob.l.ex per
ſona. Item ſecũdò quia in dubio præſumẽdus
eſt excõmunicatus.de ſen. ex.c. cũ deſideres.§.
ſecũdæ.q.hinc eſt ꝙ fortius præſumit fornica
tio quã matrimoniũ.vt patet.xxx.q.v.c.aliter
dicit gl.ꝙ vbi agit de animæ præiudicio,præ-
ſumendũ eſt in deteriorem partẽ.de ſponſa.c.
iuuenis. Circa indicia præſumitur potius iu-
ſtũ & bonum,quã præſumatur aliud.vt hîc.&
lxxxvj.diſt.c.ſi quid. Dic concludendo dicta
Docto.ſi quæritur quo ad ſe quid quis debe-
at præſumere de ſe,quidq; ei cõcludendum vt
præſumat: & tunc dicẽdum eſt ꝙ potius ſe nõ
idoneũ & malum quã bonũ præſumere debet
& maximè in his in qbus eſt periculũ & ſcan-
dalũ aliorũ: & hoc ne periclitetur anima ipſi-
us,vel eius ſalus negligatur:ad hoc.de cler. ex-
com.mini.c.illud.& no.gl.de elect.c.cùm in iu
re.Quandoq; quæritur qualis quis ab alio de-
beat in dubio præſumi: tunc aut nihil petit ad
quod eius reqratur habilitas vel idoneitas: &
in dubio debet plus præſumi dignus quã indi-
gnus.Quãdoq; aliquid petit:& tunc aut quæ-
ritur de idoneitate naturali:& tunc aut nõ ap
paret in præteritum, vel in præſens de aliqua
eius inhabilitate:& tunc reſpectu bonitatis na
a turalis [a] quilibet debet præſumi bonus potius
quã malus.hoc ideò, quia naturaliter creatur
bonus & plenus virtutibus: & ſic naturaliter
homini præſumuntur virtutes ineſſe. nec ob.

peccati deſtructio:quia contra illud datur ſa-
cramenti reparatio.de ſum.trinit. c. firmiter.
in quo confertur gratia.de conſecr.di.iiij.c.ij.
ideò cũ conſtet ſemel reparatus adhuc præſu-
mitur reparatus,donec conſtet cõtrarium. C.
de probatio.l.ſiue poſsidetis.ff. de mino.l.ait
prætor.aliâs.l.& ſi ſine.§. penulti. Aut conſtat
poſt baptiſmum ipſum ſemel malũ:&non ido
neũ fuiſſe:&præſumitur ſemper non idoneus
in illa ſpecie donec cõtrariũ probetur, ſiue nõ
idoneitas ſurgat ex malitia animæ, ſiue corpo
ris defectu.de elect. c.cùm inter.R.& patet in
regula ſemel malus.de reg.iur.li.vj. Et hæc ve
ra,ſiue quæratur de perſonis puniendis. C.de
proba.l.fin.lxxvij.diſt.c.ſi quis.ſiue quærat de
beneficijs acquirendis,& perſonis ſublimãdis:
quia de occultis hominum actibus in quibus
eccleſiæ,non eminet euidẽs periculum præſu-
mitur bonũ: antequã tamen promoueatur de
hoc inquirendum eſt:& ſi aliqua eſt præſum-
ptio contra promouẽdum vel oritur aliquod
dubium inquirẽdum eſt & illud purgatur per
inquiſitionem:de præſumpti.c.literas.ſi nulla
eſt ſpecialis præſumptio, ſemper iudex faci-
et generalem inquiſitionem.de elec.c.nihil.&
facta examinatiõe ſi nihil mali reperitur,ſem-
per pręſumendus eſt bonus:per apparentiã ta
men poſterius præſumitur poſteà in præteri-
tũ.de ſpon.c.is qui.de elect.c.innotuit.Quan-
doq; quæritur de bonitate accidentis ad natu-
ralem bonitatem, quæ eſt annexa intrinſecæ
bonitati:& tunc gloſ. dicit ꝙ hæc non præſu-
mitur:quia habet ſemper accidens.& no. glo.
de ele.c.ſi fortè.&.c.quã ſit.li.vj. Sed huic ob-
uiat hæc decr.quia & hîc agitur in conſecran-
do de bonitate non naturali omnino: ſed etiã
accidentis ad naturam. & tamen præſumitur
hic bonus:patet de elect.cum in cũctis.ad hoc
de præſum.c.fin. Dic ꝙ prædicta procedunt,
quando nullum apparet teſtimonium bonita
tis illius,vel præſumptio.vbi autem aliqua ap
paret præſumptio:vt quia ad hoc per alios eſt
præſentatus, vel bonus ad hoc eſt electus vt
bonus &confirmatus:ſicut in illo qui petit cõ
ſecrari:& tunc præſumitur accidentalis boni-
tas:& ſic loquitur hîc.& hoc eſt quod vult di-
cere gl.j.Idem quando præcedit aliqua exami
natio ipſius,&nihil mali apparet contra eum:
8 vt.d.c.fi. ¶ † Quandoq; quæritur de idoneita
te extrinſeca bonitatis extrinſecæ, vt diuitia-
b rum [b]:& tunc dic aut non apparet aliquando
diuitias habuiſſe:& nõ præſumitur: quia qui-
libet naſcitur nudus.Iob.j.xlvij.diſtin.c.ſicut.
& talis præſumitur,niſi probetur veſtitus:&
hoc quia diuitiæ vt accidentales de facili ab-
ſunt & adſunt vt in.§. ſi magiſtratus. quem al-
legat glo.& in aut. vt omnes obedi.iudi.colũ.
v.Ad prædicta regula.de regu. iur. ſemel ma-
lus.libro. vj. aut ſemel ponuntur diuitiæ, &
præſumuntur. ¶ Ex his concordantur duæ
gloſſ. iuris ciuilis contrariæ. quarum vna eſt
in.l.ſi verò.§.qui pro rei qualitate.ff.qui ſatiſ-
da.cog.quæ tenet quòd in dubio hæc idonei-
c tas præſumatur [c].alia eſt in.l.ij.ff.de prob.quę
tenet

c ZACHARIAS. ¶ Idoneitas præſumatur. Adde tu quôd regulariter
quis præſumitur idoneus niſi quo ad facultates. Bar.in alleg.l.ſi verò. An-
ge.in aut.de hære.& fal.§.hic nobis.col.j.Bal.in rub.C.qui accuſ. non poſſ.
& Spe.in ti.de pro.§.j.verſi.reſtat.& in ti.de actore.verſi.ſed qualiter.
Anto.Franci. ¶ Tu adde ad hoc de idoneitate quòd in dubio qlibet præ
ſumitur idoneus
ſecundum materi
am in qua idonei
tas requiritur niſi
contrarium pro-
betur.l. nõ omnes
§.à barbaris.ff. de
re milita. & habe
tur per Spe.in tit.
de prob. in.§.j.in
ver,reſtat.& adde
quòd quando lex
loquitur ſimplici
ter de idoneitate,
ſeu quòd aliquis
ſit idoneus,intelli
gitur ꝙ ſit idone-
us omnibus mo-
dis,& nõ ſecundũ
quid,vt in.c.tales.
xxiij.di.&in.c.ex
pœnitentibus.l.
di. & in. c. cùm in
cunctis. & in.c.ni
hil.& in.c.poſtq̃.
de elec.&habetur
in.c.cũ teneamur.
& in.c. ſuper lor-
dinata.de præbẽ.
& in cap.is cui.de
præben.lib. vj.&
in.c.fi.de pręſum.
quod adeò verum
eſt, quòd ſi Papa
mandat alicui pro
uideri de benefi-
cio,etiam ſi nõ di
cat ſi eſt idoneus,
ſemper ſubintelli
gitur illa clauſula
quãuis non ſit ex
preſſa. vt hîc in.c.
cauſam.de elec.&
no.gloſſ. in fin.in
capitulo, ex par-
te.de conſtitu. &
gloſſ.ij. in capitu-
lo,is cui. de elect.
lib.vj,adde ꝙ licet
quis ſit idoneus
ad regimen vnius
eccleſiæ: non pro
ptereà ſequitur
quòd ſit idoneus
ad regimen alteri
us,quæ forſan ha-
bet maiorem cu-
ram, & quæ indi-
get maiori & gra-
uiori regimine.vt
in. c. in cauſis. de
electio.& vide bo
no.text.quis dica-
tur idoneus.in.l.ſi
quis ſtipulatus.ff.
de verbo.ſigni. &
dixit Specu.in ti-
tu.de emp.& ven
di.in.§.j.verſi. ſin
autem. quòd qui
promiſit dare fi-
deiuſſorem, tene-
tur dare idoneum
& hæc quidẽ ido
neitas non mi-

nus dicit ex fide quã ex facultate cõueniendi; vt eſt glo.in.l.eũ q.in.§. fi.ĩ ver. idoneior. ff. de in diẽ adie. Et adde ꝙ debẽt tria cõcurrere ad hoc vt qs dicatur idone⁹ fideiuſſor vel idone⁹ ſimpliciter, videlicet facultas conueniẽdi diuitię&fidelitas. l.ſi verò.§.j.ff.qui ſatiſ.cogan.l.ſi ita ſtipulatus ſim ſtichũ aut pamphilũ ff.de ver.obl.&in ſti.de ſuſpe. tuto. in.§.fi.&qs debet ꝓbare an ille q dicit idoneũ,vel qui dicit nõ idoneum habetur per gl. in l.ij.ff.de proba.& in.l.non eſt neceſſe.eo.tit.& per gl. in.l. ſi verò ꝓ cõdẽnato. ff. qui ſatiſ.coga. & plenè traditur in.c.fi.de præſum.

a ¶ Vſq;. Adde de hac dictione latè Old.conſi.xlix.

ZACHARIAS.

¶ Adde ꝙ iſta dictio vſq;: ſi ponit̃ ſuper nũero vel pſonis.& in dubijs vbi eſt fauor inclu dit:aliâs excludit, niſi oſtendat̃ mẽs proferẽtis alia.ita no.Bal.in aut.hoc ampli⁹.co.vj.ver. no.de dictione vſq;.C.de fideicom. Bar.latiſſimè in.l. pſonus.§. ſempronio.ff.de lega. iij. Bald.in.c.j.§. ſi qs de manſo.col. vij verſi.quero de flu. minibus vtrũ veniãt.de contro. in ueſt.& in addi.ad Spec.in ti.de dila. in prin.&ibi Spe. §.j.ver. ſed pone. Alex.poſt Bar.in præallega.l.patronus.&ibi concor. p eũ Arch.in.c. ſi gratioſè.de reſcri. li.vj.gl.& do.in.c. ſtatutum. de præ ben.eo.li.

Anto.Franci.

¶ De hac dictiõe vſq; an & qñ includat vel excludat:vide etiã quę habentur per gl.& doc. in.l.j.ff.de pigno. ac.vbi etiã ponũt de dictione præter.& vide p Bar. late in.l.pſonus.§.

tenet contrariũ ꝙ nõ præſumat̃, & ſemp præſumitur donec cõtrariũ probetur.ff.de priuile.credi.l.ſi creditores.de hac materia.de præſum.c.fin.& plenius in regula ſemel malus. de reg.iur.li.vj.& quod ſcripſi.de elec.c.bonæ.& per Cyn.C.de ꝓba.l.actor.& ibi p But. Quid ſi habẽs rñdere in ſcrutinio denũtiat inhabilitatẽ promouẽdi ad ordines ſecretò. Archieps nõ vult ipſum audire ſuper denũtiata indignitate niſi publicè proponat.Dic ſecundũ Inno. ꝙ debet euitare ſcrutinium ſi põt,& euitet ſic quòd per eũ crimẽ fratris nõ publicet̃.vnde ſi eo pñte & tacẽte publicaret̃.dicat pdicta verba:& ſi euitare nõ põt,dicat hoc ſecurè cũ loquatur in pſona eccleſiæ quæ ſuã indignitatẽ ignorat.ij.qõ.j.c.vnus.&.q. vij.c.plerunq;.de off.or.c.ſi ſacerdos.& ſi per hoc nõ informat cõſcientiam ſuam,ſatisfaciat ei ſecũdũ Hoſti.

De ordinatis ab epiſcopo qui epiſcopatui renuntiauit, uel excõicato Rubr.

¶ In tractatu ordinãdorum qui præcedit & ſequtur interponitur hæc ruhricella de ordinatis ab epiſcopo qui epiſcopatui renuntiauit:& incidenter ponitur de ordinatus ab Epiſcopo. Quid de ipſis excõicatis ordinatis:habet̃ de ſen.excõ.c.cũ illorũ.De ordinatis à ſimoniaco:de ſimo.c.per tuas. & aliâs criminoſo.ix.q.j.in ſumma.& vide de ſchiſma.c.j.De prima parte nõ habetur in decre.ſed inducit̃.j.q.j.c. uentũ.&.q.vij.c.daibertum.De ordinatis ab his de quibus dubitat̃ an fuerint Epi.xxviij.diſt.De ſecuuda.ix.q.j.per totum.& de ſchiſma.c.j.&.ij.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus qui renuntiauit Epiſcopatui, retinet ea quæ ſunt ordinis.2.3.6.*

4 *Ordo ſubdiaconatus eſt ordo ſacer.*

5 *Vſque:iſta dictio ſtat aliquando incluſiuè & aliquãdo excluſiuè.*

7 *Ignorantia craſſa & ſupina quæ dicatur.*

8 *Epiſcopus in dubio renuntians Epiſcopatui,an cẽſeatur renuntiaſſe loco tantum, an ordini & loco.*

CAP. I.

1 Requiſiuit. ¶ † Epiſcopus q renuntiauit loco tantũ inuitatus ordines cõferre poteſt ſicut prius & renũtiauit ordini cũ ordinato p eũ ad minores,vel ignorãter ad ſacros diſpẽſat Epiſcopus:cũ ordinato verò ſciẽter ad ſacros nõ diſpẽſat.In prima cõſultatio.In ſecũda diſtiguẽs reſponſio.Secunda ibi : *reſpondemus.* ¶ Caſus literalis.Archiepiſcopus Toletanus renuntiauit Archiepiſcopatui: poſt illã renuntiationẽ quoſdã clericos ordinauit:ſucceſſor ipſi⁹ quæ ſiuit vtrũ illi in ipſis ordinibus debeãt remanere.Reſpondet Papa diſtinguẽdo vtrum ille renuntiauit loco tantũ:aut loco ſimul & dignitati.¶ In primo caſu cũ loco tantũ renuntiauit põt ordines cõferre,ſicut añ inuitatus ab Epiſcopo aliquo.In ſecũdo caſu ſi ſimul renuntiauit loco & dignitati,diſtinguitur vtrũ contulit ſacros vel minores.Si enim aliquis minores ordines à tali recepit, & in illis poterit miniſtrare,&ad maiores ꝓmoueri:qa huiuſmodi ordines quandoq; à nõ Epiſcopis cõferuntur. Si verò ſcienter à tali ſacros ordines quis recipit, executionem officij nõ habebit,quia eam non habebat.Si verò ignoranter epiſcopus cũ tali poterit diſpenſare,niſi craſſa & ſupina fuerit ignorantia.Ber. Not.duo iura concurrere in Epiſcopo. primò ius dignitatis epiſcopalis cohęrens perſonæ,quæ habetur per conſecrationem.ſecundò adminiſtrationis ius cohęrẽs loco cui præſidet,quæ habetur per confirmationem.ſ.de elect.c.tranſmiſſam. Et no.quòd hæc iura non ſunt inſeparabiliter connexa vel indiuidua.vnde vni poteſt renuntiare ſine altero ſi inchoëtur à loco.

2 ¶ † Et no.ꝙ poteſtas in his quæ ſunt in habitu,ordinis reſidet in dignitate cohęrente perſonę:quo ad exercitium reſidet in loco cui pręeſt,& in quo adminiſtrationem habet.& ex hoc concluditur ꝙ Epiſcopus,qui renuntiauit adminiſtrationi:ſed non dignitati poteſt illa quæ ſunt ordinis quo ad habitum: ſed non quo ad exercitium: quia caret obiectis,in quibus niſi ſibi integretur per inuitationem alterius qui habeat exercitium.

3 ¶ † No.ꝙ in ordine & in conferente conſiderantur tria.character ordinis,habitus, & exercitium.Primum quo ad poteſtatem cõferendi reſidet in charactere cõſecrationis & dignitatis epiſcopalis.Secundũ reſidet in habitu dignitatis epiſcopalis, prout cohęret perſonæ. Tertium reſidet in adminiſtratione dignitatis:ex hoc infertur quòd habens omnia hæc tria conferat characterem & habitum: ſed nõ executionẽ.habens primum ſolũ confert characterem.Et no.arg.ꝙ ex toto renuntians dignitati epiſcopali nõ propterea ipſam quo ad potentiam ordinandi perdit quin ordinando characterem imprimat. & ſecundũ hoc hîc apertè videtur probari ꝙ Epiſcopatus eſt ordo & habet characterẽ: aliâs vt poſitiuũ ex toto toleratur renuntiatione.¶ No.quòd ordinati ab Epiſcopo etiam dignitati renuntiãti recipiunt characterẽ.Nunquid aũt recipiunt executionẽ?patet ꝙ non.An ſecũ ſaltẽ poſſit diſpenſari per inferiorem à Papa.Hæc decre. concludit ꝙ aut eſt ordinatus ad minores, & poterit ſiue ſcienter ſiue ignoranter. Aut eſt ordinatus ad ſacros:& tunc ſi ſcienter,non poterit niſi à Papa diſpenſari. ſi ignoranter, & craſſa ſit ignorãtia,idem:ſi probabilis, per inferiorem à Papa poterit diſpenſare. Et not.quòd craſſa ignorantia æquiparatur ſcientiæ in his in quibus agitur de defectu.Et no.ꝙ priuatus maiori poteſtate poteſt id quod poterat ex minori poteſtate. vide de elect.c.quòd ſicut: & quod no.glo.de conſue.c.cùm dilectus.

4 a ¶ † Videtur hæc litera velle quod vſq;ᵃ ad ſubdiaconatum durent ordines minores & ſe extendant. & ſic quòd ordo ſubdiaconatus nõ ſit ſacer. hoc eſt falſum:quia imò ſacer eſt.j.de æta. & quali. c.à multis.

5 ¶ † Sol.dicit glo.quòd hæc dictio vſq; ſtat excluſiuè:licet aliquando ſtet incluſiuè.alle.ff.de ſena.l.vlti.§ ſenatores. hîc Io.an.multa iura allegat pro & contrà.de hac dictione:vſq;: an ſtet incluſiuè, an excluſiuè. dicit quòd quandoque dictio ſolet proferri à canone,vel lege: & dic quòd includit prout plus & minus amicatur vel inimicatur alijs iuribus, vt intellectus amicus recipiatur,alius reſpuatur: vt patet hîc.ſemper tamen ſi de mente legis apparet illam ſequamur.ff.de extraordi.cri.l.penulti.verſicu.ſunt quidam.ibi:vſq; ad pœnam

ſempronio. ff.de leg. iij.& per Bal. in.l.à caligato. C. de nu.& per Bar. in.l. ſi oleũ. in.§. meritò.ff.de dolo & in.l.quidam in teſtamẽto.ff.de lega.ij.& vide etiam Bar.in.l. meminiſſe.in ver.& ꝓ declaratiõe.ff. de of. procõſu.& habet̃ per gl.in.l.filiusfamiliâs. in.§.ij. in ver.vſq;.ff.de leg. j.& per gl. in.c.j. ver.vſq; de ordin. ab epiſc.qui renũ. epiſcopa. & per Gemi.in.c. ſtatutum de præbẽ.in iiij. col.in verſi.in ducit etiã.li.vj. & vide per Alex. in l.j.in.§. nuntiatio in.xij.co.in verſi. quærit etiam Io. de imo.ff. de noui oper. nunti.& Bal.& Alex.poſt eum in.l.ex facto in ver.item quæro.in.ij.colũ.ff.de vul.& pup.

capitis: vbi nõ apparet per sequẽtia vel præcedentia, vel aliter procedit quod est dictũ. Quãdoq; pfertur ab homine: & si expressè, vel tacitè, vel per coniecturas, vel aliter constat de mẽte loquentis, ꝙ inclusiuè vel exclusiuè ponatur sic accipitur. de verb. sig. c. intelligentia. & c. propterea. Si verò de volũtate non apparet, recipimus inclusionẽ vel exclusiõem, quæ fauorem habet, vel ex cuius consequẽtia resultat odium. per regulã odia. de reg. iu. lib. vj. ff. de dolo. l. j. quatenus fauor non infert alteri iniustum. j. de do. inter vir. & vxo. c. nuper. Alij dicũt ꝙ semper ponitur inclusiuè, nisi per correspõdentiam alterius actus aliud appareat: & hæc vera vbi non apponuntur ipsi. Si opponitur dictio vsq;, tempori limitato, & nullũ est dubium. Quandoq; adijcitur & ponitur tempus limitans. Exemplum de rescri. c. si gratiosè & c. si propter. de ele. c. cùm ex eo. li. vj. c. cum dilecti. de do. & cont. dicit Ioã. an. ꝙ vbi aliud non apparet, non esset absurdum dicere quòd prolatũ ab homine recipiatur contra proferẽtem exclusiuè vel inclusiuè. de reg. iur. reg. contra eum. lib. vj. aliàs fit locus distinctioni prius dictæ. De dictione à [a] dic vt de præben. statutum. li. vj. De absq;: de procura. c. qui generaliter. lib. vj. vide Gul. de cu. ff. de offi. procon. & leg. l. meminisse. & Bart. in l. patronus. §. Sempronio. ff. de leg. iij. ¶ † Videtur secundò cum glo. in verbo. *ignorantia probabilis*. quòd recipiens ordines ab Episcopo qui renuntiauit nõ sit suspensus, nec egeat dispensatione, per iura quæ dicunt quòd ignorantia probabilis excusat. ff. de iu. & fac. igno. l. error. & l. regula. Sol. dicit glo. si culpa non præcedat ignorantiam, procedit contrarium. hic præcessit culpa: quia fecit se à non Episcopo ordinari. Vel secundò dicit glo. & melius dic in his quæ causantur à defectu potestatis ignorantia vel sciẽtia nihil operatur quando est singularis: quia non supplet defectum potestatis: ideo quòd quis non habet alteri dare nõ potest: & carens executione illã alteri tribuere non põt. j. q. vij. c. daibertum. de iurep. c. quòd aũt. Restat ergo ꝙ ignorãtia non dat sibi excusationem. vbi aũt vitiũ surgit ex parte malitiæ vel negligentiæ suscipientis, vel cum quo non agitur, tunc probabilis ignorantia excusat dolũ vel negligentiam. sed nõ tribuit quod tribui non põt à causa agẽte. Vnde concludendũ est ꝙ tales ordinati quãtuncunq; probabili ignorãtia egent dispensatione, quicquid senserit hic Inn. qui conatur respondere ad hãc decre. & posteà se correxit. de schism. c. j. nisi fortè esset ignorantia communis: ita quòd cõiter reputetur pro nõ suspẽso. quo casu an in talibus spiritualibus operetur tolerantia. dixi de iurepa. c. consultationibus. vbi plenissimè hoc examino. dicit tamẽ Host. quòd hæc dispensatio de facili obtinebitur. ¶ † Quæro quando dicatur crassa & supina ignorantia. dicit glo. quam no. quando aliquid factum est publicè, vel coram populo. & hoc non excusat. dicit hic Vin. Gof. Hosti. & Guli. ꝙ licet Episcopus publicè renuntiasset, clericus posteà ab eo ordinatus potuisset habere iustam ignorantiã, vt si extra prouinciam tũc fuisset. & hoc probaret. sicut. C. de contrahen. & cõmit. stipul. l. optimã. de rest. c. ex tenore. j. qui ma. accu. pos. c. cũ in tua. qđ no. ¶ † Quid si renuntiauit simpliciter, an in duplo præsumatur renuntiasse loco: tantũ: an ordini & loco? Dic ꝙ loco tantùm: quia qui renuntiat dignitati, præsumitur hoc facere propter crimẽ de renun. c. post translationem. igitur ne præsumatur criminosus, quòd esse non debet. s. titu. proxi. c. j. præsumitur renuntiasse plus loco quã dignitati. secundum Phi. & Hosti. qui remittit ad sum. eo. ti. § sed quid si simpliciter. Et quod hic dicitur renuntiasse dignitati in. d. c. post translationem. dicitur renuntiasse ordini. intelligitur autem per hoc renuntiasse executiõi, & potestati ordines cõferẽdi. ¶ Quæro an super executione ista ordinati ad sacros ordines ab eo qui renuntiauit ordini dispẽset Episcopus? dic quòd non: secundum Doc. hic licet secus sit in ordinato ab Episcopo alieno executionem habente, qui non renuntiauit. de quo. s. de temp. or. c. quod translationẽ. ¶ Vltimò per tex. in si. patet qualis debet esse dispẽsator: quia discretus: quia aliàs dissipator dicit.

SVMMARIVM.

1 *Ordinatus ab excommunicato recipit characterem sed non executionem.* 3.

2 *Ordinatus ab excommunicato, à quo dispensabitur?*

4 *Excommunicatus an possit alium excommunicare?*

5 *Sacerdos potest absoluere concubinam suam.*

CAP. II.

Cum clericis. Nõ summat, nec diuiditur. ¶ † Not. j. ꝙ ordinatus ab excommunicato, non recipit executionem: sed recipit habitum ordinis: & sic excommunicatus non habilitatur ad imprimẽdum habitum ordinis. ¶ † Not. ij. quòd cum ordinato ab excommunicato ignorãter dispensat Episcopus. à contrario ꝙ cum ordinato ab excommunicato scienter dispensat solus Papa. ¶ † Opp. cum glo. ꝙ ordinati ab excommunicatis non recipiant ordinem. idest characterem. ix. q. j. c. j. vbi dicitur, quòd nullo modo dicitur consecratio quæ est facta ab excommunicatis. Sol. Dic. ꝙ est nulla quo ad executionem: nõ quo ad habitum: & idem de collatione ordinis facta ab hæretico. vt ea. qõ. c. ab excommunicatis. Hostiẽsis remittit ad summam. de tempo. or. § j. ver. hæc igitur sit fides tua. & de sacra. non ite. c. ij. ¶ Oppo. quòd excommunicatus conferat executionem & effectum sacramentorum. vt in c. si celebrat. de cle. excommu. mi. Solu. non confert executionem excommunicatus maiori: vt hic. secus si excommunicatus minori, vt ibi. ¶ † Quæro an excommunicatus [b] possit excommunicare alterum? videtur quòd sic: quia potest ordines conferre quod est plus: ergo fortius debet posse excommunicare. contrarium est verũ: quia cùm sit extra ecclesiam alium, extra ecclesiam ponere non põt. xxiiij. qõ. j. c. audiuimus. secus aũt est in ordine. quia licet sit extra ecclesiã: nihilominus conferre põt: quia characterem habet à quo pendet ptãs, quæ non deletur per excõicationẽ. vnde ordinem cõferre põt, ex quo seruat formam ecclesiæ. intantum aũt est hoc verũ, quod dato quòd excommunicatus esset toleratus excommunicãdo nõ excõicaret [c]: vt no. in

---

SEB. SAPIA.

a ¶ Dictione à. De dictiõe à, vide Gemi. in. c. statutum. col. iij. de præben. in. vj. bal. in. l. post duos. C. de aduoc. diuer. iu. vbi dicit ꝙ dictio à: stat exclusiuè, qñ ponit super terminis extrinsecis. latius ponit idẽ Bald. in. l. à caligato. C. de nupt. Aret. in. l. si ex duob⁹. ff. de duo. reis. Alexã. in. l. j. col. iij. ff. si qs cauti. Car. Alex. in. c. aliter. xxxj. dist. per practi. papiẽsem in forma capitulorũ quando testes producuntur ad ęternã rei memoriam in glo. in ver. vsq; ad calendas. per Bart. in. l. meminisse. in fin. a prin. ff. de off. pcõsu. & lega. Ale. in cõsi. xlij. col. ij. in. iij. vol. Are. cõsi. lxxj. inci. diligẽter. colum. fin.

SEB. SAPIA.

b ¶ Excõicatus. Vide glo. in summa. xxiiij. q. j. q̃ tenet ꝙ etiam excõicatus occultus non põt alium excõicare. & Ant. de butri. in. c. ad probãdũ. de re iu. & in. c. scīscitat⁹. de rescripti. vbi etiã Imo. sed cõtrariũ tenet do. Abb. in. c. ab excõicato. colla. ij. de rescr. Lap. alle. lxxxix. inci. duo plati. & Feli. in. d. c. ad pbandũ. col. j. vers. limi. j. & an valeãt gesta p excõicatum occultũ tangit etiã Feli. in c. rodolphus. col. xxxij. versi. & iuxta. de rescrip.

c ¶ Excõicaret. Adde tamẽ quòd occultè excommunicatus põt alium excommunicare: vt tenet Fede. consi. cccxxxvij. Anto. Francis. ¶ De hoc an excõicatus etiam occultè possit alium excõicare. vide q̃ plenè habentur p glo. xxiiij. qõ. j. in summa. & in. c. j. & ibi per Arch. & vide quæ no. in. c. si. de ord. ab epi. q renun. episcopa. & vide Inn. in. c. si verò. de sentẽ. excõ. vbi dicit ꝙ excõmunicatus occultus donec tolerat põt excõicare. & vide etiã not. per gl. in. c. quicquid j. q. j. & qđ no. in c. cui est. xj. q. iij. & in qbus actibus excludatur excõicatus vide q̃ plenè not. in. c. decernimus. de sen. ex com. li. vj. & in. c. pia. de excep. c. li. & vide quæ no. p Inno. & Mod. in c. veritatis. de dolo & cõtu. & quæ plenè. c. habẽtur p repetentes in. c. intelleximus. de iu. ¶ Et quis dicatur publicè excõmunicatus, vide gl. in cleri. j. de sepul. & no. in. c. ad probãdum. de re iud. Et vtrũ excommunicatus etiã si nõ sit occultus possit absoluere excõmunicatum. vide no. in. c. duob⁹. de sen. excõ. & do. Car. in cle. c. de reli. do. in. viij. q. vbi videtur distinguere inter excõicatũ maiori excõicatione vt iste non possit absoluere: & excõicatum minori excõicatione: & iste possit. Et an excõicare & absoluere, procedant à pari, & sint voluntariæ vel contẽtiosæ iurisdictiõis. vide gl. in. c. ex parte. el. iij. de ver. sig. & quod not. gl. in cle. quãuis. de for. compet. in glo. iij. & habetur per gl. & per Doct. in. c. nouit. de off. lega. & in. c. cum desideres. de sent. excõ. & vide per. d. Car. in. c. cùm ab ecclesiarũ. de offi. ordi

no.in.d.c.audiuimus.& dixi plenè de iurepat.c. cõsultatiõibus. & est casus in quo tolerare nõ operatur:quod est notandũ.& in quo nõ procedit materia.l.barbarius.ff.de offi.præto.¶ Quero an idẽ Episcopus qui cõtulit ordinẽ excõicatus possit dispẽsare?dic quòd nõ secũdũ.P.ar.de cle.cõiu.c.diuersis fallacijs:successor tamẽ delinquẽtis poterit dispẽsare. Vin.tenet quòd etiã ipse q est excõicatus & q contulit postquã fuerit absolutus:& postquã pœnituerit poterit dispẽsare sicut sacerdos,poterit iniũgere pœnitẽtiã de pec-

5 cato eius mãdato cõmisso.¶ † Ad hoc facit qđ not.Lau.qui dicit presbyterũ absoluere cõcubinã propriã de peccato fornicationis cũ se.& idẽ de adultera:vt no.iij.q.vij.c.sacerdos.§.fi.& idẽ ibi Hugo fatetur tamẽ quòd honestius esset vt alteri cõmitteret propter maiorẽ erubescentiam quæ est magna pars pœnitentiæ.de pœni. distin.j.c.quem pœnitet.facit quod no.xxx.quæstione.j. c. omnes xxxiij.q.ij.c.placuit.secundum Io.an.

De ætate & qualitate Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Statur sententiæ latæ super ætate à qua non fuit appellatum.*
2 *Ætas habilis ad beneficia curata attẽditur tempore impetrationis: secus ad præbendas.*

¶ Dicto de ordinatis,dicendũ est de præficiendis:& quia in præficiendis cõsideratur ætas & qualitas,& ordo &c.ideò dicit Ioã.an.ꝙ aliqui habent in ru.de æta.& quali.ordinãdorũ.dicit ꝙ illud ordinãdorum nõ debet esse quia dictũ est in rubrica de tẽp.ordinationũ.nã hîc solũ tractat de ordinãdis rõne dignitatum,& nõ aliter,vel quia in præficiendis requiruntur quæ in ordinandis.ideo &c.De materia rubricæ quo ad primã partẽ.lxxvij.di.stin.&.lxxviij.dist.per totũ.De secunda.xxxviij.dist. per totũ&.lxj.di. per totum.De parte tertia.lx.di.per totũ.reperiť in sexto.&clem.primæ parti coaptatur de ele.c.cum.in cunctis. vnde cõfirmator debet inqrere de

1 æta.e.ti.cũ nobis.& in.c.nihil. ¶ † Et statur sententiæ latæ super ætate[a] à
a qua non fuit appellatũ.eo.ti.c.cùm dilectus.in fi.& pueri nõ sunt idonei, de præbẽ.c.super inordinata.Ad secundam partẽ facit de accus.c.omnipotens.Ad oẽs tres partes.de ele.c.dudũ.De ætate eius qui per delegatiõem

2 causæ præficiť.de off.dele.c.cũ vicesimũ.¶ † Item quo ad beneficia curata põderatur ætas tẽporis quo impetrauit.de rescrip.c.si eo tempore.li.vj.in præbẽ.c.nõ sic.de præbẽ.c.ei cui.eo.li.Ad totã rubricã facit de ele.c. licet canon.c.cũ ex eo.&.c.cõmissa.li.vj.ad primã & tertiã.eo.titul.c.nemo.ad primã.eo.ti.c.ex.eo.in prin.ad tertiã.de præb.c.si pro clericis.de inst.c.ij. Itẽ de ætate vicarij parochialis.in cle.vnica.de off.vica. De ætate monachi prioris conuentualis.de statu mona.cle.ne in agro.§.cæterum. de ætate inquisitoris.de hære.c.pe.in cle.

SVMMARIVM.

1 *Beneficiatus si non recipit ordines quos beneficia requirunt,priuatur beneficijs.3.5.6.*
2 *Dignitates quæ habent annexum ordinem presbyteratus.*
4 *Prælatura respectu quarum dignitatum dicitur.*

CAP. I.

1 b 2 ET Abbates.¶ † Per priuationẽ beneficij[b] arctãtur beneficiati ad ordines sumendos quos beneficia requirunt. h.d.Et sunt duæ partes quæ patent. Secunda ibi: *quod si.* ¶ † Not.j.tres dignitates de iure habẽtes annexũ ordinẽ pbrat⁹,Abbatia,& Decanat⁹ prępositura & Archipresbyteratus.¶ Nõt.ij.ꝙ,Archidiaconatus de iure habet annexũ ordinẽ diaconatus.¶ No.iij.qualiter cõpellanť ad ordines assumẽdos beneficijs annexos:qa arctanť priuatiõe bñficij.¶ No.iiij.ꝙ de iure ordo ad validitatẽ ꝓmotionis ad bñficiũ nõ exigiť cõtẽporaneè cũ ꝓmotione quãtũcunq; illi sit annexus or do:sed sufficit ꝙ faciat post ꝓmotionẽ se ꝓmoueri.de hoc.j. eo. c.

3 quæris.&.c.prætereà.& de præb.c.si ꝓ clericis.li.vj.¶ † Not.v.ꝙ non assumẽs ordinẽ annexũ beneficio de iure etiã si ꝓpter defectũ impotẽtiæ priuať bñficio.¶ No. vltimò hîc tex. apertũ ꝙ Archidiaconatus est dignitas,& est plátura.vide gl.& doc.de iu.c. decer

4 nimus.¶ † Et no.hîc plures dignitates quę platurę dici pñt:vt Abbatia,decanatus,ꝓpositura, Archipresbyteratus & Archidiaconatus.

5 ¶ † Op.ꝙ nõ debeat priuari, dato ꝙ ꝓmoueri nõ posset propter casum:vt patet de cle.ęgro.c.j.Solu.intellige qñ ꝓpter culpã suã ad talẽ casum deuenit:cõtrariũ qñ præter culpã.Idẽ si ꝓter culpã,vbi añ dignitatẽ adeptã ad hũc casum deuenit secundũ Inn.& Host.debebat eñ abstinere ab eo ad qđ sciebat se inhabilẽ.¶ Op. ꝙ Abbates nõ sint clerici.xciij.dist.c.à subdiacono.& sic nõ necessitãtur ad assumẽdũ pbratũ.Sol. olim cũ non essent clerici Abbates vel monachi,imò ꝑpetuo stabãt vt laici:de quo.j. e.dicã in.c.tuã.hodie aũt secus.qa bñdicunť& minores ordines cõferũt.j.eo.c. cùm cõtingat. ¶ Opp. de sup fluitate tex.ꝓ primũ rñsum ad secũdũ,vel ecõtrariò.Sol.dic,ꝙ primũ rñsum loqtur qñ põt & nõ vult: secundũ qñ vult:sed non põt.¶ Quæriť qũo faciat ad titulũ. dic ꝙ põt facere respectu ordinis ꝓficiẽdorũ.i. eorũ q̃ præfecti sunt.vt.j.e.c.q̃ris.& respectu qualitatis præficiẽdorũ:qa si talis est q nõ possit ordinari, non præficiť:imò præfectus remoueť.

6 ¶ † Opp. ꝙ datò ꝙ non faciãt se ꝓmoueri nõ priuẽtur ex quo nõ possunt.j.eo.c.q̃ris.Sol.dicit Host.ꝙ cõpelleť ad ordines:& si non possit priuabiť, nisi aliàs sit valde vtilis ecclesiæ.hoc no.quia extenditur illa decre. ad casum quando ordo est annexus beneficio.

SVMMARIVM.

1 *Pueri dicuntur illi qui sunt intra decennium.*
2 *Laicus est incapax vniuersalis administrationis bonorum ecclesiæ.18.*
3 *Episcopus an possit dispẽsare super minori ætate, vt promoueatur ad beneficium simplex.5.vel aliud puta dignitatem.9.10.11.*
4 *Collatio facta inhabili propter ætatem,an sit ipso iure nulla.5.6.9.*
7 *Archiepiscopus quibus casibus possit se intromittere circa subditos suffraganeorum.*
9 *Minor dispensatiuè ob defectum ætatis est promotus ad aliquã dignitatem,an habeat vocẽ in.c.12.13.*
10 *Dispensatio contra ius non est extendenda etiam ad connexa,si non potest in principali concessio aliquid operari.12.13.*
12 *Dispensatus ad ætatem, an per omnia habeatur pro maiore.13.*

CAP. II.

EX ratione. Ecclesia dispẽsatiuè minori cõcessa nõ ꝑ laicos: sed ꝑ clericos est regẽdavsq; ad ꝓmoti cõpetẽtẽ ętatẽ.h.d.Duo facit secũdò ponit reprehẽsibile factũ Episcopi.Secũdò illud corrigi mãdat. ibi. *vnde quoniam.* quæ duo facit.Primò ꝓuidet circa præterita.Secũdò circa futura cũ pœna & decreto.¶ Casus literalis. Episcopus Cõuẽtren.concessit ecclesias in Archidiaconatu R.Cistreñ. pueris intra decenniũ constitutis, quę nõ per clericos sed per laicos disponũtur. Mãdat Papa Cantuariẽ. Archiepiscopo quatenus episcopũ illũ corrigat super his & custodiã illarũ ecclesiarũ cõmittat personis idoneis donec pueri ad cõgruã ætatẽ peruenerint laicis inde amotis,& ꝙ decætero talia non pręsumat. Idẽ præcipit idẽ Papa in sequenti.c. Ber.

1 ¶ † No.j.ꝙ pueri appellatione cõprehẽdũtur existẽtes intra decẽniũ:ꝙ no.bñ.de quo de delic.pue.c.j.¶ No.ij. ꝙ minor decennio est in-

2 habilis ætate ad obtinẽdũ ecclesiã. ¶ † No.iij. quòd administratio vniuersalis bonorũ ecclesiæ etiam nõ in titulũ nõ est cõmittenda laico. ¶ No.iiij.ꝙ vbi ex dispensatiõe ætatis inhabilibus eccłię cõcedũtur,debẽt dari vicarij & administratores clerici,& nõ laici,qui ecclesiã regãt vsq; ad ætatẽ legitimã ꝓmouẽdi.& vocantur tales vicarij tẽporales.¶ † No.v.ar.Episco

3 pos.posse dispẽsare cũ minoribus ætate, vt ꝓ

a ¶ Super ætate.Ad de Petr.de ancha. consi.cxxx.

ZACHARIAS.

b ¶ Per priuationẽ beneficij.Adde ꝙ hoc est verum,sed opus est sentẽtia. nam ipso iure nõ priuatur vt no.In no.plenè in.c.accepta.de rest.spo.& Bald.in sua marg. in ver. renuntiãs, versi.vij.

moueatur ad beneficiū ſimplex: pôt induci in contrariū: quia Papa hic tolerauit collationē, & prohibet eis in futurum. ¶ † Not. quod defectus ætatis reddit nullam ipſo iure collationē & promotionē beneficiati. ¶ Op. videtur ꝙ ius inſtituendi in eccleſijs ſpectat ad Archidiaconū, maximè ſit ſit intra limites Archidiaconatus. de præben. c. referente. Sol. dicit glo. ij. ſpectat de cōſuetudine vt ibi not. de iure ſecus: vt hîc. de quo de of. Arch. c. cùm ſatis. Dic quod quædā eſt inſtitutio authorizabilis ſupra curā: hanc facit ſolus Epiſcopus, nec ipſam inferior eo acquirere pôt de conſuetudine: vt not. in. d. c. cùm ſatis. & de hoc de. mona ca. j. li. vj. ſaluo niſi habeat titulū ab epiſcopo. de inſti. c. cū veniſſent. Quædam eſt inſtitutio quæ ſumitur pro inſtallatione ad trāſferēdam poſſeſsionē facti: & hanc habet Archidiaconus de iure cōmuni. j. de off. archi. c. ad hæc. ¶ † Opp. cū glo. quæ eſt ſuper verbo *eccleſias*. quod etiā pueris poſſunt eccleſiæ cōferri de præbē. c. ſuper inordinata. ad hoc. qa talibus poſſunt conferri ordines. lxxvij. di. c. in ſingulis. & ſine titulo ordinari nō debēt. lxx. diſt. c. j. ideò cōſequi poſſunt ratione ordinis & beneficij. Glo. dicit quòd prælaturæ non poſſunt cōferri pueris.[a] vt hîc. & exponit eccleſias. i. prælaturas. ſed bene ſimplicia beneficia. ¶ No. de verbo eccleſia quia appellatione illius in lata ſignificatiōe cōprehenditur etiā prælatura, non ſolū ſimplex beneficium. Et nota hanc cōſequentiā hic habilis eſt ad ordinem quēcunqꝫ: ergo habilis eſt ad beneficiū. ¶ † Et no. quod puer nō eſt habilis ad prælaturā: habilis eſt tamē ad ſimplex beneficium & ad ſimplicē eccleſiā. Et no. ꝙ appellatione eccleſiæ in ſtricta ſignificatione cōprehēditur ſimplex beneficiū. Doc. remittūt hoc ad gl. de reſcri. c. ſi eo tempore. li. vj. in glo. pe. ¶ † Tertiò videtur quòd hic Archiepiſcopus nō ſe intromittat de ſubiectis Suffraganeorū. de offi. ord. c. paſtoralis. cum ſi. Sol. hic Archiepiſcopus eſt legatus in prouincia, qui ex officio legationis ſe intromittere poteſt. de offi. lega. c. j. vel hic eſt de caſibus ad Archiepiſcopū ſpectantibus, quādo peccatur in beneficijs cōferendis. ar. de inſt. c. iij. vel hîc ſpecialiter quæritur de correctione Epiſcopi. ix. qō. iij. c. cùm ſimus. vel procedit hoc ex ſpeciali delegatiōe, vel mandato Papæ, ſecūdū Inn. & Hoſti. & ſic ſoluitur quòd opponitur Archiepiſcopum in diœceſi ſuffraganei &c. ¶ † Quartò op. ꝙ laicus pôt habere adminiſtrationē & procurationem rerum eccleſiæ. lxxxix. diſti. c. indicatum. xvj. q. vij. Et. c. j. & c. in nona. & c. ſequenti. de procu. c. j. lib. vj. Sol. dicit hîc Inn. ꝙ laicus[b] nō poteſt habere generalem adminiſtrationē rerū eccleſiæ, ita ꝙ dicatur eccleſias regere, nec decimas recipere vel ablationes[c]. x. q. j. c. quia ſacerdotes. & duobus. c. ſeq. quod no. Quia nō poteſt laicus deputari ad aliquid altare vel eccleſiam vt iure ſuo recipiat oblationes. poſſet bene ibi eſſe miniſter, nec ſacra tangere. de cōſe. diſt. j. c. in ſancta. & c. veſtimēta. de coha. cleri. c. j. in fi. nec adminiſtrationem eccleſiæ tenere. xvj. qō. vij. c. j. & c. in nona. & ſeq. nec de eccleſiaſticis aliquid diſponere. de conſt. c. eccleſia. adeò ꝙ non excuſat authoritas. de decimis. quamuis. & c. prohibemus. nam etiam in proprio hoſpitio prohibentur laico talia committi. lxxxix. diſt. c. indicatum. ſecundum Hoſt. Vnde concludendo generalem adminiſtrationem eccleſiæ vt ſuper clericos dominetur habere non poteſt, ſpecialem aūt adminiſtrationem aliquarū rerum poſſunt ſub clerico habere: & etiā ipſius generalis adminiſtratoris clerici poſſunt eſſe vicarij. de quo per Hoſt. ne prælati vices ſuas. ver. ſed videtur. vbi concludit ꝙ ꝑ laicos nō poterunt cōcedi fructus eccleſiæ ad firmā vt in propria perſona recolligant, imò plus videtur, quòd ex hoc incurrēt excommunicationem. x. q. j. c. quia ſacerdotes. & c. ſeq. ſed ponetur clericus ibi qui illos recolliget, & dabit laico cōducenti. ar. de loca. c. veſtra. de iudæis. c. ex ſpeciali. quia dato quòd fructus ex re proueniant ſpirituali: non tamen ſunt quid ſpirituale: vnde vendi poſſunt dummodo aliquid ſpirituale in tali venditione non miſceatur. de rerum permu. c. ad quæſtiones. ¶ Per hoc infertur ꝙ ſi eccleſia adeò debitis agrauata eſt quòd nō poſsit per alium quā per laicum releuari: ſi eſt religioſorum, debet cōmitti alicui religioſo illius vel alterius domus ſi ille deficiat clerico ſeculari. de reb. eccle. non alie. c. poſſeſsiones. Adde quod ibi no. deficientibus religioſis admittetur ſecularis. argu. de reg. do. c. inter quatuor. ne cleri. vel mona. c. relatum. Si nec ſecularis inuenitur. putat Hoſt. ꝙ in tanta neceſsitate poterit Epiſcopus diſpēſare, qđ ad tempus laico committatur. arg. de loca. c. veſtra. & quod ibi no. ita tamen quòd non laicus ſed clericus in nomine laici adminiſtret. ad hoc de iudæis. c. ex ſpeciali. aliàs ſi laicus omnino vellet adminiſtrare, ad Papam eſſet recurrendum. ij. q. v. c. mēnam. xxxij. diſ. c. præter. §. verum. de decimis. c. tua. Not. bene ꝙ à Papa poteſt committi adminiſtratio eccleſiæ laico. Si verò eccleſia ſit ſecularium clericorum. dicit Hoſt. etiam ad religioſos haberi recurſum. ad hoc de ſtatu. mona. c. quod dei. dicit tamē quòd hoc non ſeruatur & malè. imò in tali caſu non ſolùm ſecularibus irrequiſito Epiſcopo ſed etiam laicis, non ſolùm fructus ſed etiam adminiſtrationem eccleſiæ committūt. & de prælatis ad quos ſpectat talia corrigere. de ſup. ne. præ. c. ij. ſecundum Hoſt. ¶ † Quæro cum glo. quæ incipit: *idem dixi lex*. pone Epiſcopus facit aliquē pupillum vel puerum Archidiaconum: an habebit vocem in capitulo ſicut ſi eſſet legitimæ ætatis: videtur quòd non: quia minores decuriones facti licet decurionum ſportulas recipiant: non tamen interim ſuffragium ferre poſſunt. ff. de decu. l. ſpurij. §. minores. ſicut nec minor factus miles debet ſapientum iura tractare. C. de teſta. mili. l. fi. Attende ſentit glo. quod Epiſcopus poſsit diſpenſare cum minore vt aſſumat dignitatem archidiaconalem. Ioan. andr. damnat hoc: quia diſpenſatio eſt papalis. de æta. & quali. c. vno. lib. vj. Quo ad canonicum[d] tene quod habetur in. c. ex eo. de elect. lib. vj. & in cleri. vt hi. de æta. & quali. in principali dicto. communiter tenent Docto. niſi appareat de expreſſa voluntate principis. ſ. de elect. c. cùm nobis olim. ad fin. ad hoc. j. c. ij. dicit enim ꝙ non eſt præſumendum quòd talia Papa concederet puero. ſi tamen concederet, parendum eſſet quo ad temporalia. xix. diſtin. c. in memoriā. In ſpiritualibus verò in quibus vertitur periculum animæ non obediendum eſt. de quo de tempo. ordi. c. ad aures. ad hoc. xxiiij. q. j. c. manet. xxij. diſ. c. j. & c. ij. lv. diſtin. c. nullus. ij. quæſtione. vij. c. quapropter. xj. quæſtione. iij. c. non ſemper. xxxv. quæſtione. ix. c. loci. Periculum autem vertitur animarum quando ſe neſcit regere, vel populum. j. c. proxi. excipit tamen neceſsitatem vel vtilitatem eccleſiæ. vij. quæſtione. j. in fin. ſecundum Archi. & Hoſt. qui Arch. hoc ponit in. c. fin. eo tempore. de reſcrip. in. vj. ¶ † No. iſtā glo. ꝙ diſpenſatio pro conſequendo beneficio reſpectu ætatis habilitat beneficiatum ſolum ad hoc quòd poſsit retinere beneficiū non tamen ad alia conſecutiua: quia ſufficit ꝙ primum operetur. ¶ Nunquid autem per hoc habilitet vt poſsit recipere fructus & quotidianas diſtributiones. & dicit hîc gl. ꝙ ſic: quæ in hoc eſt notanda: quod eſt verum, niſi ſpecialem habeat prohibitionē de per ſe perceptio redituum. ideò ſi eſt ſtatutum in eccleſia quod non in ſacris, vel minor ætate non percipiat quotidianas diſtributiones: non extendetur diſpenſatio ad talia, niſi exprimatur: quia ſufficit ꝙ diſpēſatio aliquid quantuncūqꝫ modicum operetur. & facit qđ no. Io. an. de cle. nō reſi. in. c. tuæ. iūcto qđ no. de ele. c. cū ex. e. li. vj. ¶ † Ex his decidit qđ tāgit vltima gl. an poſſet hic in ætate diſpenſatus tanquā maior oīa facere: & arguit gl. quòd ſic. ff. de re iudi. l. quidam conſulebant. tamē dicit gl. quòd non eſt verum. j. c. proxi. C. de

---

a ¶ Pueris. Adde vt per Fede. conſil. cxxij. d. de Ro. de ci. cclxxvj. eo. tit. in anti.

SEB. SAPIA.

b ¶ Quòd laicus. Vide Spe. in ti. de œconomo. §. j. verſ. Item ꝙ eſt laicus. d. Abb. in. c. vnico. j. de ſyndico. co. j. ver. ſed aduerte. & in. c. edoceri. co. penul. ſ. de reſcri. & in. c. decernimus. j. de iudic. vbi pulchrè ꝑ Are. & poſteriores vbi dicūt cōmunē eſſe opi. ꝙ laicus non pôt eſſe generalis adminiſtrator rerū eccleſiæ. ſec⁹ ſi eſt adminiſtrator rerū temporalium.

c ¶ Oblationes. Adde vt per Ro. conſil. cclxvj.

d ¶ Canonicū. Qđ minor ſeptemnio poſsit eſſe canonicus tenet glo. in. c. ſtatutū. in ver. canonicis. de reſcri. li. vj. & ita cōiter teneri atteſtat̄ Peruſinus. in. c. ſi eo tēpore. de reſcr. e. lib. ſed cōtrariū tenet ibi Archi. & iſtud ſeruari in curia refert Abb. in c. ſuper inordinata. de præben. & dicit Imol. in. d. c. ſi eo. ꝙ ſuper hoc eſt reg. cācellariæ quod quis nō poſſit eſſe canonicus ante. xiiij. annum.

a ¶ Pro maiori. Adde vt per Pet. de anch. consi. ccccv.

b ZACHARIAS. ¶ Sub patria potestate esse. Tu dic ꝙ dignitas spiritualis vel episcopalis, abbatialis, & reliqua id genus, liberant quem à patria potestate. vt no. Bar. post Gul. de cu. in auę. episcopalis dignitas. C. de epi. & cleri. Bal. in. l. si maritus. C. de patr. pot. & Bart. in. l. patre. ff. de his q sunt sui vel ali. iur. Itē etiā dignitas tēporalis: vt consularis vel senatoria. not. Bal. in. l. fi. §. sancimus. ver. necessitate. in. j. colla. C. de bo. quæ lib. & in in p̄ealle. auę. episcopalis. Canonistæ. in. c. per venerabilem. j. qui filij sint legit. Sola tñ electio ad dignitatē non liberat no. Bal. in. l. ex tēpore ff. de test. mi. & q casus liberēt vide per Spe. in ti. de actore. ver. quid si pōt. Nec omitto quod ibi dixi liberatur quis à patria potestate. qd' hoc est verū in fauorabilibus. secus verò in odiosis: vt not. Bart. in præalle. l. patre. & in. l. iij. e. titu.

Anto. Francis.

¶ Circa hoc an ordo sacer vel alia dignitas liberet quē à patria potestate. Dicas ꝙ de sacerdotio & de dignitate episcopali & alijs de quibus hîc, non videt esse dubiū. per ea quæ etiā voluit Bal. in. l. apud hostes. in vlti. col. C. de suis & legi. maximè in cōcernentibus fauorem. vt hîc etiā dicitur ꝙ voluit Bar. in. l. sacrosācta. C. de epi. & cle. de prælatis aūt inferiorib⁹ ab episcopatu vr ꝙ nō soluatur per eas patria ptās. p tex. in auę. presbyteros. C. de epis. & cler. & vide Ang. aret. latè de materia disputātem. in stit. qb. modis ius patriæ po. solu. in §. filius. quid autē de monachatu, an liberet à patria ptāte. Dicas quòd sic vt voluit gl. in. l. si ex causa. §. papinian⁹. ff. de mino. & in. l. deo nobis. C. de episco. & cle. & no. Alexā. in. l. & si fine. in. §. fi. ff. de mino. qui etiā C. de testamen. mili. l. fi. Nec obstat ꝙ hîc veniam ætatis videtur impetrasse: ergo quasi oīa posit. C. de his qui ve. æta. impe. l. eos. dic ꝙ nec omnia pōt qui veniam ętatis impetrat seu impetrauit: quia nō pōt alienare sine decreto, nec habet administrationē, nisi vsq; ad ætatem legitimā. vt. d. l. eos. 13 † No. bene gl. quod dispēsatio super vitio nō perinde habetur ac si non haberet illud vitiū: licet tollatur impedimētū vitij quo ad validitatē ei⁹ quod cōcedit: ideò dispensatus super ætate non habetur per oīa pro maiori[a]. dispēsatus super ordinibus recipiendis nō habetur per omnia ac si esset ordinatus. puto consideranda verba dispensationis. si enim dicit tale beneficium assignamus nō obstante defectu ætatis, qa ipsum per omnia volumus haberi pro maiori: tunc plenisimè esset habilitatus ad ætatē, & sic dicetur habere ꝓpriè veniam ætatis: vnde omnia posset præter quàm excepta in dispensatione: vt. d. l. eos. hæc no. bene. ¶ Vltimò dicit hic Inn. ꝙ Episcopus obligatur in mala administratione puerorum quos instituit. ar. ff. de magi. conue. l. ij. ff. de admi. tu. l. lucius. & de offi. archidia. c. ea quæ. sicut obligatur quando administrationem cōmittit alteri nō idoneo. quod no. quia oēs prælati hodie & Episcopi valde grauantur.

SVMMARIVM.

1 *Paruulorum appellatione comprehenduntur minores. xiiij. ann. 2.*

2 *Minor. xiiij. annis, an posit promoueri ad dignitates?*

3 *Minor. xiiij. an. non potest dispensari nisi à Papa.*

4 *Ordines sacri, an & quibus casibus liberent filios à patria potestate?*

CAP. III.

INdecorum. ¶ Regimē ecclesiæ minori. xiiij. anno. cōmitti nō debet. Prima pars ponit exordiū & causas mandati. Secūda mandatū. Tertia cōminationē irritationis & pœnę. Secūda ibi: *Nolētes*. Tertia ibi: *sciturí*. ¶ Not. j. ꝙ ordinatū regimē incipit & cognoscitur à seipso: quia qualiter se regit, ita & alios verisimiliter regere sciet. ¶ No. ij. quòd verbū regere ꝓpriè refertur ad alios: gubernare ad se. vnde gubernator respicit partē œconomicā. regere respicit politicā. ¶ No. iij. duo quæ principaliter exiguntur in prælato ecclesiæ. discretio: & morū honestas. ¶ No. iiij. ꝙ paruulis regimē ecclesiæ cōmitti nō debet. 1 ¶ † No. ꝙ appellatiōe paruulorum cōprehendūtur minores. xiiij. annis. & sic patet quòd ad ecclesiā habilis videt existens in xiiij. an. Item ad dignitatē & personatū: intra illā ætatē cōstitutus nō. 2 ¶ † Not. quòd appellatiōe paruuli cōprehēditur minor. xiiij. annis. 3 ¶ † Opp. ꝙ ad dignitates vel personatus non admittitur quis in. xiiij. sed in. xxv. vt. s. de ele. c. cùm in cunctis. § inferiora. Solu. quidam dicunt quòd hoc à contrario probari videt, qd' in. xiiij. an. posit quis dignitatē assumere: sed falsum est. per contrarium non debet sic sumi argumentum: de quo arg. à contrario vide de ele. c. publicato. Alij dicunt ꝙ de iure communi non pōt promoueri ante. xxv. sed dispensatiuè: quia potest etiam dispensatione Episcopi post. xiiij. annum dispensari, ita quod ibi terminatur ætas promouendi de iure communi. hîc terminatur ætas promouendi de iure spirituali secundum Lan. Gof. Inno. & Hosti. Non ob. s. c. proxi. vbi dispensat cum decenni. quia illud per istud corrigitur: vel sit illud de spirituali mandato Papæ secundū Host. ideò concluditur ꝙ Episcopus dispensat cum pubere, cum impubere non, quoniā inter istos est magna differentia. quod patet in testando: iurando, & matrimonium contrahendo. concludūt tamen tales dispensationes debere fieri cū causa nec ibi & hîc prohibetur: quoniam etiā causa subsistente ante annum posset Episcopus dispensare. Sed quicquid dicāt tene quod habes eo. ti. c. vno. lib. vj. sed etiam post illam decre. Archi. hoc tenere voluerit: vt ibi not. Ioan. andręe. & vide de iudi. c. fin. in. vj. Glo. ibi tangit quod hîc ponit Hostien. de minori. xviij. annis an posit agere causam spiritualem. istam materiam expediam in. c. præterea. infrà. eo. titu. ¶ Quæro an regimen ecclesiæ etiam non curatæ posit committi pueris. dicit hîc Ioan. andr. quòd non, ex quo non sunt in. xiiij. anno cōstituti. & remittit de rescrip. ad. c. si eo tempore. libro. vj. in gloss. pen. 4 ¶ † Quæro cum gloss. quæ incipit: *qui enim in prælatum.* an promotus ad prælaturam quo ad illā dicatur sub patria potestate esse[b]? dicit gloss. ꝙ videtur ꝙ non, quia in talibus patria potestas non curatur. ff. ad trebellia. l. nam quod. ff. de adulter. l. sic eueniet. C. de legi. tuto. l. vltimo institu. de excusa. tuto. § minores. ff. ad mace. l. filium habeo. contrarium est. ff. de adoptioni. l. per adoptionem. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. l. filiusfa. ff. de mu. & ho. l. ij. l. de iudic. l. cum prætor. vbi non refert an sint in potestate an non. ad hoc est. ff. de episcopis & cleri. auę. presbyteros. insti. qui. mo. ius patriæ potes. solu. §. si filiusfa. vbi dicitur ꝙ licet filiusfamiliâs adipiscatur honores remanet tamen in patria potestate. vnde per hoc videtur quòd sacer ordo non liberet[c] à patria potestate: & hoc tenuit Lau. Alij dicunt quod quilibet ordo liberet à patria potestate: quia liberat ab ea quæ maior. vt dominica. de episcopali patet. liiij. distinct. c. si seruus sciente. de sacerdotio. eod. ti. c. frequens. & capitulo, ex antiquis. de diacono dicitur quòd dando vicarium liberatur: vt. d. c. ex antiquis. & idem de subdiacono. j. de ser. non ord. c. miramur. Non ob. quod dictū est de dignitatibus secularibus, quia non sunt similes sacerdotio. & leuiores reputātur, dignitates & magis cōpassibiles cum patria ptāte. de ma. & obe. c. solitæ. Ad hoc qa dignitas Patriarchat⁹ soluit priā ptāte: & in hoc residet glo. ꝙ qlibet sacer ordo soluit patriā ptātem. Dic ꝙ ordo

ponit in. d. l. si ex causa. post glo. & Bar. ibi & vide per Spe. in ti. de acto. in ver. quid si pater. & de statu mo. in ver. xij. vbi ponit an soluatur per monachationē patris, & an per monachationem filij. vide etiā per Spe. in tit. de tut. in. c. iij. in ver. sed quæritur. & vide dom. Car. tenentem quod soluat in cle. eos. in. xj. q. de regula. & generaliter quibus casib⁹ soluatur patria potestas vide in. l. ser uis. C. de epi. & cleri. & gl. ij. in. l. fin. C. de decu. li. x. & gl. j. in. l. fin. C. de spectat. li. xj. & vide gl. in auę. cōstitutio quæ de dignitatibus. in ver. codicillos co. vj. & per Bar. in. l. patri ff. de adul. & vide gl. fi. in. c. fi. in qua libet. xx. q. ij. & in stit. quib. mo. ius patriæ pot. sol. p totū. & an si p dignitatem quis liberet à patria potestate finita dignitate reincidat ī eā. vide gl. in ver. prę stet. in. §. generaliter. in. d. auę. constitutio quæ de dignita. & in quibus cōsistat patria potestas habetur insti. de patria potestate. in. §. j. & ibi per gl. in versi. ius aūt. & qualiter ꝓbetur patria potestas. vide gl. pe. & ibi p Dyn. & Bar. in. l. titia. ff. so. ma. & ad id quod dictū est de ordine sacerdotali an liberet à patria potestate. & vide gl. in c. cum voluntate. de sen. excom. & gl. pe. in. c. j. xxiij. q. v.

b ¶ Non liberet. Ad de Bar. consi. inci. filiusfa. presbyter.

Episcopalis soluit patriã ptãtem: vt est expressum in.c.per venerabilẽ.qui fi.sint legit. Ordo sacer non soluit patriã potestatẽ ex toto.vt ꝓbat illa decre. quia si episcopalis eximit vt ibi: & ante oportet episcopũ esse pbrm: ergo presbyteratus nõ eximit: sed bene fatetur quòd effectus qui sunt in patria ptãte nõ proportionabiles vel cõgrui in clericũ tollũtur. Per hoc infert Inno.& Hosti. ꝙ quo ad patrimonialia & profectitia remanet effectus patriæ potestatis. De beneficialibus tenendũ est quod habetur de iud.c.si.li.vj. Quo ad aduẽtiua autẽ peculia adhuc tollitur effectus patriæ potestatis: de quo de test.quia nos. & est casus in aut. presbyteros.C.de epi.& cle. Itẽ quo ad violentã manũ iniectionem, vt in.c.cum voluntate. de sentẽ. excom.de quo dicendum est vt ibi. Item quo ad distractionem, videlicet quãdo propter famẽ patres possunt vendere filios.de quo.C. de patribus qui filios distra.l.ij.

SVMMARIVM.

1. *Beneficiatus habens duas ecclesias incompatibiles tenetur alteram dimittere. 4. nisi in casu. infrà nu.3.9.10.*
2. *Executor ad eligendum: si eligerit indignum, potest ordinarius loci talem electionem non admittere.*
5. *Rescriptum debet facere mentionẽ de iure quod prohibet huiusmodi rescriptum fieri.*
6. *Titulum licet quis talis non cogatur ostendere, tamẽ fallit, quando quis habet præsumptionem iuris contra se.*
7. *Papa rescribens pro inhabili, ex certa scientia videtur ipsum habilitare, & est talis recipiendus in fauorem: aliàs secus.*
8. *Beneficium primum an vacet ipso iure per adeptionem secundi?*
11. *Ecclesia vna quando dicatur ab alia dependere?*
12. *Ecclesia maior si euincatur, an censeatur euictæ omnes ab ea dependentes & annexæ.*
13. *Ecclesia maior si nõ soluit iura episcopalia: an ab ea dependentes ecclesiæ possint pignorari?*

CAP. IIII.

1 EAm te. ¶ † Ad regimẽ nõ debet institui indignus scientia, moribus, vel ætate: & qui habet duas ecclesias alterã dimittere cogitur, nisi causa subsit. Secũda ibi: *sed etiam habentes plures.* ¶ Casus literalis. Prohibet Papa ne aliquis instituatur in ecclesijs ad curã animarũ aliqua occasione, vel etiã obtentu literarũ apostolicæ sedis qui scientia, moribus, & ætate cõsilij nõ cõgruãt institutis. Secũdò dicit ꝙ si aliqs habeat plures ecclesias, quarum vna nõ depẽdet ex altera, dimittat vnam quam voluerit: nisi ita sint tenues in substãtia quod ꝓprios prælatos nõ possunt cõgruè sustentare. B. ¶ No. primò in promouẽdum ad curã quæ põderetur, vt dign⁹ existat: quia exigitur quòd ætate sit habilis moribus, & scientia: & sic qualitates in genere quæ exigũtur in ꝓmouẽdũ ad Episcopatus, requiri videntur in ad alia beneficia promouendũ. ¶ 2 † No. secundò ꝙ ordinarius põt se opponere contra processum executoris indignum promouẽtis: nec quatenus de indigno ꝓuidet ordinarius arctatur ad parẽdũ mandato executoris. & vide de of.deleg.si quãdo.nec per hoc turbat iurisdictionẽ, & sic iniustè apertè mãdato delegati parendũ non est per ordinariũ. quod intelligo quãdo est euidenter indignus. ¶ 3 † Not. tertiò duos casus in quibus pluralitas permittitur ecclesiarũ: quando vna ex altera pendet. vel vna per se insuﬃciẽs est: & in suﬃciẽs dicitur quãdo propriũ sacerdotẽ suﬃcienter sustẽtare nõ potest. ¶ 4 † No. quartò secũdũ hæc iura habẽtem plura beneficia secundi acceptiõe seu adeptiõe ipso iure nõ priuari primo: sed data incõpatibilitate cogitur ad alterũ eligẽdũ, & alterũ dimittẽdũ. ¶ 5 † Allegatur ꝙ vbi ius specificè habet clausulã derogatoriã ad rescripta, nõ valet rescriptum nõ facta mẽtione de iure. ¶ 6 † No. ꝙ iudex ex officio põt inquirere cõtra pluralem, & cõpellere ad ostendẽdũ titulũ.ad hoc.de off.or.c.ordinarij.li.vj. ¶ 7 † Opp. cũ gl.j. quod admittendus sit inhabilis pro quo Papa rescribit: cũ sacrilegij instar obtineat illum inhabilẽ reputare pro quo Papa rescribit.xvij.q.ij.c. quod aũt.C.de cri.sacri.l.ij. Sol. cõtrariũ procedit quãdo Papa ex certa sciẽtia[a] pro inhabili rescribit[b]. hîc aũt quãdo inhabilitate tacita subreptitiè beneficiũ est obtentũ. vide quod not.gl.de senten. excommu.c.cũ pro causa. ¶ 8 † Oppo. ꝙ beneficium primũ vacet, & ꝙ optio nõ sit danda beneficiato.de præbẽ.c.de multa. gl. dicit quod hæc decreta.secũdũ illam est intelligẽda: fortè vult ꝙ illa loquatur in beneficijs curatis, personatibus dignitatibus. hîc in alijs. Vel procedit hæc quãdo non cõstat quæ primò fuerit collata. vel hæc fuit gratia. vel loquitur de collatiõe ante conciliũ Lateranẽ. vt no. in prædicta decre. referẽte. de præben. ¶ 9 † Opp. ꝙ possit alio casu habere plures ecclesias quãdo vnam.s.habet intitulatam & alterã cõmendatã.de elec.c.dudũ.ij.Gl. fatetur: dic vt de elect. c. nemo deinceps.li.vj. Credo quòd mens istorũ iuriũ sit vt possit his casibus habere plures ecclesias ex dispensatione, non de iure. & eò subest causa dispensandi ꝙ ecclesiæ aut sunt tenues, aut vna dependet ex altera. sed isto casu fortè posset de iure cõmuni, dumtamen alteri seruiat per vicariũ, & vnã intitulã habeat & alterã cõmendatam[c]. ¶ 10 † Quæro an in duobus curatis posset induci annexio vel dependẽtia per præscriptionem. Io.an. remittit ad.q. super regula quæ cõtra.de reg.iu.li.vj. ¶ 11 † Quæro quãdo vna ecclesia dicatur ab alia dependere[d]? gl. dicit exemplũ de religio.domi.c.quia monasterium. vel quãdo vna ecclesia subest alij, quãquã subiecta presbyterũ teneat vt debet: prælatus erit vtriusq;. Tertiò dicit gl. subiectam[e] vel depẽdentẽ: quãdo vna ecclesia fundatur in fundo ecclesiæ parochialis, illa depẽdere dicitur à prima: & vicarium ibi poterit cõstituere: & superior prælatus erit prælatus vtriusq;: non tamen præterit vtriq;. Ex dispẽsatione enĩ poterit solus duas ecclesias tenere, & suﬃcit dispensatio Episcopi: quod intellige secundũ determinationẽ.s.de elec.c.dudũ.j.de præben.de multa. ¶ No. hîc gl. ꝙ si ecclesia in fundo propriæ ecclesiæ ædificat ecclesiam, potestas in ecclesia ꝓuidẽdi spectat ad prælatũ ecclesiæ in cuius fundo est ædificata: & dicitur ecclesia pendere ex prima, & illi vt annexæ, potest per vicariũ deseruiri. principalis tamẽ prælatus erit & rector superioris ecclesiæ: quod notãdũ est valde pro istis capellis & altaribus quæ ædificãtur in ecclesijs. Dicit tamen Vin.s.de ele.in.c.dudũ. ꝙ in tali ecclesia si est vicina, ꝓuidè poterit deseruire per capellanos suos. si aũt est remota, imponetur ei census, & ponetur in ea perpetuus vicarius. alle.de ecclesijs ędifi.c.ad audientiã. Aduerte. nõ dicit per quẽ. sed in hoc recurre ad ea quæ dixi de elect.c.cũ ecclesia vulterana. ¶ 12 † Sed ad præmissa quærit an euicta maiori ecclesia dependẽtes euincãtur? dicit: ꝙ sic. quia si arrogatur aliquis, oẽs potestate eius transeũt. inst.de adop.§.illud.ff.de preca.l.quãuis. in contrariũ alleg.c.pastoralis.in prin.de offi.or. Dic ꝙ hoc dictum procedit quo ad ius ꝓprietatis, cõtrariũ quo ad ius subiectiõis iurisdictiõis. ad quod bene facit.c.ij.j.de reli.do. ¶ 13 Quid aũt si ecclesia[f] à qua aliæ dependent non soluat iure episcopalia: an dependẽtes possint interdici. vel ipsarũ dona pignorari: facit ꝙ sic. hoc dictũ põt tolerari quãdo depẽdẽtes sunt de eadẽ iurisdictione: aliàs fortè dicendũ esset secus. per.d.c.ij. de relig.do. quo ad hoc vt Episcopus principalis ecclesiæ haberet potestatem interdicendi hic de off.de le.c.sanè. ad hoc quia quod domino debetur deducitur de peculio vicariorum.ff.de pecu.l. si seruus meus. ¶ Quæro an singulæ dependentes ecclesiæ singulas debeant dare procurationes: dic ꝙ sic, si suﬃciant & habeant populum. quia Episcopus quodlibet membrum diœcesis respicit.de offi.or.c.irrefragabili.xj.q.j.c. de persona. nec

a ¶ Ex certa scientia. Adde vt p Ol. consi.cccxxv.vsq; ad.cccxxxij.

SEB. SAPIA.

b ¶ Rescribit. Vide do.Abb.in.c. dilectus.ij.in.iij.col.j. de prebẽ. vbi vult quòd quãdo Papa cõcedit bñficiũ alicui qui sit illegitime ætatis, censetur dispẽsare si cõcedit motu proprio. & hoc idem dicit Feli.in. c.ad aures.col. iiij.s.de rescrip.

c ¶ Cõmendatam. Adde ꝙ latè voluit Rom.consi.cc.

d ¶ Depẽdere. Ad de Are.cõs.lxxij.

SEB. SAPIA.

e ¶ Subiectã. Vide firmianũ in repertorio suo in versi. ecclesia co.j. vbi dicit se rñdisse plebano de Tolentino camerario epo firmi. qđ si capella per laicũ ædificatur in ecclesia, & p laicũ daĩ ecclia acqrit patronatũ capellæ ad pñtandum propter solũ in quo capella cõstruitur. aduerte tamẽ quòd ecclesia ædificata in solo alieno nõ cedit solo. sed solũ cedit ecclesiæ not. glo. xij.q.ij.c.apostolicos.no.do. Flor. in.l. qui domum ff.ad.l.aqui.

SEB. SAPIA.

f ¶ Si ecclesia. An ecclesia vnita teneatur ad onera ecclesiæ cui est vnita tradit Bart.in.l. j.de metropo.beri.li.xj. & an gaudeat priuilegijs tradit gl.in.c.j. ne sede vacã.no.in. c. recolẽtes.de statu monac.& an possit alienari in vtilitatem alterius ecclesiæ principaliter tradit Bald. in aut.hoc ius porrectum.C. de sacro san.eccle.

na.nec obest ꝙ vna ecclesia sit substantialis.de reb.eccl.non alie.c.j.quod intellige in ecclesijs:secus si sint gratiæ.de cẽsi.c.fi.¶ Quid si contraxit quis cum presbytero ecclesiæ subiectæ,an ante executionem debiti exigatur quod debetur superiori ecclesiæ.s.census? Dic ꝙ sic.sicut dñs deducit prius quod à seruo debetur.ff.de peculio.l.sed si damnũ.§.peculium.&.§.præterea.& hoc si cũ presbytero contractũ fuit ignorante vel cõtradicente prælato maiori. sed si illo sciẽte,veniet ecclesia in contributũ cũ alijs creditoribus.ff.de tribu.l.j.& vide Archi.de præben.c.cũ singula.li.vj.Io.an.in fi.gl.fi.dicit vt de elec.c.nemo deinceps.li.vj.vbi vide. Ant.de Bu.

SVMMARIVM.

1 *Clericus in minoribus tantùm constitutus potest dispensatiuè ad regimen parochialis ecclesiæ promoueri:dummodò intra breue tempus possit in presbyterum ordinari.2.*
3 *Ordines sacri intra quod tempus possunt,vel debent accipi?*
4 *Episcopus an & quãdo possit dispẽsare super minori ætate ad beneficia.6.*
5 *Aetas quæ requiratur ad quæcunque beneficia.*
7 *Eligi an possint non constituti in sacris ad beneficia sonantia dignitatem quæ sint sine cura,& quæ dispensatio requiratur?*

CAP. V.

1 PRæterea. ¶ † Is qui nondũ est in sacris,si aliâs est idoneus,ad regimen parochialis ecclesiæ dispensatiuè põt promoueri.h.d. Prima pars ponit rigorẽ.Secunda dispensationem.Tertia dispensationis determinationẽ.Secunda ibi: *dispensatiuè.* Tertia ibi: *dum tamen.* ¶ Casus literalis.dicitur in hac decretali:ꝙ nullus debet ad regimen animarũ admitti nisi ad minus sit subdiaconus,tñ dispensatiuè in minoribus ordinibus constituti possunt admitti: dũmodò tales sint ꝙ intra breue tẽpus possint in presbyteros ordinari. Ber.¶ Not.j.ꝙ ad regimen parochialis ecclesiæ de iure assumi nõ potest nõ existens in sacris:& sic habes vnum beneficium cui per prius antè,quã assumatur annexus est ordo sacer.s. parochialis ecclesia.¶ No.ij.ꝙ ordo subdiaconatus,nõ est de minoribus,sed de 2 sacris.j.de ser.non ord.c.miramur.j.eo.c.à multis.¶ † Not.iij.ꝙ in minoribus existens dispensatiuè põt ad ecclesiam parochialẽ assumi,dum tñ sit talis ꝙ intra breue tẽpus possit in presbyterũ ordinari:& sic apparet ꝙ defectus ætatis proximæ tñ ad sacerdotiũ nõ impedit quẽ ad parochialem ecclesiã promoueri dispensatiuè,& 3 talis dispensatio potest fieri per Episcopũ.¶ † Glo.j.quærit quod dicatur breue tẽpus:& multas cõcordãtias adducit ad breuitatem tẽporis.Concludit ꝙ breue tẽpus dicit̃ annus & dimidius,quia in anno & dimidio quis promoueri posset ad sacros.allegat iura.hodie statutus est annus:vt.c.licet canõ.de elec.lib.vj.Sed dicunt hîc doct.ꝙ in vna quadragesima quis posset ad oẽs sacros promoueri. nam in ea sunt tres dies sabbati ordinationũ.Vnde Host.hîc dicebat hoc,ꝙ de tẽpore breui dicitur arbitrariũ esse hoc dictũ procedit 4 in alio casu quã.c.licet canõ.& bene facit quod ibi no.† Quærit.ij.gl.an Episcopi possint dispensare cũ minori ætate,& aliqui dicunt ꝙ sic.arg.huius.c.de hoc recitat gl.de elect.c.cûm dilectus. ibi dicit ꝙ in ætate non dispẽsat. Inn.aliâs Hosti.dicit per Ep̃os dispensari posse in ætate,& personalibus,& parochialibus ecclesijs,& in defectu ordinũ:& in defectu scientiæ,& in defectu morum cũ corrigibili,dũ tñ causa subsit.de defectu ordinis.dicit hîc probari:quia ex quo ius permittit dispensari, & Papa nõ reseruat inferiori:hoc dicetur esse concessum:& hoc videt̃ placere Ioã.an.in c.licet canon.de elec.lib.vj. Circa ætatẽ autem duo sunt videnda. primò in qua ætate quis possit beneficiũ suscipere.secundò an cũ 5 inhabili ætate possit per Episcopum dispensari.¶ † Ad primũ dic ꝙ est dare dignitatem Episcopalẽ:& hoc determinatur.de elec.in c.cũ in cunctis.quia est ętas.xxx.ann.& in ea solus Papa dispensat. vt ibi. Est dare ætatem Abbatiæ. Et simpliciter credo ꝙ illã requirat ætatem,vel saltem.xxv.& hoc tene vt firmat Io.and.in.c.indẽnitatibus.de elect.libr.vj.& in istis casibus non dispensat inferior à Papa.facit de æta.& qua.c.j.lib.vj. Est dare dignitatẽ Abbatissę. & de hac de elect.c.indemnitatibus.lib.vj.& cum ista minori etiã solus Papa dispensat vt.d.decre.vnica. Est dare dignitatem aliã inferiorem,vel personatũ habentem curam animarum annexam: & illius est ætas.xxv.ann.& idem in ecclesia parochiali.de elect.c.cũ in cũctis.§.inferiora.in ætate minori nõ dispensant inferiores Episcopis: quia inhabilitas est cõcilij:vt not.gl.de elect.c.cûm in cunctis.ad hoc de renun.c.post translationẽ.ad hoc de æta.& quali.c.j.lib.vj. Et econtrariò est dare dignitatẽ,vel personatũ sine cura.& in hoc est dubium quæ ætas exigatur.dicit Inn.hîc ꝙ nulla est certa ætas determinata: vndè ad illas rectè eligitur qui sciat illã & possit regere:vel secundum eum sufficit pubertas cûm exinde suas facultates administrare posset,& cesset tutoris officiũ,& possit esse ordinarius.ff.de iudi.l.cũ prætor.& sufficit ꝙ non est statutum contrariũ.ff.de proba.l.ab ea. nõ placet hoc Compost.nã si in secularibus honoribus habentibus administrationẽ exigunt̃ saltem.xxv.anni cõpleti.ff.de mune.& hon.l.ad rem.ff.de decu.l.spurij.§.minores.fortius in ecclesiasticis honoribus & dignitatibus requiritur illa ætas,nisi dispensetur:& sic posset intelligi opi.Inn.Hodiè de mente capituli.j.de æta.& quali.c.j.li.vj.est ꝙ ætas sit.xxv.nam illa decre.in.xiiij.an.permittit dispensare Episcopis: in minori autem ætate non poterit Episcopus dispẽsare. Est dare beneficia simplicia[a] quæ nõ sunt dignitates,nec parochiales ecclesiæ:& tales nõ exigunt ordinem sacrum ex statuto vel consuetudine:si est beneficium habens administrationem,exigitur.xiiij.annus.s.eo.c.indecorum.& tenet Io.an.de rescrip.c.si eo tempore. 6 lib.vj.in nouella.¶ † Satis tamẽ puto ꝙ possit Ep̃s in minori ætate dispensare.quia si hoc est, prohibitũ in dignitatibus.per.c.j.j. de æta.& quali.lib.vj.concessum videt̃ in alijs à cõtrario literæ illius.c.maximè tenendo opi.antiquam Inn.& Host.ꝙ in talibus non prohibitis in ętate posset dispensari. Si autẽ beneficiũ sit canonia:opin.sunt:aliquæ exigunt.xiiij.ann.aliquæ minus,quia dicũt sufficere septimũ,vt recitat gloss.de rescrip.c.si eo tp̃e.in.vj. Puto ꝙ in canonijs ecclesiæ cathedralis sit vera opi.Hosti. maximè cũ possint esse delegati Papę:vt eo.ti. de rescrip.c.statutũ.§.j.libr.vj.exigetur saltem ætas.xiiij.an.ad hoc vide.c.ex eo.de elect.li.vj. & cleñ.vt hi qui.de æta.& quali. Dic q̃nq; gestio actus habet ordinem annexũ:vel si nõ habet annexũ,requirit tñ discretionẽ in gerente. Itẽ vbi habet ordinem annexũ & vult promoueri respectu illius actus requirit̃ ætas ad ordinẽ requisita:vt in cle.vt hi qui.j.respõ.de æta.& quali. Si nõ habet ordinem annexũ,requirit discretionẽ,tũc ætas discreta requiritur, quæ est.xiiij.ann.vt in.c.ex eo.de elec.lib.vj. Si vult promoueri respectu aliorum:dic quòd sufficit ætas.vij.anno.ad quod vide not.in.d.cle.vt hi qui.in gl.ordinaria.¶ In canonijs autem inferiorum ecclesiarũ idẽ dic quod in alijs simplicibus nõ habentibus administrationẽ: vt ætas septennij sit habilis:& satis puto ꝙ cum minori septennio proximo poterit nũc Ep̃s dispensare. Si autem ecclesia habet annexũ ordinem, vt possit promoueri exigitur ꝙ sit in ætate ad ordinẽ requisita:aliâs defectuosus videret̃ seu diceret̃. An aũt posset dispensari per Ep̃m[b]:puto ꝙ si sit proximus ætati vt post modicũ tempus possit promoueri:aliâs non,nisi magna cã subsistente.ar.huius decre. Facit quia permissum erat secundũ opi.antiquã Episcopis in ta-

a ¶ Simplicia. Ad. de Feder.consilio. cxxxij.

b ¶ Per Episcopũ. Adde latè Rom. consi.cccxxv.

ZACHARIAS.

a ¶ Sine cura. Adde tu latè de hoc p Fed. de cõs. cxxvij. inci. casus talis est. quædã est canonia &c.

b ¶ Reducunt. Adde intelligẽdũ vt euitẽt falsum nõ vt probẽt: vt dicit Rom. cõsi. ccciij.

ZACHARIAS.

¶ Addetu eundẽ Ro. sing. cccccclxxij. incip. Si testes aliqui. nec omitto q̃ si testes in cã discordent in dicto nõ obest eorũ testimonio talis discordia. no. Bal. in l. j. in vj. col. C. de testa. Spe. in tit. de teste. §. iã de interrogatorijs. ver. hic est. Ant. de bu. in c. q̃tò. col. iij. j. de of. or. & Fel. plenè in. c. cũ tut. col. vj. ver. ij. no. q̃ modica cõtrarietas. j. de testi. & de materia per istũ tacita vide eundẽ Fel. latè distinguentem vbi. s. col. iij. versicu. quinta cõclusio. & col. iiij. versic. ij. aduerte. Antoni. Francis.

¶ Ad hoc de concordia testiũ faciẽda ad hoc vt euitẽt falsum non vt probẽt. vide Bar. sin. loquẽtẽ. & ibi p Alex. & doc. in l. ij. in. §. creditũ. vbi Alex. in. ij. co. multas cõcor. alle. ff. si cer. pet. & vide etiam Bar. & ibi Io. de Imol. & etiã Alex. in vers. extra gl. in. l. in in solũ. in. §. fructus. ff. sol. mat. & vide Bart. in. l. si finita. in. §. si an hoc decretũ. ff. de dã. infect. & habet per Ang. in. l. q̃ sciam. C. de pœnis. & p Io. de imo. in. l. inter pares. ff. de re iudi. & istud sine dubio intelligeverũ q̃ sunt cõcordãdi testes ad finem vt euitant falsum q̃n sunt numero partes. al's aũt prævalet maior pars: vt per Bar. & Bal. in. d. §. creditũ. in vlt. co. & in. l. gallus. in. §. ille casus. vbi & p Alex. in

libus dispensare, nec correctũ reperit: ergo posset, ad hoc quod no. Host. in sum. Nec ob. c. licet canon. & quod ibi no. de cle. lib. vj. quia illud procedit q̃n tp̃e promotionis certa ætas & determinata requirit: secus vbi nõ requiritur, quãquã habeat ordinem annexũ in quo requiratur certa & determinata ætas: tamen contra hoc facit quod notat Ioannes Andreæ. in clemen. generalem, de ætate & qualitate: vbi dicit quòd in ætate nõ potest Ep̃s dispensare respectu ordinis, dic q̃ respectu ordinis dispensare non põt: vt ante debitã ætatem promoueatur: sed q̃ promoueat ad beneficiũ habens ordinẽ annexũ in quo requiratur certa ætas: dicendũ q̃ põt dispensari per Ep̃m dũmodo hoc fiat ex causa iusta & necessaria. ad hoc facit bñ in arg. c. cũ ex eo. de elec. libr. vj. iuncto. c. licet canon. eo. tit. ¶ † Quæro an nõ cõstituti in sacris possint eligi ad beneficia sonãtia dignitatẽ vel personatũ sine cura? Cõpo. de elec. in. c. dudũ. & Inn. dicunt q̃ sic. Hosti. aũt contra. vide gl. eo. tit. c. j. lib. vj. in vlt. gl. & ibi recitantur opi. finaliter Io. and. videt residere in opi. q̃ de iure cõi nõ possunt eligi, sed dispensatiuè: & vide in decre. dudum. & de his quæ fi. à ma. par. capi. c. ex ore. Quæro qualiter & qua via promouebit sic inhabilis ad talẽ dignitatem q̃n eget dispensatione? Inn. & Egi. q̃ assumet per postulationem: & sic eligi non poterit: nã dispensant Ep̃i cum cõstituto in minoribus vt possit eligi ad personatũ vel dignitatem: recitat alios dicentes q̃ poterit eligi: vnde dicit q̃ Ep̃s poterit facere aliquem eligibilem per suã dispensationẽ. alij contrà: sic residet Io. and. credo q̃ si debeat assumi de corpore vel collegio, absque dubio debeat postulari: & sic materia postulatiõis nõ solũ locum habebit in prælationibus, sed in inferioribus beneficijs. Vbi aũt de beneficio prouideatur per viã electionis, si idẽ est collator, & confirmator, non credo q̃ materia postulationis tali accõmodetur. Si autẽ vnus est collator, alter confirmator: adhuc dico per viã postulationis procedi. Hoc reincidit in dubiũ illud an hodie de iure cõmuni patiens defectũ in ordinibus possit ad ecclesiam parochialem assumi. de qua in. c. si pro clericis pauperibus. de præben. lib. vj. & ibi Ioan. an. determinat q̃ solùm in casu illius. c. & c. ij. de insti. lib. vj. possit de iure communi promoueri: aliàs dispensatiue debeat promoueri per istud cap. de quo dic vt ibi. Archid. tamen indistinctè ibi tenet contrarium. dic vt ibi.

SVMMARIVM.

1. *Delicta occulta an inducant irregularitatem?*
2. *Testes reducuntur ad cõcordiam vt euitent falsum non vt probent. hoc dicit cum apostil.*
3. *Beneficiatus non faciens se promoueri ad sacros ordines: an, & quando sit priuandus beneficijs? 6.*
4. *Criminosus ante vel post promotionem ad beneficia, an cogatur illa relaxare. 5. 8. ad tempus, vel perpetuò. 10.*
7. *Beneficia plura an sit licitum retinere?*
8. *Confessio facta siue in foro contentioso siue pœnitentiali siue mixto an præiudicet confitenti? 11.*
9. *Variatio an admittatur si quis dixerit se non posse ad ordines promoueri salua conscientia,*

CAP. VI.

Quæris. Propter necessitatẽ vel vtilitatẽ ecclesiæ cõpelluntur clerici recipere ordines nõ suis beneficijs annexos. h. d. Communis diuisio. Secũda ibi, *cùm igitur.* quæ duo facit. primò ponit discordiam canonum. Secũdò distinguendo cõcordat ibi: *statuentes.* & secũdũ membrum prosequatur ibi: *quod si.* ¶ Casus literalis. Clerici beneficijs ecclesiasticis abundantes moniti à prælatis suis vt ad maiores ordines promoueantur: nolũt promoueri dicentes secretò se tale quid cõmisisse quod eos salua conscientia ordinari nõ sinit: quærit quid de talibus sit agendũ? Rñd. Papa q̃ in casu isto videntur canones discordare, cũ quidã dicunt eos non cõpellendos. alij verò contrarium asseruerunt: hanc contrarietatẽ volẽs amputare statuit: vt si clerici se indignos propter occulta sua peccata perceptione maiorũ ordinum fatẽtur inferiores, clerici de ecclesia probabilis vitæ & opinionis præferant eisdẽ: & beneficia sibi auferãtur, & alijs cõcedant, nisi fortè qui ordinari recusant in alijs seruitijs ecclesiæ fuerint vtiles. Si verò sola volũtate ordinari recusant, & vtilitas ecclesiæ vł necessitas suaserit, si idonei fuerint, cõpellẽdi. sunt ad maiores ordines recipiendos per amisionẽ locorũ, & beneficiorũ subtractionem. B. ¶ † Not. j. q̃ aliqua sunt delicta vel defectus, quæ quantuncunq̃ occulta inducũt irregularitatẽ, & repellunt quem à facultate promouẽdi. ¶ Not. ij. q̃ ad Papã spectat discordantes canones ad concordiã interpretando reducere: sic & testes discordantes ad concordiã reducũtur[b]: vt patet in. c. cũ tut. de testi. ¶ No. apertè in verbo. *statuentes.* & cũ loquat in plurali quòd sint plura peccata, q̃ quãquã sint occulta impediunt quẽ à p̃mouẽdo. † Not. qualr & q̃n procedat contra beneficiatos vt se ad sacros faciant promoueri imminente necessitate ecclesiæ: qa aut sola voluntate resistunt absq̃ aliquo impedimẽto vel causa, & compelluntur data idoneitate per subtractionem beneficiorũ, & amissionẽ locorum, aut resistunt nõ nuda voluntate sed causa subsistente: quia salua consciẽtia nequeũt ordinari, & tunc si aliàs sint valde vtiles ecclesiæ nõ priuant, sed alij eius loco ponuntur, si non sint ita vtiles, beneficijs priuantur, & alijs conferuntur qui valeant ordinari. ¶ † Opp. q̃ indistinctè qui propter peccata occulta non valeãt promoueri, debeãt deponi: quia vel ante promotionẽ talia cõmiserunt, & sunt deponendi eò quia tẽpore examinationis talia tacuerunt. xxxiij. dis. c. si. l. dist. c. ex pœnitẽtibus. lxxxj. dis. c. si qui sine. cum si. Aut posteà commiserũt, & adhuc sunt priuandi ex quo sua culpa se fecerunt indignos. arg. s. c. j. Sol. dicit gl. q̃ veritas est q̃ sunt priuandi[c]: tamen si aliàs ecclesijs sint vtiles tolerabuntur in ecclesia: & sic dispensat cum eis, maximè si sint peccata occulta. puto q̃ si defectus foret talis qui non impediret ordines susceptos, sed impediret suscipiendos: q̃ siue antè siue post contingeret tale impedimentum ex quo non est superior ordo annexus beneficio posset retinere beneficia, nec expectando seu expectato, nec ex contumacia in ordinando priuarentur, dũmodò aliàs ecclesiæ forent vtiles. Si delictum occultum sit fortè tale q̃ cuius-

ix. col. ff. de lib. & posth. & vide per Imo. in. c. corã. & in. c. cũ cõtingat. de offi. dele. & hr̃ p Flo. in. l. ob carmẽ. §. j. ff. de testi. vbi etiã p gl. & p Spe. i ti. de dispu. & alle. in. §. nũc videndũ. in vers. sed si aduersarius. & vide. d. Abb. in. c. in nostra. de testi. & tene mẽti vnũ quod singu. dixit Bal. in. l. j. in. viij. q. C. de testi. q̃ testes singulares nũquã reducunt ad cõcordiã. sed semper sunt repellendi. & adde etiã q̃ testes reducũtur ad cõcordiã ad finẽ vt. s. q̃n deponũt de actu reiterabiliũ aliter vt voluit Bald. in. l. j. C. qui accu. non po. & in. j. cõsti. C. in §. quibus. vbi dicit q̃ discordia testiũ debet iuuari p distinctionẽ. p quo vide no. gl. in c. q̃ periculosè. de pe. dist. j. & vide Bar. in. l. inter stipulantẽ. in. §. j. in ij. col. & ibi Imo. & Ale. in. iiij. col. ff. de verb. obl. Et adde etiã q̃ testis varius i dicto suo nunq̃ reducit ad cõcordiã, imò tenet de falso. vt in l. qui falsa. vel varia. ff. de testi. & plenè tra. in. l. eos. ff. de fal. & de huiusmodi materia concordiæ testiũ vide etiã p Alex. in cõsi. cxiiij. in secunda parte, & in cõs. xcix. & in cõsil. xix. in. iiij. parte cõsi. & in cõsi. xlij. in ea. iiij. parte. vbi oino vide.

ZACHARIAS.

c ¶ Priuandi p sententiã. Nã q̃tuncunq̃ sit criminosus aliquis etiã notoriè, tũc demum vacant sua bñficia cũ lata est sñia, & nõ prius notat plenissimè Bal. in. l. cũ fratrẽ. col. fi. in prin. ver. circa instrumentũ vnum scias. C. de his qui. vt indi. not plenè in addi. ad istũ in c. nisi. in apost. in versi. ipso iure. s.

digno, simoniā inducūt: quod nō admittit gl. sed dicit ꝙ qñꝗ interponunť pro indigno, & simoniā inducūt. qñꝗ interponunť pro digno, & nō inducūt simoniā: quia tūc non præsumiť ambitiosus, sed potius propter necessitatē: qđ fateť, nisi preces porrigat pro prælatura. Si interponanť ab alio: si pro indigno, est simonia: si pro digno, & sint spirituales, nō vitiāt: si pro digno, & sunt carnales, si nō principaliter mouent, nō inducūt simoniā. In dubio si interponuntur à parēte, præsumunť carnales & illicitæ, & vitiant, nisi constet pro digno. Si sunt interpositæ ab extraneo, præsumunť spirituales, & pro digno potius quā pro indigno: vt hîc. Inn. dicit hîc ꝙ qñꝗ preces interponūtur à se & preces interponēs habet respectum ad solū deū, & ipsius obsequiū, & nō potētias, vel diuitias seculares. & per hoc nō intendit in aliquo obligari promouenti, in hoc nō peccat, nec simoniacus est, dū tñ persona sit digna. viij. q. j. c. q Episcopatū. hoc tenuit verū Rayn. in sum. & Hug. quod sequiť Arch. j. q. j. c. ordinatiōes. & Host. in sum. de simo. § qualiter. sub. § ligua. Qñꝗ preces interponūtur ex necessitate pro beneficio simplici, & aliâs indiget: si aūt pro curato vel dignitate, vel non indiget, preces sunt iniustæ etiā pro digno. de rescrip. c. ad aures. j. q. ij. c. clericos. xij. q. ij. c. & si illi qui. vide Ray. in sum. de simo. § qualiter cōmittatur. Idē Gof. in sum. de simo. § in munere aūt. Qñꝗ preces[a] pro se interponuntur. qñꝗ interponit preces pro se, & pro digno respectū habens ad vtilitatē ecclesiæ & deū: intēdit tñ obligari propter hoc promouēti: quia aliter fortè non pōt ipm pmouere ad cōferēdū: & hîc foret simoniacꝰ. Qñꝗ interponit preces pro se, & est dignus, & hoc si nō intēdit p hoc obligari nō est simoniacus: iniustè tñ censeť facere & peccat, quia preces & cōsiliū est iniustū & turpe: vnde dicit ꝙ taliter promotus nō teneť ad resignationē, sed sufficit ꝙ aliter pniam agat. de simo. c. fi. & hæc sunt de mente Inn. aliqualiter ampliata: & hæc vera puto si pro digno interponunť, etiā si subest alius ęqualiter dignus. Si aūt preces interponit pro se indigno: & in hoc videat magis dignū supplātari: puto ꝙ si est regularis, in hoc peccet, & in eo notať ambitio: quia pōt stare sine beneficio. Si aūt sit secularis, si aliâs sit cōpetenter beneficiatus, idem. si nō est beneficiatus, vel non cōpetenter. tūc de iure petere possit vt beneficietur, & impetrare, fortius preces porrigere, propter quod satis credo ꝙ peccāt reditus abundantes impetrando, cū videāt idoneiorem se per hoc supplantari. credo tamen ꝙ tale peccatū pœnitentia deleatur. Qñꝗ preces interponūtur ab extraneo: vt. s. dixi. si preces non legitimas, fortius si fiāt carnales: & serua in hoc distinctionē glo. quæ bene & cōpletè dicit. Vnū tamen aduerte prout etiā. s. dixi. ꝙ quando interponuntur à se siue etiam quando interponuntur ab extraneo, nō inducūt simoniam, nisi interponat eas animo se obligandi ex precibus collatori: vel intendens se exonerare ab aliquo seruitio, vel debito quo ei tenetur: tūc enim diceref simonia: tū quia in talibus idē est remittere quod dare etiā si remittať obligatio naturalis tñ: ex quo obligatus est ad tātūdem & ad antidora. ff. de cal. l. ij. & l. iij. in prin. ff. de peti. hære. l. sed & si lege. § cōsuluit. quia ad hoc vt committatur simonia, oportet ꝙ munus interueniat. j. q. j. c. sunt nōnulli. de simo. c. querelā: tales autē preces frequētius interponunť non pro munere: sed pro cōsilio, licet sæpe iniusto & inhonesto: & ideò nō est simonia quāuis peccatū sit: vnde nō tenetur ad resignationē: sed sufficit pnīa: de simo. c. fi. Itē dicit ꝙ secundū opi. dicentiū ꝙ sit simonia quantū ad rogantem. j. de simo. c. tua. nō tamen qa rogatus beneficiū confert, dūtamen non habeat respectum ad illas preces iniustas: vt hîc. & de re. iud. c. cū. I. & A. Et tunc nec renuntiare teneť taliter pmotus, nisi promotor expressisset ꝙ propter preces hoc faciebat, etiā si pecunia data esset. de simo. c. fi. Ego credo ꝙ in oībus casibus in quibus gl. dicit simoniā, ꝙ simonia non sit, si casus est certus quòd nō dederit animo obligādi. si est certū quòd animo obligādi, fit simonia: si est dubium, si pro indigno preces censentur violētæ, & præsumo ꝙ aīo obligandi, & inducunt simoniam. Si fiant pro digno, tūc non præsumūtur violētæ: sed ad exercitandū. quod facere debet superior, & nō inducūt simoniā. secus tene in datione etiā pro indigno: & est causa: quia tūc aliquid adest promouenti: sed preces perdit, vbi preces interposuit: vt dicit. j. q. j. c. quibusdā. Si pro digno ad excludendū magis dignū, illicitę sunt, & posset in dubio præsumi quòd animo obligandi, & sic inducerent simoniā, vbi esset regularis, vel aliâs beneficiatus, aliâs non: quia concurrerent in iure. Quandoque sunt preces spirituales, & tales sunt licitæ: & nō vitiant, nec peccatū inducūt, inter quas cōputat Hosti. preces patronorū, ad quos spectat potestas præsentādi. de elect. cū terra. & de iurepa. c. nobis. Oīa prædicta procedūt qñ sciente eo preces interpositæ sunt ab extraneo. si eo ignorante, & in eius odiū, ei non contradicat. de simo. c. nobis. & c. sicut. Si autē non in odium: sed in fauorem funditus inducunt: procedat quod. s. si non inducant collationem non nocent: vt dicit Hosti. id loco præalle. Per prædicta dicit Hosti. quòd putat quòd si apparente digniori Episcopus consanguineum promoueat, nō tamen ita dignū: dummodò dignus existat ꝙ non peccat quando consanguineus est egenus, & in simplici beneficio: quia & talibus prouidere tenetur. lxxxvj. di. c. non satis. Putat tñ quòd in istis casibus in quibus dixi preces illicitas vrgente necessitate & vtilitate ecclesiæ, Papa in Episcopatibus & inferior ordinarius in inferioribus dispēsare posset. Et subnectit ꝙ tanta posset esse necessitas circa Episcopatum quòd Metropolitanus cū consensu capituli posset Episcopatus custodiam cōmittere idoneæ personæ vsque ad beneplacitū Papæ. de elec. c. nihil. § pen. s. e. c. à multis. de simo. c. sicut nobis. vide de sup. negli. præla. c. si Episcopus. lib. vj. & c. seq. De hac materia vide. j. q. j. c. ordinationes. viij. q. ij. in sum. viij. q. j. c. Moyses. & j. q. j. c. quibusdam. Hosti. in sum. de simo. § qualiter committatur. sub. § lingua. hæc procedūt in dignitatibus spiritualibus & beneficijs. In tēporalibus aūt ponunt quid iuris Doc. de offi. præto. l. Barbarius. dic ꝙ si dignitas est priuata cui nō est iurisdictio annexa: vt ꝙ sit aduocatus: & licet palam, non clam. ff. de pollici. l. j. § ff. de mu. & hon. l. estimationem. Si autem habet annexā iurisdictionē olim sicut distingnebatur & in eis. vt in præal. iuribus: sed hodie non est licitū illa precibus petere etiam palam: quia præsumit lex quòd rēpublicam grauaret in aut. vt iud. sine quoquo suffra. fiant. § j. & § cogitatio. colla. ij. & quod not. Bar. in. d. l. barbarius. vbi plenius dicit. Quandoque petitur officium publicū per viā iustitiæ: vt quia aliquid prætendit ex quo debetur: aut per modum virtutis: aut per modum ambitionis: aut est dubium. Primo casu licet petere. hoc dicit verum quando est debitum per viam iustitiæ. secus si per viā gratiæ: vt nota. de postula. præla. c. bonæ. el. ij. & c. final. & in hoc damnatur Bartol. qui dicit quòd per viam postulationis potest. Dic quòd Bartol. non malè loquitur si per viam gratiæ non iustitiæ: hæc vera nisi quando à iure vocetur vt prosequatur: de elect. c. cupientes. libro. vj. & tunc bene admittitur cum prouocatus veniat. Secundò casu concedi non impetrari consueuit. ff. de ori. iur. l. ij. in fine. Tertio casu quando per ambitionem non conceditur licet vt temerarius repellatur[b]. l. j. ff. ad. l. Iuli. de ambitio. in dubio dicit

dicit ibi quid iuris in spiritualibus:& multa dicit falsa.Ideò in hoc sta canonistis.In dubio dicit in temporalibus ꝙ præsumitur contra eũ qui inuerecundè petit,tamẽ si concedatur licitè retinet. vt d.l.barbarius.hæc vera,nisi pecuniã cõsequatur.vt.d.§. cogitatio. in aut.vt iud.sine quoquo suf.fiant.Hoc verũ qñ habet administrationẽ vel iurisdictionẽ,si autem est uulla ista dignitas põt dari pecunia,ex quò alij non nocet.l.j.§.sed si quidem.ff.de polli.& hoc si publicè fiat:secus si priuatim,quia tunc præsumitur contra illum. l.j.C.de famo.libel.Nõ insistam⁹ in istis hodie:quia tẽporale & spirituale venalitati exposita sunt.Quid si non collatori:sed familiari collaterali dedit pecuniã,vel ꝑces porexit vt daret operã ꝙ ꝓmoueaẽ ad beneficiũ dic secundũ Inn.ꝙ idem ac si datũ vel dictũ fuisset ꝓmotori vel beneficij collatori.j.q.v.ꝑsentiũ.Quid si quis adulatur alteri vt beneficiũ cõsequatur.dicit Inn.quòd videẽ simonia cũ & põt imunis dici ab obsequio.j.q.j.c. ordinatiões & quatuor. c.seq.nõ tñ teneẽ ad beneficiũ renũtiãdũ.de simo.c.si credo ꝙ si specificè adulareẽ verbis tm̃ idẽ qđ.s̃.in precibus. si adulareẽ seruitio vel alio munere simonia expressa esset: si vtroq; intenderet.si solũ adulatur nõ idẽ.¶ Opp.cũ gl.ij.innuit ꝙ non possit ad superiores ascẽdere.Contrà si em̃ non erat simoniacus ex tali datiõe nulla cã suberat propter quã deberet impediri.s̃.de tẽp.or.c.fi.So.dicit gl. ꝙ aliàs erat irregularis.Sed tunc vltra si erat irregularis ꝓmoueri nõ poterat Abbatiã:quia oportet ꝙ sit in ordine presbyteratus.s̃. c.j.Sol.dicit gl.ꝙ ex necessitate põtest quis esse Abbas,& dispẽsatiuè irregularis & in minoribus cõstitutus sicut & diaconus.l.dis.c. accedẽs & infamis qui curã monasterij gerere potest vt ibi.Nõ em̃ infamis à quibuslibet muneribus excluditur.C.de hisqui nõ imple. stipẽ.l.j.libro.x.ad hoc quia nomem Abbatis plus est oneris quàm honoris.xviij.q.ij.c.hoc tm̃.Itẽ Abbas potest esse laicus.xciij.dist. c.à subdiacono.xvj.q.j.c.generaliter.sed habito respectu ad ius cõe nõ,dic quòd olim poterat laicus esse Abbas & infamis habẽs maculas ꝑcedentes:sed hodie quia oportet ꝙ sit presbyter non nisi dispẽsatiuè,& sic fuit hîc.In eo aũt ꝙ dicit gl.quod potius est solicitudinis quã honoris dicunt doc.quòd melius staret & plus:quia negari non potest quin sit honoris & dignitatis.de priui.c.vt apostolicæ.lib.vj.quia omne quod eminet &c.xiij.dis.§.alius.c.nerui. xl. di.ante oĩa,& vide de corpo.vi. exposuisti.¶ Not.gl.in duob⁹,primo in eo quod dicit ꝙ infamis potest esse Abbas. secũdò ꝙ laic⁹ poterit esse Abbas & alle.text.qui hoc dicit.¶ Quæro an hic Abbas irregularis sit benedicendus.videtur quòd non:quia datur illa benedictio vt mouachos suos benedicere possit.s̃. de sup. negli. præla.c.j.& vt possit minores ordines conferre, quos non cõfert nisi sacerdos.j̃.c.proxi.hîc autẽ non ordinatur in sacerdotẽ: & cõsequenter nec benedicit, nec confessiones audit, nec absoluit.j̃. de pœnit. & re.c. omnis.habet ergo curam supra illa quæ sunt iurisdictionis non quę sunt ordinis:& sic non benedicendus. In cõtrarium benedictio abbatialis non est ordinis.s̃. c.j.& Abbas potest esse laic⁹.ad hoc qa curia Abbates nõ presbyreros bñdicit ad hoc de re iudi.c.in causis.Sol.dicit Hostien. talem non benedicendum per prius allegata.Non obj̃.c.proxi.vt ibi dicetur. Non ob. quòd laicus potest esse Abbas,quia correctum est:nam oportet esse clericum nisi dispensetur: vt hîc.de arbit.c.contingit.de iudi.c.ij. Nõ ob.ꝙ curia hoc facit qa hoc facit ex speciali ꝑrogatiua: ideò ab inferiorib⁹ nõ vsurpandũ.de tẽp.or.c.j.&.ij. ad hoc:quia ex quo debet esse presbyter.s̃.eod.ti.capit.j.&.j̃.eod ti.capit.j.in.vj. specialẽ debet benedictionem recipere.primò igitur debet ordinari. secũdò. benedici, vt gradatim ascendat.xciij. dist.c. legimus. ff.de mune.& honori.l.vt gradatim.¶ Quæro qualis est hęc benedictio: ordinaria non,quia per ipsam non datur certus ordo, nec imprimitur character simplex,non:quia habet annexam potestatem cõferendi ordines,dummodo presbyter sit.infrà capitu.proxim. dicit Hostiens.quòd est mixta.ad hoc vide gloss. in clementi. attendentes.versicu.statuimus.de statu.regu. inter simplicem & ordinarium de vtroq; participans: sicut de iure emphiteo. dicitur. C. de iure emphi.l.prima.habet tamen secundum eum maiorem participationem cum ordinaria:quia manus impositionem epãlem requirit quæ non fit Abbatissę qa eius manus impositio simplex est: vt patet in li.capitu.pontificali.ad hoc quod notj̃.capitul.proxim. ¶ Per hanc decreta.dicit Ioann. Andreas duo. Primo , quòd vbi duo cõcurrũt eligẽdi:semp melior eligẽd⁹ est, sed ex postfacto sufficit quòd electus non sit malus.de elec.c.cũ inter canonicos.de off.custo.c.fi.Secundò quòd ad hoc vt promouẽs excusetur sufficit ꝙ credat promouendũ ecclesi. vtilem:& ꝙ sic communiter credatur,vt ei nõ imputeẽ etiã si secus accidat.s̃.eo.in.c.ad aures Tertiò per hanc decre.dicit Host.ꝙ ex ordinaria potestate non data alia legatione vel delegatione põt Episcopus cũ inhabili promouendo ad abbatialem dignitatem dispensare, dato ꝙ non possit dispensare cũ vitio,qñ cum hoc habet dginitatem remanẽte vitio & effectu vitij:vt hic.& remittit ad Spe.tit.ij.§.nũc de eporum.ver.lvj.& idem.hîc Boatinus.

quia verò.col.penul.de prębẽ. vbi dicit ꝙ lex Iulia de ambitu nõ habet locũ in curia romana. Et dicit idẽ Abb. in.c. venerabilẽ. de ele.ꝙ ambitio. ad dignitatẽ non reprobatur.de quo per eũ dẽ in.c.ad nostrã eo.tit. dignitas tñ non est cõferẽda ambiẽtib⁹.vt not. idem do.Abb. in c.cũ iamdudũ.& in.c.cũ intm̃.in.j. norab.de præbẽ.

SVMMARIVM.

1 *Abbas an possit conferre primam tonsuram suis monachis?*

2 *Benedictio abbatialis non datur nisi diebus dominicis & festiuis.*

3 *Benedictio abbatis nõ põt fieri ante,quã sit sacerdos.*

CAP. XI.

Vm contingat. Abbas si est presbyter & est benedictus, cõferre potest ordinẽ claricalẽ.Communis diuisio Secunda ibi:Super quo.¶ Casus literalis.Laici aliquãdo transeunt ad monasteria,& ibi à suis Abbatibus tõsurantur: q̃situm fuit à Papa an clericalis ordo in tonsura hmõi cõferatur.& ipse r̃ndet ꝙ cùm in septima synodo sit statutũ vt liceat Abbatibus in proprio monasterio solũmodò lectores per manus impositionem dummodo & ipsis Abbatibus ab Epo manus impositio facta noscatur:& sacerdotes existant per primam tonsuram in forma ecclesiæ datã ,clericalis ordo confertur . Ber. ¶ No.primò ꝙ Abbas proprio monacho põt conferre ordinem de primis lectoratũ.Et no. duo requiri vnũ in personã Abbatis.s.quòd sit ꝑsbyter secundũ ꝙ hic sit proprius monachus Abbatis consecrantis.tertiò requiritur ꝙ Abbas receperit manus impositionẽ benedictoriã i.quòd sit benedictus.quartò ꝙ conferat lectoratũ secundũ formã ecclesiæ:& ideo non quælibet Abbatis tonsura est benedictoria seu ordinatoria:sed illa quæ aĩo & ordine fit benedi- 1 cẽdi.¶ † Op.ꝙ electus tm̃ in Abba.potest conferre primam tonsuram a.s̃.de sup.negli . præl. c.j.Sol.dicit hic glo.fatendum hoc procedere: qñ nõ est negligens.contrariũ procedit qñ negligens est Eps in benedicẽdo:sed dicũt Doc. ꝙ hoc restringendũ est tm̃ ad Cistercien.vt ibi no.fuit & etiã fuit ibi dubitatũ an extendereẽ ad manũ ordinatoriam.¶ Opp.ꝙ Abbates nõ habent manus impositionẽ:vt patet.xxiij .dis. c.Subdiaconus.Sol.non habent manus impositionem cõsecratoriã,licet bene ordinatoriã. vt hîc.¶ Quæro an Psalmistatus sit ordo: videtur ꝙ non.quia vbi agitur de cæteris ordinibus non agitur de isto.xciij.di.c.à subdiacono. lxxvij.di.c.illud.hoc tenuerunt quidam:in cõtrariũ est hîc text . qui dicit quòd per primam tonsuram clericalis ordo confertur.& etiã presbytero licet. xxiij.di.c.parmista.vbi de hoc in sum.Hug.ad hoc allegat doc.xxvij.q.j.c.si quis eps.vbi psalmis. deponiẽ ꝓ hoc secũdũ Hos. qa

ZACHARISAS.

a ¶ Primã tonsurã. Et alios hîc enumeratos quod tñ restrĩges.s.ꝙ possit filios ordines conferre suis subditis duntaxat.ita no.Archidi.,in.c. qm̃ .lxix.dis.plenè per Feli. in .c. eã te.col.v.versic. quartò restringiẽ s̃.de .rescri.

per hoc recepit officiũ cãtandi ordinatus in ecclesia.xxiij.di.c.psalmista.& vinculũ promouẽdi initiatur:& per hoc gaudet priuilegio canonis,si quis suadẽte.xvij.q.iiij.cui renuntiare nõ potest.de foro cõpe.c.si diligenti.Itẽ per cõsecrationẽ confert̃ ordo epalis.lxxvij.dist.c.j.de tẽp.or.si Archieps.&.c.se.sic epalis est ordo cuius authoritate alia expediuntur q̃ nec inferioribus cõmittuntur.de consecra.eccl.vel alta.c.aqua.& sic tacere debent qui negant nouẽ ordines,sicut sunt nouẽ hierarchiæ angelorũ. de quo remittit ad summã de or.ab episcopo qui episcopatui renuntiauit.¶ Quid de p̃sbytero, an cõferre posit psalmistũ.glo.dicit ꝙ sic.hoc tenẽt Hug.Ray.& Goff.in summa de ordi.ab episcopo.Io.& Inno.hĩc.per dictũ.c.psalmista Non ob.ꝙ nullus ordinari posit sine titul.lxx.dist.c.j.& titulũ nõ põt conferre p̃sbyter.xvj.q.vij.c.nullus oĩno.quia illud.c.est locale. vel loquitur de præbendis habentibus curam animarum,vel non dant de nouo vbi dare nõ cõsueuerũt maximè vt habeat etiam,nõ residens absq; licentia Epi:sed in beneficium vt habeat vnde viuere posint bene dãt.vel dato ꝙ non habeãt beneficiũ qđ dare posint dabũt psalmistatum ad titulum patrimonij. de præben.capi.tuis.vel fortè est aliàs paratus dare beneficiũ secundũ Inn.vel loqtur de ordinãdo ad sacros,qui nõ debet esse sine beneficio.Lau. xij.q.ij.c.nõ liceat.Bertrã.ibi:& Ho.in sum.de or.ab epo.videnť tenere ꝙ palle.c.nõ loquať de ordine,sed de ordinis executione ꝑ id qđ dicit officiũ:& per literã istã à cõtrario.Io.an.dicit ꝙ prima opi.est vera,si talis est p̃sbyter qui supra laicũ habeat epalẽ iurisdictionem,vel quasi.de priui.c.Abbates.in fi.lib.vj.secũda opi.sit vera qñ illã nõ habet.¶ †Quæro qđ si omittať iste ordo:dic secũdũ Inn.ꝙ nõ reperitur,qa nullũ speciale officiũ ꝑ eũ sicut ꝑ alios conferť,& qa recipiẽdo alios ordines videť facere posse quę ad hũc pertinẽt.dicit tñ se nõ credere ꝙ quidã dicũt hũc ordinẽ in desuetudinẽ abijsse:& vide de tẽp.or.ex parte.sup.j.glo.Ho.dicit ꝙ est repetendus:quia aliorũ est principiũ.Itẽ si manus impositio ordine aliter rite collato & liquoris qualitas repetuntur multò fortius hĩc ordo.de sacra.non ite.c.j.& vlti.secundũ Hos. ¶ Quæro an conuersis monasterij posit hũc ordinẽ conferre.Abbas dicit quòd sic:idem de his in quos habet epalem iurisdictionẽ vel quasi.nã his potest cõferre tonsurã.aliàs non, nisi habeat ex priuilegio Papę.de priui.c.Abbates.lib.vj.si aũt alteri cõferat:valet secundũ Boa.& idem Archi.in.c.Abbates.¶ Quæro an alios ordines à lectoratu conferat:dicit quòd sic vt alios duos minores:quia eadem est ratio. de constitut.capit.transla.Contrarium tenet hĩc Pet.& Bart.brixi.lxix.dist.c.j.& pro ipsis facit verbum solummodò:quod sequitur,si determinet verbum lectores.Host.dicit quòd prius de facto seruatur.Nec obstat illud verbum solummodò:quia determinat verbũ in proprio monasterio quod sequitur.¶ Quæro quo tempore licet Abbatibus tales ordines conferre? de quatuor tẽporibus planũ est quòd possunt de diebus dominicis videtur ꝙ non posint,qa solis epis hoc est concessum:quia de Epis hoc specialiter exprimitur.de tempo. or.c.j.&.iij. Host.contrà.quia cũ hoc in suo tñ monasterio his liceat,non præiudicabitur alteri.c.& latior debet fieri interpretatio.de autho.& vsu pal.c.ex tuarũ.Item potius de dominicis quã de quatuor tẽporibus videtur sentiendũ,ne videantur generales ordinationes tenere.simile de consec.dist.iij.c.peruenit.& vide quod no.de sup.neg.præla.c.j.de tem.or.c.iij.¶ †Quæro quo tẽpore posit dari benedictio abbatialis?Host.dicit quòd hoc declaratione egeret:& videtur ꝙ quolibet die,sicut consecratio ecclesi. de conse.eccle.vel alta.c.ij.In contrariũ,quia hæc est maior quàm ordinatoria exorcistatus:cùm illa ex hac pendeat:vt hĩc &.lxix.di.c.qm.& tamen illa dari non debet nisi dominicis & festiuis diebus.s̃.c.j.&.iij.ergo nec ista,quæ principalis est.qui si.sint legi.c.per venerabilẽ.& hoc tenendum secundum Host.lxxv.di. quòd à tribus ad hoc cle.de sta.mona.attendentes.§.statuimus.in glo.ij.¶ †Quero an benedictio Abbatis posit fieri antè quã sit sacerdos? dic ꝙ non.argumẽ.s̃.c.proxi.& sic intellige hoc. licet posset hĩc colligi contrarium.

SVMMARIVM.

1 *Religiosus an, & quando posit transire ad strictiorem religionem?*

2 *Religiosus transiens ad strictiorem ordinem, an posit posteà ad primum reuerti.*

CAP. XII.

INtelleximus. Si canonicus regularis factus monachus iusta de causa ad canonicatũ reuersus ibi præfigitur in prælatum,licitè põt tenere prælaturã.h.d.Primò narrat factũ, ex quo secundò dubium elicit.ibi:*ne igitur*.cui tertiò rñdet ibi: *discretioni*. ¶ Casus literalis.Quidã monachus sine licentia sui Abbatis leuitatis cã transiuit ad monasteriũ sancti vicẽtij:& cũ ibi in ordine illo aliquãdiu ꝑmãsisset de cõsilio quorũdã redijt ad primũ:& ibi suis meritis exigentibus electus fuit in abbatẽ:quia in secũdo monasterio morã fecerat:dubitabat administrare in afficio Abbatiæ:cõsiderans ꝙ legiť in canone ne quis canonicus regularis efficiať monachus,nisi fortè,ꝙ absit publicè lapsus fuerit:& si factus fuerit ad canonicatus ordinẽ reuertať,vltima in choro manẽdo. cõsuluit Papam super hoc:mandat ei papa quatenus circa curam sibi comissam solicitudinem habeat diligentem sequentia,bona continuãdo priorioribus.Ber.¶ No.primò,ꝙ non dicitur quis licitè transire de canonico regulari ad monachatum.¶ No.secundò quòd illicitè transiens ad secundũ monasteriũ põt ad cor reuersus repetere primũ monasteriũ.¶ No.tertiò quòd aliquando præficere in prælatũ stat ꝓ eligere.¶ No.quartò quòd ratione delicti licet canonico regulari transire ad monachatũ.¶ No.quintò quòd si ius disposuit quẽ vltrà in loco mãsurum,intelligitur lex,nisi noua subsit causa propter quam ad aliũ locũ habeat transire.¶ No.sextò ꝙ abbas in Abbatia diciť habere curã.¶ No.ꝙ in dubio transiẽs ad monasteriũ vbi rõne delicti vel nõ delicti transire potuit, potius p̃sumitur ꝙ nõ rõne delicti:sed alia cã trãsiuerit leuitatis.vide.s̃.de renun.post translationẽ:& de or.ab epo.c.j.& quod ibi no.¶ †Op. quòd quis posit trãsire ad strictiorẽ religionẽ.vt de re.c.j.licet.So. glo.ponit plures solutiones quas sic conclude.Quandoq; quis trãsit ad strictiorẽ & est in habitu probationis tñ:& potest ad primã reuerti.[a] Quandoq; ibidem professus est:& tunc aut transiuit licẽtia nullo modo petita:& adhuc cogitur reuerti.[b] Aut trãsiuit licẽtia petita:& tunc si locus est latioris religiõis,reuerti compellitur aut est strictioris:& tunc aut transiuit leuitatis causa. i. non petita licentia.de quo etiam.s̃.in.d.c.mãdamus.xix.q.iij.vbi diciť ꝙ illud quod dicitur in.c.sanè.fuit dispensatio.idem Inno.hĩc. contrariũ tamen not.Ber.in.c.licet de regu.Et propter hoc dicunt quidam quòd locus canonicatus erat arctioris regulæ quàm monachatus. & per hoc quòd in dubio præsumitur & reuerti compellitur.hoc dicit in effectu glossa.Et inter cætera not.vnum, quòd grauior videtur regula canonicornm regularium quã monachorum. Sed obuiat quia si transiuit ad leuiorem religionem,iam apostata est, ergo non potest promoueri. tertia quæstione, quarta. capitulo beatus.Solutio,licet fuerit apostata non impeditur secũdum Inn. eius promotio post pœnitentiam.de tempo.or.c.vl.Vel dic ꝙ illicitè transiuit,& licitè redijt:quia non inuenit religionẽ quæ credebatur,

a ¶ Reuerti. Adde late Ro.cõ.cccxlj.& Lapum alleg.lxxij.&.cxxx.

ZACHARIAS. ¶ Et ratio est:qa transiisse ad aliã religionẽ non dicitur nisi facta professione in ead. vt nota. plenißimè Car.in.cle.j.in.j.op.& ibi an requiratur licentia Papæ,vel sui superioris immediatè.de reg.& trãse.ad reli.c.licet.

ZACHARIAS. b ¶ Cogiť reuerti. not.Abb.in.c. licet.j. de regu.Et dic idẽ esse si dubitať an petierit licentiam:quia ẽt tunc cogitur redire.ita not.singul. Car.in cle.j.in.ij.oppo.eod.tit.

bat: vel licet trãsiuit ad minorẽ, nõ fuit apostata: qa semp fuit sub obedientia: idẽ no. de tẽpo. ord. c. ex parte. quod no. ¶ † Op. ꝙ nõ possit reuerti ad canonicã in casu quo malè transiuit: quia si bene transiuit non põt illam repetere ergo multominus si malè, ne melioris conditionis sit delinquens quã nõ delinquẽs. Sol. intellige ꝙ reuertitur ad canonicam si canonici ipsum repetãt: aliàs non cogit canonica ipsum recipere ex quò malè transiuit: quia eo ipso ꝙ trãsiuit puniẽdus est. de transla. præla. c. licet. de renun. c. ex trãsmissa. & c. ꝙ indubijs. dicit Host. quòd de mente canonis est quòd canonicus regularis nunquã possit fieri monachus. excepto casu ĩ. de iurepa. c. ex literis. & hoc statuit Vrbanus, in fauorẽ sui ordinis: tamẽ istud dictum hodie non videtur procedere per. c. sanè ĩ. de reg. xxj. q. j. & ij. per totũ. Non ob. xix. qõ. ij. c. duæ sunt quod põt intelligi quo ad hunc casum qñ de inspiratione fit fides, fortè per miraculũ vel signum. de hæreti. c. cùm ex iniuncto de renuntiatio. c. nisi. §. verum. Anto. de but.

SVMMARIVM.

1 *Ordinatus si non habet beneficium, potest, ordinantem cõpellere ad prouidẽdum de beneficio & eius successorem. 3. 4.*
2 *Clausula consueta in literis apponi habetur pro apposita.*
5 *Successor non obligatur ex facto prædecessoris in delictis: secus in alijs.*
6 *Examinatus semel: an debeat iterum examinari?*
7 *Papa si mandat prouideri in aliqua ecclesiarum diœcesis: an possit prouideri in ecclesia cathedrali?*
8 *Clausula prouideat, in aliqua ecclesiarum talis diœcesis, an comprehẽdat ecclesias ciuitatis?*
9 *Processus in beneficialibus quomodo fiat?*
Litis contestatio, an requiratur in beneficialibus?

CAP. XIII.

Accepimus. Ordinatus ad sacros sine titulo, ab ordinatore iustè petit beneficium, nisi post ordinationẽ reddiderit se indignũ. hoc dicit. Cõmunis diuisio. Secunda ibi: licet igitur. ¶ Casus literalis. Episcopus bracharen. quosdã clericos promouit ad sacros sine certo titulo. clerici isti impetrauerũt literas super sua ꝓuisione contra Episcopũ Bracharen. ad quosdam executores. Eps, quando citabatur ab eis exceptiones proponebat contra ipsos clericos: sed ipsi eas admittere nollebãt vnde petijt super hoc prouideri. Vnde papa rescribit ei dicens: licet in ordinationibus clericorũ, tam ipse quã antecessores ipsius eandem diligẽtiã debuerint adhibere, vt minus idoneos non ordinarent. vnde secundũ hoc contra illos exceptionem opponere non possunt, nisi fortè post promotionem reddiderint se indignos. Tamen Papa ex abundanti qñ scribit, pro talibus facit apponi in literi suis si ordinatus pro quo scribit, sit ecclesiastico beneficio nõ indignus. Vnde licet Papa sine aliqua examinatiõe possit illũ cõpellere ad prouisionẽ illorũ quos ipse vel antecessores sui ad ordines receperunt: tamen non debet grauiter sustinere si illos faciat per allios examinari quos non credit sine examinatione ordinatos fuisse antè, quam ipsum compellat ad prouisionem illorũ. Mandat ergo eidẽ quatenus prouideat illis pro quibus literas suas recepit in forma cõi, in maiori ecclesia vel in alijs diœcesi. Bracharenẽ. & exceptiones quas contra ipsos duxerit proponendas ꝑcepit audiẽdas. Ber. ¶ † No. primò ꝙ ordinatus ad sacros sine titulo acquirit sola ordinatione contra ordinatorẽ obligationẽ, vt eũ cõpellat ad prouidendum de beneficio. Et no. ꝙ ista obligatio non solũ cõpetit cõtra ordinãtẽ sed etiã contra ecclesiam. ¶ Nota. secundò ꝙ ordinatus tenetur de habilitate promoti inquirere, nec eũ debet si inhabilis inueniat ordinare. ¶ No. tertiò ꝙ de rigore iuris ordinans indignũ & inhabilẽ, nõ põt opponere contra eũ de indignitate antiqua sed de noua. De æqtate tñ in petitionẽ beneficij admittitur, etiã ad opponẽdũ de antiqua ¶ † No. quartò ꝙ clausula in literis apponi consueta semper subintelligitur.[a] ad hoc. de rescri. c. cãm. & c. ij. & c. cùm oporteat. de accu. ¶ † No. quintò quòd obligatio ad prouidendũ de beneficio sine titulo ordinato nõ est personalis tm̃ contra ordinantem sed, etiam contra successorem eius: quia competit contra ecclesiã. ¶ No. sextò quòd examinatus potest iteratò examinari[b] quãdo est suspitio de indignitate, & maximè qñ aliqd petit. ¶ Nota septimò quòdforma iustitiæ appellatur forma communis & quòd in beneficialibus forma iustitiæ non solum compellitur pro uidere in ecclesia propria Episcopus, sed etiam cõpellitur & potest prouidere in alia ecclesia suæ diœcesis. ¶ Op. primò innuit ꝙ probatus ad ordinẽ: probatus videtur ad beneficium cõsequendum. contra. xij. di. c. nos consuetudinẽ. & de elec. c. scriptũ. gl. non soluit: dic quòd approbatus in vno consecutiuo ad id, & in minori de rigore videtur approbatus. vt hic: sed in separato vel maiori non: vt ibi. ¶ Opp. secundò quòd tex. contradicat? quia dicit quod exceptio non debet admitti quando ipse examinauit: & tñ posteà admittitur: vt patet in fi. Sol. dicit gl. quando examinauit per se, exceptio non admittitur. qñ per aliũ: vt per Archi. bene admittitur. ita dicit glo. hoc contra tex. qui loquitur qñ fuit examinatus ab eo. Vel secundò dic concludendo ꝙ non admittitur Eps ordinans opponens vt in prin. Sed datò quòd opponere non possit, nihilominus superior mandat ex officio inquiri, & inquirens ex officio debet supplere ne promoueat inhabilẽ & indignũ: & sic gl. debet hìc intelligi. & bene dicit. Alij quòd non auditur de iure, sed bene de gratia admittitur: vt hìc, & hoc tenuit Hostiẽ. hìc. qui dixit id quod nota. in. c. fuisse factum de gratia. Et si quæris quare plus in hoc faueatur ordinanti quã ordinato. dic quòd plus imputat clerico. qui de facto suo certus esse debet de rescri. c. ab excommunicato. & ex eo quòd nõ pandit crimen suum: de corpo. viti. c. exposuisti. Episcopus autem posset ignorantiam allegare. ff. pro suo. l. fin. Secundò ꝙ Papa non debet esse contentus examinatione Episcopi. vnde põt & debet ipsum examinare. ex quo ab episcopo petit bñficiũ: quãquã Eps taceret & negligeret. de exce. c. exceptionẽ. ideò põt de eo, qđ facere põt sine clerici iniuria gratiã facere Epõ, qa nemini facit iniuriã qui vtit iure suo. de elec. c. cùm ecclesia. de quo eo. ti. in sum. Hæc vera quando vult opponere cõtra beneficiandũ de defectu personæ. de qualitate verò & quantitate beneficij semper admittitur de præben. c. cũ secũdũ. Hìc tñ habes ꝙ omni casu quo episcopus ab opponendo repellit: per hoc tamen non deficit officium iudicis: imò habebit potestatem inquirendi. de collu. det. c. ij. de ele. c. cũ nobis. ij. q. vij. c. quærendum. ff. de postulan. l. quos ꝓhibet ĩ. de appel. c. cõstitnt⁹. ff. de adul. l. ij §. si publico. ff. de pe. hære. l. fi. ¶ † Nũquid autem si vnus Episcopus mandat alteri quòd ordinet, an teneatur mandans prouidere? Innocen. dicit quòd non: etiam si ordinans non est sufficiens. alleg. ix. q. ij. c. Episcopum. In cõtrarium alleg. Hosti. quod videtur fecisse qui per alium facit. de sent. excom. c. mulieres. sed de hoc dic vt ĩ. de prẹb. c. si Episcopus. li. vj. qa si mandat de certa persona tenetur sibi prouidere: aliàs non. ¶ † Oppo. quod. culpa precessoris non noceat sussessori. de rebus. ecclesi.

a ¶ Subintelligitur. Adde limitandum ꝙ hoc est verũ, nisi resulet falsa latinitas: quia tunc propter defectũ falsæ latinitatis rescriptũ esset vitiosum: ita limitat Ro. consi. cccvj. in vltimis verbis.

ZACHARIAS. ¶ Adde hic no. esse plenius examinatũ per istũ in. c. cùm M. ferrariensis. nu. 5. & ibi in apostil. ad ipsum tam antiquis, q̃ meis in apostil. in ver. sicut cõsueuit. ĩ. de constitu.

Anto. Francis. ¶ An & qñ falsa latinitas ẽt per subauditũ itellectũ vitiet rescriptum: vide in. l. Imperator. ff. de statu. homi. & per Bald. in l. eã quã. in. ij. col. C. de fideicom. & habeẽ per glo. & doc. in. c. forus de verb. sig. Dicas tñ ꝙ talis falsa latinitas siue grãmatica vitiat rescriptum papæ, si tale vitiũ est euidens. secus aũt si põt saluari p figuras grãmaticę vel si vitiũ est dubium: vt plenè tracta. in. c. ad audientiã. de rescript. & idẽ dicas si eẽt leuis error secundũ gl. & doct. in. c. ex pte. de fide istru. & an vitiet instrumẽtũ, testm̃, vl' sñiam hr̃ p Bar. in. l. Plautius. ff. de au. & ar. leg. & p glo. Bald. & doc. in. l. ij. C. de sen. expericu. reci.

SEBAS. A PIA. b ¶ Subintelligitur. Vide latè p do. Ia, in. l. vt liberis. C. de collatio. & in. l. certi condictio. §. si. nũmos. ff. si cer. pe. latè p Feli. ĩ. c. cum M. ferrarieñ. colũ. iij. cũ seq. ĩ. de consti. & And. siculũ in. c. ꝙ trãslationẽ col. v. cum seq. de offi. leg.

c ¶ Interato examinari. Adde latè Ol. cõsi. xviij.

ZACHARIAS. ¶ Limitato præ. di. nisi talis examinatio esset cõmissa cõsciẽtiæ alicui⁹ qa tunc nõ posset retractare, ita no. Rota dec. ccccxviij inci. Fui. dubitatũ. &c. in. no.

Anto. Francis. ¶ Circa hoc an qui semel fuit examinatus possit iterũ examinari. Dicas ꝙ semel electus ad curã animarũ qui fuit examinatus si postea eligatur ad aliã curã põt iterũ examinari vt voluit glo. in. c. in genesi. de elec. & no. Inn. in. c. cũ venerabilis. de excep. & Io. an. in. c. fi. de pur. cano. & Spe. in tit. de iurepa. super rub. & vide Innoc. in. c. cũ in magistrũ. de electio. imò is cui cõmittit examinatio, si male approbat punit, et si cõscientiæ suæ examinatio cõmittat vt no. Io. and. in. c. nihil. de ele. & habet in. c. scriptũ eo. tit. & in. c. cùm secundũ apostolũ de præben.

ZACHARIAS.

a ¶ Nõ obligat successorẽ. dic hoc esse indistinctè verũ in successore ecclesiastico, vt no. Bal. in. l. qcũꝗ col. ij. ver. sciastũ. C. de bo. q lib. & i. c. j. col. j. ver. & ad de qđ no. q su. te. ĩ vsi. feu. In successore verò ad dignitatẽ vel officiũ seculare & in alio ꝗ in ecclesiastico nõ ꝓcedit indistĩctè de quo dic vt p Iac. rebu. in. l. ꝓuidẽdũ. nu j. & ibi in apostila. Cels. ad ipm. C. de decurio. li. x. eũdẽ in. l. semel. n. iij. & ibi et in ijsdẽ apostil. C. de apo. pub. eo. li. x. plenissimè p Dy. i reg. is q ĩ ius. & ibi in addit. iij. Anto. Francis.

¶ De culpa prædecessoris an noceat successori. Dicas ꝙ absolutè loquẽdo, siue simus indignitatibus ecclesiasticis, siue simus in alijs secularib⁹ culpa vni⁹ non debet alteri nocere, qui nõ potest remouere vel corrigere illã culpã: quia culpa facientis aliqd non imputat ei q non põt emẽdare: sed tñ ei qui pt emẽdare & negligit: vt est tex. in. c. facientis. lxxxvj. distin. & ideò culpa subditorũ imputatur platis negligẽtibus: vt in. c. inferiorũ. ea distinct. lxxxvj. sed si prædecessor in dignitate aliqd fecit culposè & actus sit cõsũmat⁹, illa culpa respectu actus

nõ alie. c. Epi. de preca. c. ij. Sol. prędecessor in a alienationib⁹ nõ obligat successorẽ, ᵃnec in delictis. de exe. c. cũ venerabilis. sed ex facto prædecessoris bene obligatur successor in his in q bus suus obligatur prædecessor: nã si mendicaret ordinatus cederet in opproprium cleri. de quo remittit Hosti. s. de renũ. c. ad supplicatio 6 nẽ. ¶ † Opp. cũ gl. ꝙ semel examinatus ᵇiterab tò nõ examinetur. j. de offi. leg. c. licet. Sol. dicit gl. ꝙ examinatus iteratò debet examinari super nouiter superuenientibus. Super antiquis aũt existentibus dic quòd quidã dicũt ꝙ examinatus iteratò examinari debet, ne promoueat indign⁹ cõtra publicã vtilitatẽ: vnde negligẽtia prioris examinatoris nõ debet facere ꝙ idign⁹ ꝓmoueat, & ad hoc tenet superior. de ele. c. nihil est. dic quòd si nihil noui petit, examinatus examinari nõ debet. Si aũt aliqd noui: petit iteratò examinari debet: saltẽ de æqtate ne cõtingat beneficiũ cõtra vtilitatẽ publicã & animarũ periculũ cõmitti indigno & inhabili: Dic concludẽdo totũ, si quæris an admittat exceptio contra ordinatũ vt repellatur à beneficio consequendo: dic ꝙ si opponitur nouus defectus, & quilibet admittit: & rõ quia nõ est qđ imputetur ordinanti. Si opponitur antiqu⁹ defectus & indignitas: aut defectus qui opponit est talis propter quẽ quãquã sit quo ad ordinẽ semel approbatus respectu certi beneficij: reddit tñ ipsum inhabilẽ quo ad beneficiũ ad qđ promoueri petit: cũ sit beneficiũ requirẽs maiorẽ idoneitatẽ eò in quo semel est approbatus & dicendũ est ꝙ ipse idẽ qui semel approbauit põt admitti. arg. eorũ quæ no. gl. præcedẽs. & iurũ ibi allegatorũ. Ad hoc faciunt no. hîc per Host. qui dicit ꝙ vbi de qualitate beneficij opponitur quilibet est admittendus: q a intelligẽdũ est eius dictũ: vt. s. Si verò nõ est beneficiũ requirens maiorẽ idoneitatẽ, tunc si quæris an ex officio ipsam admittat, & inquirat inquirẽs vel alius promouẽs, vel promoueri mãdãs. dic ꝙ sic. arg. c. cũ nobis olim. de elec. & in. c. ij. de collu. dete. Si quæritur an ipse possit opponere qui ordinauit per aliũ: & tunc aut mãdauit ordinari certã personã: & ipse nõ admittitur nisi vt j. qñ per seipm ordinauit. Aut mãdauit de incerta persona, & tunc bene admittitur. ar. c. si Eps. de præbẽ. lib. vj. & quod ibi no. Si ordinauit ipse, & tunc si ad præsentationẽ alterius qui habet examinare vt quãdo ad Archidiaconũ spectat. de offi. archi. ad hæc. & tunc põt excipere: vt hic & punitur Archi. xxiiij. di. c. quãdo. Quãdoꝗ ordinauit per se. s. alio nõ presentante. & tunc dic si qris an successor admittere possit vel oponere. & dic ꝙ sic. Si aũt videt, idẽ, & dic ꝙ nõ de iure secũdũ quosdã, etiam si postea ad notitiã eius deuenit dũmodò id, pri⁹ per examinationem scire potuerit. de clãde. de spõ. c. fi. Alij ꝙ semper de æquitate admittitur ne indignus promoueatur. de rescri. c. cũ adeò & isti diuinant. Hoc verũ qñ opponitur crimẽ secus si irregularitatem vel illiteraturã præce-

cõsummati nõ posset imputari successori: sed si esset actus reiterabilis bene posset sibi nocere, tanꝗ esset in noua culpa, & sic teneretur ex propria culpa si non emendaret cũ posset iuxta ea q habent in. c. sæpe. de rest. spo. culpa em̃ caret qui et scit, sed nõ põt ꝓhibere vt in regula. culpa caret. ff. de re. iur. tenet tñ mẽti ꝙ ille qui vtit opera malorũ dicit esse in culpa. vt est no. gl. insti. de obli. q ex quasi d elicto. nascũ. in. §. itẽ si exercitor. & eo dẽ mõ ille q conuersatur cũ imperitis. ff. ad. l. aq. in l. qua actiõe. in. §. fi. cũ. l. seq. Et ad. de ꝙ in culpa est q facit, quod facere nõ debet, & eodẽ mõ q omittit qđ facere debet. l. culpa. & l. qui nõ facit. ff. de regu. iur. & in regula fine culpa & ibi plenè p Io. an. in merc. de reg. iu. li. vj. & eodẽ mõ q facit loco & tpe incongruis. l. si putator & l. item si obstetrix. & in. l. qui fouea s. ff. ad. l. aquil. Itẽ est in culpa q modũ excedit. l. itẽ q ritur. §. Idẽ Iulianus. ff. loca. & l. sed & si quẽ. cũꝗ. in. §. fi. ff. ad l. aql. & eodẽ mõ q ignorat id quod facere debet. l. idẽ iuris. in. §. fi. ff. ad legẽ Aquil. & l. si seruus communis ff. de fur.

dentem, vel sequentẽ examinationẽ opponãt: quia nõ admittitur, sed cogitur ꝓuidere. de tẽpo. ordi. c. vel nõ est. quia talis de facili dispensationẽ obtinebit. de filijs presby. c. veniens. & c. proposuit. Nõ ob. si dicatur ꝙ delictũ prędecessoris non noceat successori, & sic successor nõ debet obligari. quia est speciale hoc casu vt successor obligetur sed: dic ꝙ hæc obligatio nõ surgit ex delicto, sed surgit ex æquitate, qua inducitur quod opprobriũ est: quod in opprobriũ cleri mẽdicare cogat clericus in sortẽ dñi 7 assumptus. ¶ † Quæro an per illã formã qua mandatur prouideri in aliqua ecclesiarũ diœcesis possit prouideri in ecclesia cathedrali: glo. hîc dicit ꝙ sic: vt hîc: fatetur tñ ꝙ nõ poterit ꝓuideri in aliqua prælatura: sed hoc videtur falsum in. c. quãuis. de præbẽ. lib. vj. Sol. cõtrariũ loquitur in literis gratiæ. hîc qñ mandatur in forma iustitiæ: quia venit executiuè ad obligationẽ, quæ principaliter respicit ecclesiam cathedralem: ideò regulariter regulatur secundũ naturam præcedẽtis obligationis. Vñ in gl. ibi: *cathedrali*. hoc verũ quando mandatur prouideri in forma iustitiæ: quia mãdatũ intelligit secũdũ formã prioris obligationis surgẽtis ex ordinatione, quæ simpliciter se extendit ad ecclesiam ordinantis. de præbendis. capitulo cũ secundũ. vbi autẽ mandatur prouideri in forma gratiæ: dic vt de præben. c. quãuis. libro. vj. 8 ¶ † Quæro qđ si dicat prouideas in aliqua ecclesiarum diœcesis bononien. an poterit prouidere in aliqua ecclesia ciuitatis. Gl. dicit quòd non quia per clausulam illã nõ cõprehendũtur ecclesiæ ciuitatis. s. de rescri. c. rodulphus. No. gl. quę extẽdit illud. c. ad beneficia. & vide doc. de offi. or. c. j. & gl. de re. permu. c. vno. li. vj. Et per illã posset dici ꝙ gl. nostra ꝓcedit in literis gratiæ: secus in literis iustitiæ. & sic debeat intelligi gl. nostra ¶ Quæro quid est dicere promouere ad titulũ: dicit Io. an. i. ad nomen alicuius ecclesiæ vel beneficij. De hoc nomine titulus de elec. c. dudum. ij. de offi. archipres. c. fi. 9 ¶ † Quæro de modo procedendi in beneficialibus. dicit Inno. ꝙ ꝓceditur summariè, & nõ c exigitur litis contestatio, ᶜnec ꝙ libellus detur in scriptis, sed sufficit quòd impetrãs dicat executori: Domine supplico vt exequamini mãdatum vobis iniunctum: & si nihil opponatur procedet secundum formam rescript. de rescri. c. si quãdo. & c. cũ dilecta. de præbẽ. c. pro illorum. & idem si friuola exceptio opponatur. de præbẽ. c. dilectus. iij. de cõcess. præbend. c. cùm nostris. S verò aliquid opponatur rationabile illud examinãbitur: & executio suspendetur. de rescrip. c. constitutus. de appellationibus capitulo dilectus. sed & super receptione proposita prius lis contestabitur. de renuntiatione. c. veniens. & de hoc plenè in sum. de exceptio. §. quando. sub. §. hæc de dilatorijs. versiculo penultimo & vltimo. & per Roffredum. in libello ti. an plures pbẽdæ. §. & primò videamus. & p Cõpo. s. de rescri. c. mãdatũ. Io. Host. in loco præalle

SEB. SAPIA.

b ¶ Semel examinatus. Nunqd ãt examinatus & approbatus in licentia doctorat⁹ possit in examine, doctoratus reprobari. vide Abba. in. c. cũ secundũ apostolũ. col. iiij. de præbend. & an approbatus in rectorẽ studij possit in examine reprobari. ponit do. Abbas in. c. cũ venerabilis in fi. de exceptio.

c ¶ Litis contesta. Adde do. de Rota deci. suis de lit. contesta.

prælegato dicit ꝙ si agatur ex iure ante rescriptũ, debet lis cõtestari: quia tunc iudex nõ est merus executor, sed ꝓ iudice habetur: ideò lis cõtestanda. alleg. de pbẽ. c. cũ cãm. c. dilecto. & c. cũiã dudũ vbi fuit lis contestata. vbi aũt in literis ius creatur, ille executor appellaṫ. vnde põt ꝓcedere lite nõ contesta. de rescri. c. ad aures. & . c. constitutus. & de præben. c. cùm secundùm & . dicto. capi. dilectus. & capitulo. pro illorum. & capitulo vacante. & de conces. præben. c. proposuit. & multa alia in quibus patet quòd in beneficialibus lis non contestatur. Vnde cõcludit ꝙ cũ nõ sit oĩno rescriptũ contentiosum: tunc rescriptũ dicitur executoriũ qñ ius creatur in rescripto, & hic assumit naturã executoris quod nõ exigitur lit. cõte. in hoc aũt assumit naturã cõtentiosi ꝙ legitimę executiones oĩno sunt admittẽdæ. vt hic & in. c. veniẽs. s̃. de renũ. & de rescrip. c. constitutus. & de offi. deleg. c. ex parte. qđ nõ facit alius merus executor. & hoc placet. Quod est contra practicã executorũ, qui nullam volũt admittere exceptionẽ: & dicunt ꝙ ad hoc nõ arctanṫ ad admittendas eas. Nec ob. ꝙ tales non debeãt admittere nisi notorias vt patet ex no. de rescrip. c. cũ contingat. quia ibi loquiṫ de alio executore: vt ibi dixi. ¶ Vltimò per literã ibi: *non credimus. &c.* Dicit Host. ꝙ nõ est verisimile ꝙ aliqs Eṗs violet canones licet qñq; secus faciat. de tẽp. ord. c. vel non est. & est arg. pro iudice p̃sumi. de quo de renũ. c. in præsentia. & ibi no. de hoc. Itẽ ꝙ oĩa præsumanṫ solẽniter acta. ff. de proba. l. ab ea parte. in fi. quod not. quia dicit ꝙ in extraiudicialiter gestis per modũ potestatis. præsumiṫ super tit. vide quod no. de eo qui fur. or. rece. c. fi. per Inn. de acc. c. super his. & de dolo. & cõtuma. c. cùm dilectus. & de elec. c. innotuit.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos incontinenti quòd assumptus est ad ordinem sacerdotalem, tenetur dicere officium.*

CAP. XI.

Cvm sit ars. Minus idoneus ad sacerdotium promoueri, vel ad regimẽ animarũ assumi nõ debet. h. d. In prin. & in. fi. ponit cãm statuti. Secũdò ponit statutũ ibi: *districte.* Tertiò pœnã cõminaṫ ibi qñ ¶ Casus literalis. Præcipit Papa vt Eṗi diligẽter instruãt. & ĩformẽt illos quos ꝓmouẽt ad sacerdotiũ ꝑ se vel ꝑ alios viros idoneos sup diuinis officijs & ecclesiasticis sacramẽtis. quod si decætero rudes & ignaros ꝓmouerit, & ordinatores & ordinati grauiter puniãṫ: qm̃ meli⁹ est paucos bonos quam multos malos habere ministros. Ber. ¶ Not. j. ꝙ est ars artiũ regimẽ animarum. ¶ No. secũdò ꝙ Eṗi debent esse diligẽtes ꝑ se vel alios vt informẽt ꝓmouẽdos ad ordines in sñia ministrãdorũ ordinũ & diuinorum officiorũ. ¶ 1 † Nota. tertiò arguẽtũ ꝙ eo quòd aliquis est sacerdos. i. in sacro ordine cõstitutus, arctaṫ scire & cõsequẽter dicere diuinũ officũ. ¶ No. quartò ꝙ ignorantia de facili cõprehẽdiṫ, seu depꝛehẽdiṫ. s. examinatiõe. ¶ No. tex. ibi: *sanctius.* cõtra multitudinẽ ignorantiũ sacerdotũ: & est argumentũ ꝙ melius est habere paucos intelligentes scholares quã multos & ignorantes. Itẽ no. quòd constito de ignorantia & indignitate promoti simul constat de dilecto promouentis. ¶ Vltimò. no. illã authoritatẽ. Si cæcus. Opp. ꝙ non Eṗs sed Archidiacon⁹ habet examinare: vt patet de offi. archi. c. ad hæc. Sol. examinationẽ bene facit Archidiacon⁹ vt ibi: sed in instructionem facit solus Eṗs. Per hoc dicit Inn. quòd non excusatur Eṗs ab hac instructione licet ibi Archidiaconus examinauerit: quãquàm posset dicit quòd hæc decre. ꝓcederet quãdo in ecclesia non est Archidiaconus per quæ dicit quòd si examinatur quis de speciali mandato alterius quòd examinans prouidere nõ tenetur sed mandans: secus si ex officio. de quo. s̃. c. proximo. Melius videṫ dicendum quòd hæc distinctio non habet locum quo ad prouisionem ecclesiæ quæ nunquàm prouidere debet nisi digno. Sed datò quòd sit indignus ei prouidendo, nunquid est licitum quòd secundum distinctionem prædictam puniatur ordinans: dic vt no. in dicta decre. ad hæc. & in sum. de scru. §. quando. versi. cùm quælibet. vbi Hosti. videtur tenere quòd propter examinationem factam per Archidiaconum non excusetur Episco. à pœna promouentis indignum: quia Episcopus si velit examinare potest, vel saltem examinationi interesse. & sic quia sua interest; ideò punit si indignũ examinet. de elect. c. nihil. vnde dicit quòd valet dicere tex. expressum pro illis qui dicunt Episcopum excusari à pœna. ¶ Quæro de ratione quare est ars artiũ regimẽ ecclesiarũ? gl. dicit quòd aliæ artes ordinantur in finem corporis. xij. q. j. c. ꝑcipimus. ista autẽ ordinaṫ in finẽ aĩæ. ¶ Secundò qro an offensa indignitate promoti simul cõcludaṫ indignitas & delictũ ꝓmouẽtis? gl. dicit ꝙ sic. lxxxj. di. c. tãtis daniel. & hoc quia nõ põt ignorare p̃latus vitã subditi. de re iu. c. quãuis. hoc restringit verũ qñ examinat ꝑ se, secus si ꝑ aliũ. allegat de offi. arch. c. ad hæc. Host. contrà. ꝑ illa quæ dixi. s̃. tex. debet enĩ considerare ꝑsonã cui cõmittiṫ: si aliàs reputatur habilis fidelis & bon⁹. ita ꝙ Eṗo aliqua non possint imputari pro negligẽtia vel culpa in cõmittẽdo excusaṫ: ꝓ hoc facit gl. in. c ad hæc. j. de offi. arc. si nõ põt imputari ꝙ in dubio p̃sumo nisi aliud pateat, excuseṫ nã põt esse ꝙ cõmittens nõ fuerit in culpa. vt. l. denũtiasse. §. quæriṫ. de adul. & ꝓ tãto dicit ꝑ illã legẽ, ꝙ sñia vel ꝓbatio facta cũ ordinato non parit plenũ præiudicium ordinanti, siue per se siue per aliũ ordinauerit, secundũ eum. ¶ Vltimò ꝓpter principiũ decretistæ hic insistunt in laudationibus scientiarũ canonistæ laudãt se hic. Dialectici ẽt laudant suã dicentes ꝙ sine ea scientia alia pfecta haberi nõ põt. Grãmatici ꝙ illa est principiũ & fundamẽtũ aliarũ sciẽtiarũ. Legistæ dicũt quòd sanctissima est ciuilis scĩa quæ ꝓtio nũmario &c. ff. de vari. & extraor. cogn. l. j. proinde. a veritas est[a] ꝙ suprema est sñia, lex diuina, à qua nõ excluditur canonica nec humana. De ciuili probaṫ. C. de lõ. tẽp. p̃scri. l. fi. in auṫ. de consuli. ante fi. coll. iij. xvj. q. ij. c. fi. & in auṫ. vt nõ luxurie. contra naturẽ. j. rñ. col. vj. & quatuor consilia approbat & sacras scripturas. in auṫ. de ecclesia. tit. §. j. coḻ. ix. & in auṫ. qũo oporteat eṗos. §. sancimus. colla. j. ꝑ que iura arguit Ho. de mente legis esse ꝙ de mortali pc̃ õ vel periculo aĩæ, vel ecclesiastico negotio rõne rei vel personæ recurrendũ est semper ad canonẽ & ecclesiasticũ iudicẽ ad hoc vt in auṫ. vt cle. apud. ꝓ. eṗos. §. si verò ecclesiasticũ. & . C. de sum. trinita. l. fi. De canone planũ est quòd lex est diuina: vt de iura. cal. c. j. ꝑ quẽ cõcludit has duas leges fore necessarias ad regimẽ eccl. Dei differũt tam⁹ quia ciuilis principaliter tractat. de tẽporalib⁹. Theologia principaliter de aĩa. Canonica cõiter de vtroq;: & vna excedit aliã ex qualitate subiecti. remittit ad no. de sum. tri c. j. §. hæc sancta. ¶ Vltimò no. vltimam glo. cõtra verbosos. Anto. de but.

ADD. B. SAPIA.

a ¶ Veritas est. vide quæ no. Moderni in. c. cleric. j. de indici. vbi dispu tãt quis præferri debeat an doctor iuris canonici an ciuilis, an verò theologus: & qd de medicis.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus priuatur propter omnimodum defectum scientiæ. 4. quid de alijs priuatis. vide nu. 5.*

2 *Ignorantia circa scientiã literalẽ præsumitur ex eo, quod probatur quòd aliquis non habuit libros, & quòd nũquã intrauit scholas, vel doctorẽ audiuit.*

3 *Episcopus si priuatur, remanet habitus officij & charater.*

6 *Scholaris si ante, quã iret ad studium habuerit beneficium, & posteà reuertatur ignarus, an posit illo beneficio priuari?*

Feudum datum vasallo tanquàm idoneus: si posteà inueniatur improbus, non potest illo priuari.

CAP. VI.

Qvanquam. Defect⁹ sciētiæ deijcit iam promotū.h.d. In prima ponit causam sniæ. In secunda tenorem sniæ. Secūda ibi: *Ipsum.* ¶ Casus literalis. Quidam electus fuit in Epm Calineñ. & consecratus. postmodū coram Papa multa fuerūt proposita cōtra ipsum, vt tanquā indignus amoueretur: ipse tñ fuit confessus corā papa q nūquā audiuit grāmaticā: nec etiā legisset donatum: & quia per euidentiā facti constitit adeo de ipsius illiteratura q cōtra deum esset tm̄ in Epo sustinere defectū, ipsum remouit ab executione pontificalis officij. & ab administratione ecclesiæ Calineñ. Ber. ¶ † No. j. q defectus sciētiæ est legitima causa deponendi quē ab Epatu.[a] & datur defectus sciētiæ quādo ne scit grāmaticā. ¶ † Not. secundò q scia apprehendit nisi doceatur ab alio: vel legerit libros[b] ad scientiā pertinentes: & sic est contra illos qui discere volunt sine doctore, & sine libris. Et ex hoc collige prācticā deponendi quem ignarū scia: quia sufficit quòd testes dicāt quòd nūquā legerit libros sciæ, nec vnquā intrauerit scholas, vel doctorē audiuerit. ¶ Not. iij. hîc apertè negatiuā trāsire in notoriū, & priuatiuā euidēter & notoriè cōstare posse negatiuè seu priuatiuè. scilicet insufficientiā per electionem librorū. ¶ † No. iiij. quòd pōt quis Eps suspēdi ab executione officij remanente habitu officij & charactere. ¶ No. quòd suspēsus ab executione officij vel bñficij nō est priuatus administratione bñficij, nisi actualiter priuet. vide s. eo. c. cū bonæ. & est cōtra opi. Inno. qui dicit perpetuò suspēsum priuatum bñficio, adeò q vacat vt ibi dixi. ¶ No. v. q negatiua pbabit p cōfessionē. ¶ No. q qd duplici respectu pōt esse notoriū p cōfessionē & euidētiā facti. & sic notoriū dispositiōis & notoriū pbatiōis pñt ī simul cōcurrere. ¶ † Quæro de illo q ignorat grāmaticā, ex vsu tñ pfectè loquit: si sit pmotus ad dignitatem epalē vel aliā, an deponat? Io. de deo. xij. q. vj. aliās. lj. q. xvj. tenet q si aliās est vtilis nō deponet. Et rñder ad hoc q alia cōtra istū opponebant: vt hîc ad hoc q sciēs mētē iuris[d] nō sniam tolleræt. xxxviij. di. c. sedulo. Item qa legē seruātes & nesciētes vbi sunt leges. xix. qō. ij. c. duę sunt. ad hoc. ff. de le. l. scire leges. & de cōse. di. ij. c. prima quidē. Itē supplere pñt p alios. de offi. or. c. inter cætera. q ēt de defectu sciētiæ loquit ppter. c. qd dicebat coadiutorē sibi dare posse. vij. q. j. c. nō āt. & c. qa. de cle. ægro. c. ex parte. Ad iura q possent in cōtrariū adduci. xxv. di. c. vnū. § nūc āt. viij. q. j. c. qualis. lxj. dist. c. statuimus. rñdet q loquunt in pmouēdis. ¶ † Quæro qd de Abbate q nescit grammaticā, an possit deponi. videt q sic. xlvij. dist. c. de petro. arg. cōtra. xvj. q. j. placuit. lxxiiij. di. c. Eporum. s. eo. c. tutā. xxxviij. di. c. sedulo. dic q nō denet si aliter sit perit⁹ in regula. & discretus p quā suū officiū est limitatū, qd nō cōtingit in Epo, cui⁹ officiū latè patet. de offi. vica. c. fi. vñ maiorē discretio ī ipsi⁹ psona reqrēda secūdū do. Idē de Deo. & qa poterit addiscere ī monasterio. de renū. c. post trāslationē. & si nō poterit addiscere, dabit eo adiutor. ad hoc. qa plus ī his exigit industria quā literatura. ne cle. vel mo. c. multa. Item olim Abbates erant laici xciij. dist in. c. à subdiacono. sufficit ergo sibi q sit prudēs & peruigil sup gregē suū. viij. q. j. c. dilectissimi. & vide qd dico de simo. c. per tuas super. j. gl. propter insufficientiā. ¶ † Quid de Epo qui redeūti de studio cui cōtēplatiōe sciētiæ quā sperabat in eo, & in hoc ecclesiæ suffragari ei contulit pbendā: an si posteà repertū sit illū ignarū possit posteà auferre pbendā? Bar. in. q. dñicali.[f] xx. q nō pōt auferre, dūmō sciat officiū. allegat. xxxviij. dist. c. qñ. & c. q ipsis. & c. seq. Inducit etiam materiā regulæ. q semel. de reg. iur. lib. v. Io. an. remittit ad Specu. super rub. de pbē. ad si. vbi tractauit similē qōnem, & hanc. Quid deo qui contulit vasalo feudū, credēs, q esset probus vir, & repertus est q nō est probus? & cōcludit idē, quia cā nō expressa sed in mente cōcepta nō regulat contractū: & sic non pōt retractare contractū: C. de condi. ob. cām. l. si repetendi. & l. fi. C. de trāsac. Ad hoc. quia non licet alicui venire cōtra factū pprīū & c. ff. de adop. l. post mortē. vbi de hoc. & qa ab initio examinare debuit. de electi. c. nihil. dicit tñ Gof. q extraordinario iudicio restitutionis iuuari posset ecclesia: quia vtitur iure minoris & reipublicæ. C. de sac. sanc. ec. l. vlt. & de in inte. rest. c. j. ¶ Quæro an grammatica sit scia pietatis? dic q nō. pōt tñ ad vitā proficere si fuerit ad bonos vsus assumpta. xxxvij. dist. c. si quis artē nouerit grammaticam. secundū Ia.

De sacra unctione *Rubrica.*

¶ Quia ex ordinandis & pficiendis aliqui inungunt viso de illis, de sacra vnctione videamus. Gof. de hac materia. xcv. dist. per totū & de conse. disti. v. in prin. De vnctione chrismatis. vide de consuetu. c. quantò. De episcopali. de offi. ord. c. qd sedē. de consecratio. ecclesiæ vel arta. c. cùm sis. De extrema vnctione. de ver. sig. c. quæsiuit. & in cle. j. de priuile. de vnctione Imperatoris. in clem. romoni. de iureiuran. in prin. & ver. nos itaq.

SVMMARIVM.

1 *Solennitas quæ requiritur in aliquo facto, requiritur etiam in aditiōe, vel suppletione, quæ fit ad illud factum.*
Testis repetitus debet iteratò iurare.
2 *Cōsecratio Episcopi quō fiat. vide j. § proxi. in prin.*
3 *Vnctio est duplex, & quis sit eius effectus.*
4 *Sacramentum matrimonij an imprimat gratiam?*
5 *Chrisma & confirmatio in fronte conferuntur per solos Episcopos.*
6 *Columba semptem habet proprietates.*

CAP. I.

Cvm venisset. Literalē casum in summa ponit gl. summariè h.d. Ecclesia græcorū ordinationibus & cōsecrationibus seruare debet Vnctiones, quas seruat ecclesia romana. Eps autem cùm consecratur inungitur chrismate in capite & manibus, quod si fuerit prætermissum per tres Episcopos est supplendum. h.d. diuitur in duas in prima instruit ecclesiam grecorū circa materiā vnctiōis. Secūdò rñdet ad qōnē prīcipalē: Secūda ibi: *licet Roma.* in fin. prima subdiuidit in tres principales. ij. ibi: Scire tertia ibi: *Mouemus.* Legam per partes ponendo casum

---

ZACHARIAS.

a Ab Episcopatu. Ita no. Felin. in c. quādo. col. xj. versi. dum glo. hîc dicit. s. de rescript.

b ¶ Libros. Adde q Old. consi. lxxxiiij. concludit q expedit habere multos libros.

ZACHARIAS.

¶ Adde q hoc dicit præalle. Oldr. consi. quo. s. de doctoribus quos multos libros habere expedit sec⁹ aūt in scholarib⁹. Idē not. Car. i cle. j. xviij. no. de magist. & Ioan. bap. de caciali. in suo tracta. quem modum studendi denominauit Antonius. Franc.

¶ Dicas circa hoc q & doctoribus & scholarib⁹ multi sunt libri necessarij: quinimò dixit gl. in. l. nepos porculo. ff. de verbo. sig. q libri nō sunt auferēdi scholaribus, sicut nec arma auferenda sunt militi: & propterea in obligatione gñali omniū bonorum nō venirent libri doctoris vel scholaris. vt in. l. obligatione generali. ff. de pignor. imò dicit Spe. in pœ. operis sui in vers cæterū. q libros faciendi & conscribendi, nullus est finis. fatendum tñ est q maiori numero librorū debet esse fulcit⁹ doctor q scholaris: & ita debet intelligi quod dixit Ol. in consi. hîc alle. & do. Card. in cle j. de magi. & vide Bar. in. l. librorum. in prin. ff. de leg. iij. qui dixit q appellatiōe librorum legaliū veniunt etiam summa Azo. & Rofre. & dicit Bar. in. l. supellectili. ff. de supe. leg. quòd libri veniunt appellatiōe supellectilis Dicas tamē q alij sunt lib. necessarij sacerdotib⁹. & alij alijs: vt habet in. c. qs Episcopus. xxiij. distinctione.

SEB. SAPIA.

c ¶ Ad scientiam. Vide Car. in cle. ij. ī pri. in. xvj. no. de magi. vbi dicit q parū valet scholari absq; libris, & refert versiculum illū. Haurit aquā cribo qui discere vult sine libro. & subijcit q expedit scholarē paucis libris vacare, vt cōmendet memoriæ ea q sunt opportuna. doctor aūt eget multis libris.

SEB. SAPIA.

d ¶ Mentem iuris. Vide Mode. in. l. certi iuris. C. de iudi. vbi ponūt q illiteratus pōt esse ptās, dūmodo habeat experiētiam causarū. & ibi latè quō debeat ferre sententias.

e ¶ Redeundi. Ad. de alias. q. p Ro. consilio. cccc xvij. vbi reprobat dictū Io. And. loco hîc allegato.

SEB. SAPIA.

f ¶ Qōne dñicali. Vide similē qōnem quam ponit Bar. in. l. cū quid. in fi. ff. si cer. peta. vbi ponit de scholari, cui cùm fuisset reuersus à studio Abbas sancti petri dedit certū fundum ad fruendū. cū aūt iuit in palatium nesciuit quid diceret, & detecta est ignorantia sua vtrū Abbas possit repetere illum fundum.

do casum,& excipiẽdo dicta doc.& gl.¶ Casus est.Quidã Eps grę cus accedẽs ad apl'icam sedẽ cõfessus fuit ꝙ ordinatus fuerat & con secratus absq; aliqua vnctione:ꝑpter q̃ papa considerans ipm̃ non rite ordinatũ,eò ꝙ apud ecclesiam romanã põtifices absq; vnctio ne consecrari nõ solẽt,mãdauit hoc suppleri per Epm̃ Albanẽ.asi stentibus duobus Epis:vt.s.caput & manus ei inũgerent:hîc est ca sus primæ partis.¶ No.j.ꝙ in consecrationibus faciẽdis attẽdi de bet in mõ & in forma cõsecrãdi:& in similibus cõsuetudo eccle.ro manæ.¶ Secũdò,ꝙ non valet consuetudo irrita,& in forma cõse- crãdi,& in sacralibus,ꝑ quã detrahit formæ ab ecclesia institutæ ẽt si magna pars gentiũ aliã formã receperit.¶ Tertiò no.vnũ sub stantiale inconsecratione Epi,quia exigit vnctio capitis & manuũ ¶ Quartò no.ꝙde forma cõsecrationis est ꝙ in cõsecrãdo põtifi- ce ad sint tres Epi & vn⁹ principaliter cõsecret,& alij asisistãt cõse

1 crãti.¶ † Quintò no.ꝙ illa quæ exigunt in principali cõsecrãdo exigunt in eo quod deest supplẽdo.Facit ꝙ si data sit ptãs notario ex volũtate contrahentiũ, vt posit aliqd addere & supplere ad in strm̃,ꝙ illa solẽnitas exigat q̃ in prĩcipali instro. Et ꝙ si testis velit aliquid addere ad primũ dictũ, vel supplere in casu quo p̃t.de res. c.prætereà.ꝙ illa solẽnitas exigat iuramẽti quæ exigit in primo di cto.Et ꝙ si aliquis vult addere vel supplere libello:ꝙ ad additionẽ

a debeat citari pars sicut ad libelli cõstructionẽ.ᵃgl.sunt claræ. ¶ In tex.ibi:&c.j.Quæro primò pro literæ declaratione,quare subiun- gat tñ capitulũ:sup.h.d.Ho.ꝙ facit hoc ad declarãdũ ꝙ cõsuetudo gręcorũ erronea erat vt facili⁹ pareat monitioni.de qua j.& ad vti litatẽ multorũ voluit tractatũ vnctionis plenius explicare secũdũ Host.qui per hoc arguit ꝙ magister nõ est culpãdus sed cõmendã dus,si ad vtilitatem multorũ multa loqtur. ad quod.§.ti.j.,c.cũ sit ars.& est sile.de renũ.c.nisi.de præbẽ.c.dilecto.vt ecclesi.benefi.c.

2 vno.¶ † Secundò quæro an indistinctẽ oĩa omissa suppleantur in ordinibus,vel suppleri posint?dicit hîc ꝙ quædã sunt substantia lia,quæ si omittãtur nihil agitur vt ponere librũ super ceruicẽ con secrãdi.xxiij.dist.c.Eps.secundũ Gof.ad quod.lxxv.di.c.ꝙ die . sed secũdũ Tac.cautũ est ꝙ in illis nil temere asseram⁹.Itẽ numer⁹ cõ- secrãtiũ vt ad min⁹ sint tres.lxv.di.c.si forte,de tẽpo.or.c.si Archi episcop⁹.&.c.seq.& hîc.Itẽ ꝙ vn⁹ Eps totã bñdictionẽ ꝑficiat. xx- iij.di.c.quorũdam.de conse.di.ij.c.quia.xxiiij.q.j.loquitur.& talia si omittant nihil agitur:ideò suppletio nihil operatur: qa ordina- tio fuit nulla.Quædã sunt solẽnia necessariò,tp̃s:ętas:man⁹ impo sitio.& in talib⁹ aut dispẽsat in executiõe vt in ætate & tp̃e. de tẽ. or.cõsultatiõi.vbi de hoc:aut supplent vt hîc.j.ti.j.&.c.fi. Quædã dubia an sint solẽnia vel non,ita ꝙ faciant sacramentum nullum: vt missa,ieiuniũ:& in quibus canones magistri videntur aliâs di- screpare, & tenendum ꝙ certius est ,vt fiat iteratio.de bap. c.ij.de cle.ꝑ sal.ꝑmo.c.vno.Quędã quæ in cõsecratiõe exigunt quę sunt leuia:vt tangere vel nõ tãgere ostiũ,vel cãpanam,vel traditionem candelabri,vel calicis:& nõ probatur si ad cautelã & taliũ fiat sup- pletio.v.dist.ad ei⁹ verò.ff.mutuã,vñ dicit ꝙ cùm hæc potisimè ꝑ canones statuãt,& canõistę dubitant, miramur qũo theologus audeat ista diffinire.de quo remittit ad summã.e.ti.§.quo & quali.

Scire. Hîc incipit ponere tractatum consecrationis.Et primò tractat de consecratio ne & vnctiõe Episcopi vsque ad vers. *vnde in veteri.* ibi incipit tractare de vnctione Regis ponẽdo dif- ferentiam inter vnctionem Episcopi & vnctionẽ Regis:& quæ significet diuersitas vnctionum. Ter tiò tractat de secramento baptismi.ibi:*quia verò Christus*.tractat de Christianorum vnctione vsq; ad versi.*vngitur præterea*.ibi tractat de consecratione altaris.vsque ibi:*monemus*.ibi vltimò mandat tẽ- poralia à græcis seruari vsque ibi:*licet romanus*.ibi tollit dubiũ cir- ca baculũ pastoralẽ vsque in finẽ decre.¶ Venio ad primã.& in ea casus fit ꝑ diuisiõe.Quærebat Patriarcha priò quotuplex vnctio interueniat in actu cõsecratiõis Epi.Secũdò scire vellẽ qd est qli- bet species vnctiõis.Tertiò scire vellem quæ materia exigatur in consecratione,& quid illa materia significet spiritualiter & intel- lectualiter.Quartò in quo loco Eps & põtifex iniũgant:& qd mẽ taliter & itellectualiter significet talis vnctio ad talia loca.Ad pri

3 mũ rñd.† ꝙ duplex est vnctio.quædã est materialis,quædam intel lectualis,& iuisibilis,& visibilis,extrinseca ,& intrinseca.Vnctio mr̃alis corporalis visibilis& extrinseca est illa ꝑ quã vngit corp⁹.Secũda itel lectualis quæ ꝑ illã significat est illa ꝑ quã aĩa vngit.primã ꝓbat authoritate apl'i:secundã ꝓ bat authoritate Io.apl'i.Ad secũdũ qd est quæ libet spẽs vnctionis in substãtia.dic ꝙ exterior & visibilis est signũ interioris inuisibilis:sed in terior est substãtię sacrm̃.& sic nõ ẽ signũ ad,si gnificãdũ aliud:sed ẽ signũ ad significãdũ seipm̃ & est substãtia sacri q̃ tollit penes aĩæ vnctio nẽ.& ex hoc surgit effectus sacramẽti:quia agit vel auget quod designat sacramẽtũ.Ad tertiũ rñdet papa,ꝙ materia vnctiõis extrinsecæ est oleũ bñdictũ:ex eo cũ balsamo cõficit chrisma mystica rõne,& est illud oleũ catecuminorũ. i.nouiter ad fidẽ istructorũ, & ifirmi vngunt. Ad incidẽter inqsitũ qd significat.Dicit pa .ꝙ ꝑ oleũ designat nitor consciæ.adducit exẽplũ de virginib⁹ prudẽtib⁹ cũ lãpadib⁹.ꝑ balsamũ odor bonæ famæ.adducit illud sicut balsamũ aromotizãs &c.& hoc oleũ non solũ lauare d; corp⁹ extrisecè:sed significat lauatũ cor . & ex hac mixta materia significat in Epo vnũ extri secè . aliud intrinsecè.primũ ꝑ balsamum dicit habere odorẽ bonæ famæ: & d; ẽt habere in- teri⁹ nitorẽ cõsciẽtię ad significãdũ ꝙ iterius debet esse quilibet eps pur⁹ cõscia:& exterius etiam debet secundũ puritatẽ cõsciæ habere ni torẽ bonæ famæ : vt ꝓcaueat extrinsecus opa ri illa ex qb⁹ scãdalũ malæ famæ surgat contra eũ:& hoc ꝓbat authoritatib⁹.Ad quartũ iquo loco vngatur eps.dic ꝙ in capite & in manib⁹: & caput ad signãdũ mẽtẽ:quia ꝑ caput mẽs in- telligit:alleg . authoritatẽ euãgelij.ꝑ vnctionẽ manuũ designat opatiões quæ debẽt nitere & splẽdere.vt operet bonũ ad oẽs & pietatẽ &c. Si quæritur quare caput vngit chrismate,& o- leo man⁹ vngunt:dic ꝙ oleo vngunt man⁹,ad notãdas operationes debere esse pias aduersus oẽs:iõ oleo pietatis vngit. Vngit caput balsa- mo,ad significãdũ charitatẽ:quia liquor chari tatis est:quia principaliter debet esse in dilectiõe dei & ꝓximi.Itẽ secũda cã vngit caput balsal- mo,& manus oleo.vt ꝑ vnctionẽ capitis oñda tur authoritas & dignitas epalis:ꝑ man⁹ ãt mi nisteriũ & on⁹:vt ꝑ primũ ostẽdat caput xp̃i:ꝑ secũdũ ostẽdat quali in manibus habet ptãtẽ bñdicẽdi & cõsecrãdi:qd ꝑ; ex orone quæ dici tur in aliquo cõsecrãdo.hîc est casus.Lego lite rã oĩa sunt ĩ casu declarata.Habes.j.quotuplex est species vnctiõis.ij.hẽs quid est in se qlibet vnctio.tertiò de quo liquore & materia fit vn ctio in Epo, & quid ꝑ tales liquores designat. quartò habes vbi & in quo loco Eps vngatur & quid significet talis vnctio tã ĩ liquioris di-

4 uersitate quã in loci separatiõe.¶ † No.ꝙ re- rũ qdã sunt signa & corporalia & visibilia:quę dã sunt inuisibilia & incorporalia:q designant & declarãtur ꝑ corporalia & visibilia.¶ Secũ dò habes ꝙ signũ & significatũ nõ sunt idẽ, & ꝙ substãtia poti⁹ in significato quã in signan- te adest.¶ Tertiò nota,quid balsamus & quid oleum significet.¶ Quartò not.quòd Episco- pus debet laborare erga duo.ad puritatẽ cõsciẽ tiæ primò:secundò ad odorẽ bonæ famæ cor rñdẽtẽ puritati cõsciẽtiæ,vt ꝑ hoc trahat alios ad bene operandum.¶ Quintò no. ꝙ in sacra scriptura vbi fit mentio de capite,hẽs qd signi

SEB. SAPIA.

a ¶ Ad libelli con- structionẽ. Vide tñ contrariũ sen tientẽ Bal. in aut. hodie.C.de iur.ca lum.vbi dicit ꝙ si testes aliquid ad- diderũt primo di cto nõ debet pars iterum citari,tñ il lud procedit qñ declarauerunt di ctum suum,secus si addiderũt:vt la tè per Marsilium bono.in.l.j.si quis vltro.col.xj.ff.de quæstio. vide tñ Bar.sciente cõtra riũ in.l.ab execu- tore.col.pe.ver.q̃ ro qñ sit ista inter pretatio.ff. de ap pel

a ZACHARIAS. ¶ Vnctionis illius. Tu vide per Cardi. in cle. j. q. ix. & x. de extre. vnc. & ibi per Laudu. & Io. and. in c. veniens. de pres. non bap.
b ¶ Anto. Fran. ¶ Gratiã imprimat. An in sacramēto matrimonij cōferat̃ gratia videas gl. in. c. quicquid. j. q. j. dixit ꝙ nō. & ꝓpterea in eo licitè interuenit pecunia: de quo vide per. d. Car. in rub. de sponsali. & vide gl. in. c. veniens. de ꝑsbyt. non bap. vbi tenet istã partē ꝙ non conferat̃ grã. & idem etiã videt̃ tenere glo. in. c. pe. q ma. accu. poss. & vide bonã gl. quòd nō cōferat̃ grã spūssancti in matrimonio. in ca. honorantur. xxxij. q. ij. tñ pōt dici ꝙ in exercitio actus mr̃imonialis qui solū fieret ad explendãdã libidinē non cōferat̃ gratia: sed inquãtū ipm mr̃imonium est institutū ꝓpter filiorū ꝓcreationē & in remediū cōcupiscentiæ. vt in. c. his ita. xxij. q. ij. & attento quòd fuit institutū in statu gratię añ peccatū vt per bea. Tho. in iiij. di. xxvj. ar. iiij. & arti. viij. potest dici ꝙ in eo confe ratur grã. de quo vltra gl. q̃ hîc alle. quæ optima est in ꝓposito in. c. cū in ecclesiæ corpore. de simo. vide ibi Ioã. de ana. cōcordantē opi. in hoc an per matrimoniū cōferat̃ aliqua gratia, & eò magis quia matrimoniū est de iure naturali: vt dixit beat. Tho. in. iiij. di. xxvj. art. j. & ĩ sum. contra gētiles. libro. iiij. qō. cxxij. & vide bea. Th. ij. ij. q. cliij. ar. ij. & ĩ pal. lib. cōtra gētiles. q. cxxvj. vbi dicit ꝙ actus matrimonij est actus meritori⁹. & ĩ. q. ciiij. art. ij. & ĩ iij. di. cxxvj. ar. iij. & di. xxxj. ar. v. & vj. vbi ēt dicit ꝙ ē sacramētū necessariū. & vide eundē in. d. li. cōtra gētiles. q. lxxviij. tñ q̃uis sit maximū sacramentū, non est excellentius virginitate: & vide beatū Tho. ij. ij. q. cliij. arti. iiij. tene tamen menti quòd licet (vt dictū est) matrimoniū sit de iure naturali, illud est verum quo ad substantiã, nō aũt quo ad formã quia respectu formæ est de iure positiuo, vt est gl. in. l. ius ciuile. ff. de iust. & iu. & quòd matrimoniū sit sacramentū. vide glo. etiã in. c. veniēs de trãsac. & in. c. quanto. & in. c. gaudemus. de diuor. & per bea. tho. in. iiij. distin. xxvj. & quæ habeat bona in se matrimonium: vide per beat. tho. in iiij. dist. xxxj. ar. j. ij. & iij.

c SEB. SAPIA. ¶ Onera matrimonij. An sit matrimoniū interueniēte pecunia. vide do. Abba. & Io. de ana. in. c. fi. j. de secun. nup.

ficet, & quid vbi fit mētio de manibus, quia caput mentē: manus operationes significãt extrĩsecas. ¶ Vlti. no. hîc apertissimū text. ꝙ Eps in actu cōsecrationis recipit illa q̃ sunt ordinis in ꝑtāte, de quo de ele. c. trãsmissam. ¶ Quæro. j. qd est visibilis vnctio: dicūt doc. ꝙ nihil aliud est quã castitas & donū spūssancti aïæ impressum, sicut character corporalis imprimit̃ corpori, & talis impressio nōpōt fieri nisi in baptizato, cū baptismus sit ianua oĩm sacramētorū de ꝑsbytero nō bapti. c. veniēs. post characterē aũt īdebiliter aïæ impressum recipiunt̃ oïa sacra: ita ꝙ ēt post degradationē remanet character. nã secūdū Aug. ĩ dãnatis baptizatis qdã remanēt, per q̃ ab alijs discernūtur de diuor. c. quãtò. de scis. c. j. de or. ab epo. c. j. nã & si character corpori sit imp̄ssus deleri nō pōt: imò qui illud ĩtenderet, illud augeret: forti⁹ illud ĩ spūali, secūdū Ho. Nunc qd aũt corporalia sacra quę dant̃ ab exteriori vnctione q̃ corpori fit, pereant cū corpore. no. j. q. j. corporalia. ¶ Quæro quid cōprehēdat̃ hic appellatione ordinis: qa dicit ꝙ cordi imprimit̃ inuisibilis: dic ꝙ aïa cōprehēdit̃. q̃ secūdum diuersa sua officia diuersi modè noïatur. nã dū sentit aïa: sensus appellat̃, dū rōe agit rō appellat̃: dū qd cōmemorat mēs dicit̃: anim⁹ aũt dicit̃ dū cogitat. ¶ Quæro qa hîc agit̃ de extrema vnctiōe incidēter, quis sit effectus vnctionis illius? [a] dic quòd institutū fuit ex duplici causa quo ad corpus sanandum & animã saluandã qa purgat venialia & si nihil inuenit purgãdū, ꝓdest ad maiorē cōstãtiã. de cōse. di. v. c. j. secūdū Hug. ¶ Quero quo respectu ĩuisibilis vnctio sit signū & sit sacramētū? declarat hîc Inn. j. qa ĩgerit ꝓpter exteriorē vnctionē characterē in aïa. & hoc respectu est signū. & facit ꝓ hoc aliud venire ĩ eius notitiã secūdū gratiam aïæ infusam. Hic eñ character ĩpressus aïæ est sacramētū, quia facit qd̕ significat. nã ꝓter id quod designat. s. grãæ infusionē est etiam ipsius grãæ infusionis cã: vnde sequit̃ hîc ꝙ si dignè sumit̃ &c. vide quod no. de cele. mis. c. cū mart. & j. in ꝓxi. ti. ¶ Quæro quare dicitur sacramētū? Dicit Host. ꝙ ideò, quia mentē sacrat, sanctificat: purificat & venit Deo, de bap. c. debitū. Vel dic ꝙ dicit̃ sacramētū qa character est impressus animæ gratiam cōferēs & sic aliquid sacrū. ¶ † Sed est dubiū nō modicū an sacramētū mr̃imonij gratiã imprimat. [b] Aliqui dicunt ꝙ non: quia in ea pecunia interuenit. de quo. lxxv. dist. c. qm̃. §. j. & c. j. & c. quod à ptib⁹. & c. se. j. q. j. c. multę. & c. multi. xxx. q. v. c. afr. Itē alia cã. quia etiã est inter ĩfideles. in quibus gratia nō imprimit̃. de diuor. c. quãto. & ipsis nō confert̃ gratia. j. quæstione. j. capitu. multæ. & c. si quis inquit. Hos. refert hîc theologos dicere ꝙ si fideles vacent oratiōibus & ea intentione qua debent cōtrahãt, ꝙ aliãs se ad gratiã recipiendã habilitēt, aliqua dat̃ in sacramento matrimonij gratia. citi⁹ eñ dat deus prolem: carnis pruritū minus sentiūt. Prouerbiorum ix. in fi. aquæ furtiuæ dulciores sunt, & panis absconditus suauior. fortiores reddunt̃ ad fidē sibi jnuicem seruãdã: magis abundant in tēporalibus & diuitijs: & cōsolatius viuunt. ad quod Thobiæ. vj. & viij. per totū. & inter eos opus carnis absq; pc̃ō perficitur. per quod fatēdū est in matrimonio aliquã gratiã cōferēdi contra triplicē inordinationē: cōtra cōcupiscētiã: quia cōcupiscētia inclina, ad multas mulieres: sed ꝑ gratiã sacramēti soli vni vult coniungit & inde oritur bonū fidei. Secunda quia inclinat ad solã delectationē, sed gratia sacri inclinat ad prolē: inde orit̃ bonū prolis. Tertia inordinatio cōcupiscentiæ, quia post impletionē fastidiū generat: inde luxuriosus q̃rit aliã. Sed in sacro dat̃ grã vt semp velit esse cū vna & sic orit̃ bonū sacri. Nec ob. ꝙ cōtrahit̃ pecunia mediãte: quia illud tolerat̃ ꝓpter onera mr̃imonij. [c] de vsuris. salubriter. c. qa frustra. qa poti⁹ ordinat̃ ad carnalitatē. s. post susceptionē ꝙ ad spūalitatē. Si aũt ꝓ benedictiōe reciperet pretiū, esset simonia. de simo. c. cū eccle. & vide qd̕ ibi no. nec est de esse mr̃imonij. Ad id qd̕ dicit̃ ꝙ ĩfidelib⁹ ē cōe. Respōdet̃ ꝙ illud nō est ex defectu sacri, sed ĩcapacitate eorum: ac si existens in pc̃ō recipiat eucharistiam, vel fictus vel cōditiõaliter coact⁹ recipiat baptismū. de hoc vide Th. iiij. sñiarū. dis. xxvj. q. ij. arti. iij. ¶ Quæro qa litera dicit ꝙ creat & auget̃. qd agit & qd auget scr̃m. dic qa si dignè & deuotè sumat̃, creat gratiã: puta castitatē in dissoluto, & cōsequēter salutē quã quis cōseq̃ cōsueuit ꝑ gratiã vel auget ãpliãdo. s. gratiã veterē: vt si libēter eleemosinã dabat, nūc libēti⁹. & ista dicta assumptio ē maximè ĩ assumptiōe sacerdotalis ordinis digni⁹ & deuoti⁹ quã alijs attēdēda. qd̕ ēt rōne aliorū cōfert̃. j. q. j. c. si qui. §. ecce cū. ad qd̕ signãdū ĩ vnctione manuū sacerdotis cãtat ecclesiia inuocationē spiritussancti. vel expone agit in sacramēto baptismi: quia dat gratiam: auget in alijs sacramētis: quia gratiã collatã in sacramēto baptismi augumētãt alia sacramenta. ¶ Quæro quia dicit litera quòd mistica ratione liquor vnctionis fit de oleo & de balsamo mixtim, quid est hoc dicere mistica ratione? dicit hic Ioan. and. ꝙ mistica idem, est, quo, figuratiua. Ad quod declarandum secundū Hos. est sciendū quòd per quatuor sensus siue intellect⁹ scriptura sacra exponitur. per historicum: per quem res gesta ad literam recitatur. xxvj. quæst. v. c. nec mirum. per allegoricum, per quem alius ab alio sumitur intellectus: & dicitur mistica siue interpretatiua locutio, quando fit sermo mixtus. de consec. dist. iiij. c. propriè. per tropologicum. idest moralem, per quem mores ornantur: & dicitur sermo conuersus. xxxvij. dist. c. vino. de pœni. di. j. c. super tribus. Item per anagogicum, ab ana quòd est sursum, per quem ad cælestia ascedimus. de quo de conse. dis. iiij. c. ecclesia. de peni. distinct. ij. principium. Hierusalem secundum historiam est ciuitas: secundum allegoriam designat sanctam ecclesiã: secundū tropologiam quamlibet fidelem animam: secundū analogiam demonstrat curiam cælestem, & ecclesiam triumphantem. de quo. lxxvj. di. c. ieiunium. secundū Ioan. an. ¶ Quæro quid balsam⁹? dic quòd est liquor quidã, qui emanat de quibusdam arboribus siue fructibus dum putantur secundum Hostien.

Vnde in veteri. In hoc. §. tractat de vnctiōe Regū: & de differentijs in vncttione inter Reges & pontifices. ¶ Casus. Quæsiuit Patriacha à Papa. B. P. vidi de vnctione pontificum: vellem scire de vnctione Regū & cōsecratiōe. Et q̃ro de quatuor. Primò an Reges olim & hodie cōsecrent̃ & vngant̃. Secūdò hodie an vngãt reges, vbi olim vngebant̃. Tertiò dato ꝙ nō in locovngant̃ sicut Pōtifices, q̃ sit differentiæ causa quòd alibi Reges & alibi Pontifices vngantur. Papa ad primum respondet quòd in veteri testamenoto Reges consecrabantur & vngebantur: vt in libro Regum, in quo dominus præcipit Heliæ & c. ad secundum respondet quòd in regibus post aduentum Christi mutata est vnctio regum. nam Christus stans sanctus præ consortibus suis, in regem fuit vnctus in capite: quia ipse caput ecclesiæ, quæ est corpus eius. & ad hoc vt alij reges differant

a ¶ In columba. Et de hmōi colūba quę apparuit in baptismō christi videas bea. Tho. in. iij. parte summę qō. xxxix. arti. vij. vbi dixit quòd illa columba quæ sic apparuit fuit verum animal. & idem in primo sen. di. xvj. arti. iij. & iiij. & adde quò d spiritussanctus est no men diuinę personæ. secundū qđ no. in. j. parte summæ. qō. xxvj. ati. j. & in. j. sen. di. x. artic. ij. & vide eūdem insum. cōtra gentiles. li. iiij. qō. xvj. xvij. & xviij. vbi dicit quòd spiritussanct⁹ simpliciter est deus, processione autem est deus & homo. Et adde quòd spūssanctus fuit principiū actiuum in conceptione christi: vt p beat. Tho. in. iij. p te summę qō. xxxij. art. j. & in. iij. sen. di. iij. arti. j. & tamen nō potest dici pater christi: & vide eundem in ea dem. q. artic. ij. & in. iiij. sen. di. iiij. artic. ij. & in summa contra gentiles. li. iiij. Et adde quòd spūssanct⁹ semper manet in iustis per gratiā & virtutem. sed non semp per miraculorum opa tionē: vt in. c. quærendū. & in. c. potest discursus. de pœ. di. ij. Et adde φ in virtute spiritussancti & nō meritis hominum remittuntur peccata. vt in. c. vt euidēter. j. q. j. & tenementi text. in. c. audiuimus. §. vnde. xxiiij. questio. j. qui dicit quòd spiritussanctus nō habitat in cordibus superborum. & vide tex. in ca. venit sacerdos. de conse. di. iiij. qui dicit φ spiritussanctus à principio descendebat visibiliter, posteà in apostolos descēdit bis. primò quam domin⁹ insuffliauit in eos dicens: accipite spiritum sanctū &c. dando eis potestatem ligandi & absoluendi: vt habet in. d. §. vnde secundò descēdit de cæ. in ipsos apostolos in linguis igneis: vt habetur p gl. c. nouissimè. de cons. dist. v. Et adde quòd venit in apostolos simul congregatos, adde no tandum vnitatem. vt in. c. audiuimus. xxiiij. q. j. & no. per gloss. in. cùm ecclesia sutrina. de cau sa poss. & propriè. in. glos. j.

esse verum φ in dubio semper est preferēda antiquitas p tex. in. l. semp. ff de iur. immuni. & in. l. cùm quid. ff. si cer. pet. & vide tex. in. l. j. ff. de acqui. re. do. qui dicit quòd ab antiquiore semper incipiendum est. & vide text. in. §. singulorum. insti. de re. diui. & alibi dixit text. in. l. fin. §. sed quia. C. de iure deli. & in. l. vnica. in. §. & cū triplici. C. de cadu. tol. quòd non debemus esse contemptores antiquitatis. & vide tex. institu. de testa. in prin. & vide tex. in. c. ridiculū. xij. dis. qui dixit quodātiquæ leges debent obseruari: & in beneficialib⁹ antiquior cæteris paribus in ordine est preferēdus. c. j. & c. statuimus. de maior. & obe. & hinc est quòd antiquiores canonici sunt alijs præferendi. c. fi. & ibi vide multas cōcordantias in gl. fi. de consu. li. vj. & ātiquior in gradu debet in pmotiōe preferri. l. fi. ff. de offi. p fec. vr. & quādo dubitatur cui extremorū debeat applicari mediū. Dicimus φ applicaē antiqori. c. quicunq. xvj. q. j. quæ autem opinio sit magis sequenda, an opinio antiquorū doctorū: an verò nouorum. dicas φ illa est tenēda que melioribus & subtilioribus rationib⁹ fundatur: vt est gl. in. l. qui filium. §. sabinus. ff. ad treb. & not. Bart. i. l. bona fides. ff. depo. & no. in. c. capellanus. de fer. & est gloss. in. c. nemo j. di. & i. c. cùm marthę. de cel. mis. i. §. quęsiuisti. & i cle. j. de sum. tri. & vide gloss. in cap. ne innitaris. de cōsti. in dubio autē magis sequēda est op. antiquiorum quā modernorum: vt habetur in. c. sic viue. xvj. q. j. & quando opi. sunt variæ media est sequenda. vt in. c. querenti. de offic. dele. & in. l. adeò. §. cùm qs ff. de acqui. re. do. & qn opi. essent multum dubiæ: tunc recurrēdum esset ad Papā, vel Imperatorem secūdum subiectam materiam pro decisione: & tali decisioni standum est: vt est bo. tex. in. c. per venerabilem. qui fil. sint leg. & in. c. quoties. xxiij. qō. j. & in. c. omnes. & in. c. ad romanam ij. q ō. v. & in. c. multis. xvij. dist. Et vide Hostien. in. c. j. de cog. spiri. & Io.

differāt à Christo: posteà vnctio regū trāslata est à capite ad brachiū, & iniungiē in brachio, humero, vel armo. Et si quæris quare in humero: qa in talib⁹ pprie designatur principatus. iuxta illud: Factus est pricipatus super humerū eius. quod probat etiā authoritate veteris testamenti. Ad tertiū de differētiæ cā inter Pontifices quia in capite vnguntur: & Reges in hūeris, vel in armo. & quare diuerso liquore: quia pōtifices chrismate, & Reges oleo? Rñdet papa ad ostendendū differentiā. i. pōtificis authoritatē & principis ptātem. h. d. ¶ No. secūdū Hosti. φ authoritas nōpēdet à ptāte sed ecōuerso ptās ab authoritate. ad qđ de mai. & obe. c. solitę. §. pterea. de reb. ecc. nō alie. c. fi. & depærogatiua ptātis ecclesiasticę ad seculare aliqd no. hîc vide qui fil. sint leg. c. per venerabilem. §. rōnibus.

Quia verò. Hic tractat de Christianorū omniū vnctione. ¶ Quæsiuit hîc patriarcha. B. P. scire velle quare hodie omnes christiani vngant. Secūdò quoties vngant. Tertiò in qbus locis vngant. Quartò de causis. quare in illis locis pl⁹, quā in alijs vngant. Ad primū papa dicit φ hodie oēs christiani vngūt. & cā est: qa quilibet christian⁹ in sanguine christi est regnū christi: iuxta dictum Petri: vos estis genus electū, regale sacerdotiū &c. secūdū dic φ quilibet christian⁹ duabus vicibus ante baptismū vngiē. Primò ante baptismū, & vngunē primò oleo benedicto in pectore. secūdò inter scapulas, post baptismū etiā his & chrismate. primò in vertice, & inde infrōte. ad quartū, quare in illis locis vngant. dicit Papa φ in pectore vngunē, vt p sancti spūs donū abijciāt errorē & ignorantiā, & suscipiāt fidē rectā: qa iustus ex fide viuit. Inter scapulas vngunē oleoante baptismū. vt spūssancti grā excutiat negligentiā & torporē, vt bonā operationē exerceāt: qa fides sine operibus mortua est. Itē altero respectuvngunē in pectore, vt p opis exercitiū fit fortitudo laborum. In scapulis, vt fides per dilectionem operet. post baptismū aūt in vertice vngunē chrismate, vt sit paratus de fide omni petenti reddere rationem. qa per caput mens intelligitur: & pars supioris mētis est ratio. inferioris sensualitas: & sic p verticē quæ est superior pars capitis intelligitur rō: q̄ superior est ps mētis. Frōte aūt vngunē, vt cōfiteātur liberè quòd credūt: quia corde creditur ad iustitiā: ore autem confessio fit ad salutem: memor ero eius, qui me cōfessus fuerit corā hominibus: confitebor ego eum &c. sed instat quærens. B. P. quare vngitur ante baptismum oleo, post baptismum autem chrismate: dicit Papa quòd chrisma cōpetit soli christiano: quia christus dicitur à chrismate: vel potius à christo dicitur chrisma, non secundum nominis formā: sed secundū fidei ratione: & christiani à christo dicuē: tāquā vncti denominātur ab vnctiōe.

Per frōtis. Hîc tractat de vnctiōe chrismatis post baptismū quę dicit confirmatio. ¶ Quærit hîc patriarcha quotuplici nomine appelletur frontis chrismatio: & quare sic appelletur. secundò à quibus detur hæc chrismatio. tertiò quid designetur per actum chrismationis seu sacramentum. Ad primum papa respondet φ appellatur frontis chrismatio: appellatur etiā cōfirmatio: quia spiritussancti in baptismo impressi daē robur. ad secundū papa rñdet. quòd licet cætera sacramenta denē ab inferiorib⁹, vt à simplici sacerdote, vel pbrō: chrisma daē à solis pōtificib⁹. & cā: qa solū apl̄is, quorum vices tenent Episcopi: legitur datum spiritum sanctum. quod patet ex actibus apostolorum &c. Ad tertiū respondet, quòd per confirmationem designatur aduentus spiritussancti. h. d. ¶ † No. j. φ chrismatio & confirmatio in fronte à solis Epis conferuntur. Et no. φ hoc habuit originē à ritu apostolorū. & p hoc vides tex. declarātē tex. s. de cōsu. c. quātò. ¶ No. ij. φ Epi tenēt locū aplorū: qđ est verū simplr: tn̄ certo respectu, secūdū doc. etiā locum apostolorum tenent monachi: vt no. xij. q. j. c. vidētes. ¶ † Quero quare spiritussanctus in christū apparuit in columba: [a] & in apl̄is in modū ignis? dic quòd apparuit supra christū in colūba, vt ipsum mā suetum & nunc precōnē ostenderet. Venit eñ nos eligere p mā suetudinē. supra discipulos autē in igne: qa in eis & alijs cōsuetudinē pc̄ti & rubiginē veniebat aceēdere. Et in colūba septē pprietates inueniuntur, quę attribuunē septē donis spiritussancti cōtra septē capitalia vitia. Caret felle, & visum recuperat: & p hoc intellect⁹ cōtra luxuriā. Nullum lædit: & p hoc pietas cōtra inuidiā. Gemitum habet p cantu. & p hoc timor contra superbiam. Iuxta fluuium moraē: & per hoc scientia contrai irā. Grano puro vescitur: & per hoc scientia contra gulam. In petra nidificat: & p hoc fortitudo contra accidam.

Vngitur præterea. Quia ista sunt clara. No. φ non semp est sequēda antiquorū opi. [b] vt patet ibi in ver. *verum.* in verbo. *antiqui aliqui.* Nō obst. de tēp. ord. literas. de resti. spo. literas. qa in dubio bn̄ est antiquis deferēdum: sed nō vbi notorius est eorū error. ad hoc. ff. ad. l. falc. §. si vsusfructus. ix. di. deniq. & c. noli. & c. negare. adde quod no. de trāsla. præla. quātò. ¶ No. φ de sacramentis nō licet aliud credere vel sentire quā doceat sancta mater ecclesia: aliàs hæresis est. de hære. c. ad abolendā. ¶ No. ex vltima parte mentē romani pontificis in priuilegijs ad consequentiā nō trahi. de quo de tēpo. ord. c. j. ¶ In. gl. pe. ibi: *cū*

b Anto. Franc. ¶ Antiquorum opi. Circa hoc de antiquitate primò dicas id

an.in.c.j.de consti.super gloss.ij. qui dicunt quòd quando sunt diuersæ opi.circa idem,æquior & humanior est tenenda,vel est consulendus Papa: & quia dictum est suprà,quòd illa opinio est eligenda & sequenda quæ melioribus rationibus est suffulta. Dicas quòd licet talem opinionē eligens excusaretur à pœna temporali:tamen si contra conscientiam illum obligaret, sibi ad gehennam ædificaret quia contra conscientiam ageret. argumēto eorum quæ notantur. in capitulo primo de re iud.lib.vj.

alio:scilicet beato Martino, q̄ fuit primus Archiepiscopus Turoñ. secundum Hostiens. Inno.dicit quòd fuit tertiꝰ:vt hic per Io.

De sacramentis non iterandis Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Sacramentum quid est, & vnde dicatur: & quot sunt sacramenta.*

2 *Character quid sit.*

3 *Sacramentorum proprietates quæ sint, & ad quid fuerunt instituta sacramenta.*

¶ Viso de sacra vnctiōe:quia sunt q̄dã sacramenta q̄ non iteranť:ne p iterationē fiat iniuria sacramēto prius collato. Qualiter aũt dicitur iniuria fieri sacramēto:vide gl.de aposta. c.ij.de cōse.di.iiij.c.ostēdiť. iō & c.vel q̄a in sacramētis quæ iteranť si vnctio fiat in eis iterať vnctio,al's no.iō &c. De materia.lxviij. di.c.presbyteri.§.quòd ergo.cum seq.j.q.vij.c. saluberrimũ.in fi.de cons.di.iiij.quij bis.&.c.seq. ¶ Cir bricã q̄ro de octo. Primò quid sit sacramentũ.[a] Secũdò vnde dicatur. Tertiò quæ & quot sint sacramēta. Quartò q̄ sunt iterabilia.& quę nõ. Quintò q̄ voluntaria & q̄ necessaria. Sextò qũo inuicē se excedãt. Septimò de ipsorum proprietatibus. Octauò ad q̄d fuerũt instituta. ¶ † Dic ad primũ secũdũ Hostien. in sum.huius titu.§.j.diffiniť secundũ Grego.,put habeť.j.q.j.c.multi.de cōse.di.ij.c.sacrificiũ.& ca.signũ. Dic ꝙ sacramētum est character quidã: q per eũ,qui potestatem habet corpori humano sapienti iuxta ritũ ecclesiasticũ visibiliter,animæ verò inuisibiliter à spiritussancto imprimitur: qui si dignè sumitur,agit vel auget absq; dubio.qđ designatur.s. ti.,pxi.c.vno.Abb.in decre.cùm marthæ. de celeb. mis.dicit ꝙ sacramentũ est corporale & materiale elemētũ foris sensibiliter ,ppositũ, & similitudinē repræsentãs,& institutionē significãs:& ex sanctificatione cōtinens inuisibilē & spũalem gratiã.Cōtra primũ facit ꝙ non in omni sacramēto imprimiť character:vt.j.diceť. ¶ Q uero secundò vñ dicať.dic ꝙ dicitur à sacris vel secretis virtutibus:vt.d.c.multi secularũ.j.q.j. vel quasi sacrans mētē: vel sacræ rei signũ. ¶ Tertiò quæro queot sunt sacramēta.[b] dic ꝙ sunt septē designata p versus: Abluo firmo,cibo, piget,vxor ordinat,vngit.Hęc sunt ecclesiæ septē sacramenta vocata. Ex istis tria sunt non iterabilia:baptismus:cōfirmatio & ordo.Versus:Fõs,ordo,chrisma:nã cætera sunt iteranda.Ratio aũt quare ista tria nõ iterantur est:quia in his character imprimitur.

2 ¶ † Videamus ergo quid sit character.[c] & dicũt quidam ꝙ est quædam passibilis qualitas animã illuminans ad videndum facilius quid sit credēdum.& q̄d operandum,& quid non. Vel melius secũdum In. & Host.est quędã qualitas dispones & habilitãs animam ad suscipien dam maiorem gratiam:que qualitas à quibusdam dicitur sanctitas,quia præparat animam ad sanctificationem.Ioan. damasce.dicitquòd character est mentis custodia, eò ꝙ inseparabiliter custodit mentem,& ipsam pręparat & habilitat ad gratiam per quam ipsa anima custoditur.secundum Inno.& Host.de baptismo super rub.&.j.c.fin. De charactere ordinis dic ꝙ est figura intellectualis indelebilis,per quam o rdinatus à non ordinato in die indicij discernetur. Alij quòd est signum spirituale

ZACHARIAS. ¶ Quid sit sacramentum. Tu dic vt per Bar.in authen. sacram enta puberum. C.si aduersus vē.& dic quòd.iiij.diffinitiones inueniuntur. prima est magistri sententiarum; sacramentum .i. est sacræ rei signum. secundũ beati Augu.de doc.christiana. sacramentum [a] est inuisibilis gratiæ visibilis forma secunda eiusdem Augustini dum ait sacramētum illud esse quod sub tegumento rerum visibilium scire eius saltem operatur.& iiij.Hugonis de sancto victore.in lib. de sacra.Sacramentum ait:est materiale elementum extrinsecus oculis suppositum,ex institutione significans,ex similitudine repræsentãs, ex sanctitate aliquam inuisibilem gratiã repsentãs.De quo [b] habes per Archi. in. c.multi. Anto.Fransci. ¶ Quid sit sacramentum.vide tex. in.c.sacrificium.de de consec.di.ij. & videbea.Tho.in.j. [c] pte summę.q. lx. ar.iij.& arti.iiij.& in.iiij.dist.j. ar.iij. vbi dicit ꝙ sacramentum est signũ vnius rei tantũ, & semper est aliquid sensibile: & quare Deus constituit sacramenta, cùm solo verbo homines saluare posset.vide no.glos. in.c. institutio.de

conse.dict.ij.in gloss.j.quæ dicit ꝙ propter tria Deus illa instituit,quæ possunt ibi videri.& quot. sint species sacramētorum vide Archi.in.c.j.super gloss.j.de conse.dist.j. Et adde quòd omnia sacramenta sunt in crucis signaculo conferenda:vt in.c.nunquid.& ibi not. de conse.dic.v. Et adde, quòd virtus sacramentorum ecclesiæ per malitiam ministrorum non violatur: quia quæ sancta sunt coinquinari non possunt vt in.c.sacramenta.& in.c.

nõne.j.q.j.Et quot sint sacramenta ecclesiæ:& quæ sint necessitatis & quæ voluntatis vide gloss.in.c. veniens.de transac.& quę fuit causa etiã illa instituendi.vide etiam gloss.in.c.remissionem.§.sed notandum.j.q.j.& glos.in c.ad abolendam.de hære.

[b] SEB. SAPIÃ. ¶ Sacramenta. Vide Car.in cle.j.§.nos.de iureiuran. & in cle.j.i.ij.q.de priui.& quot sunt necessaria sacramēta,ponit idē Cardina.in clemē.dudũ. de sepultu. Antõ.Fran.

indelebile & distinctum, & spiritualis potestas ad aliquid sacrum. Dant simile theologi in bello. nam ibi est signũ omnibus commune:& quia militia est vita hominis super terram.Iob.vij.sic poniť. de pœni.di.ij.c.si enim inquit.sic quilibet christianus habet in hac militia commune signum.s.baptismum,qui facit eum habilem ad alia sacramenta. Est [c] autem in eo signum distinctum : quia per eum distinguitur ab infidelibus inhabilibus ad gratiam & reliqua sacramenta. sunt etiam in bello aliqui plus parati ad resistednum & pugnamdum: & isti habent suum signum vel vexillum : tale est signum repræsentatum per confirmationem in fronte, per quam roboratur non solùm ad pugnandum pro salute propria contra concupiscentias quæ remanent post baptismum.de conse.di.iiij.c.ij. & di.v.c.ij.sed etiam ad constantem confessionem nominis christi & defensionem fidei : vnde in primitiua ecclesia eligebantur aliqui ad publicè manendũ in loco persecutionis alijs occultè manentibus:vt patet in legenda sancti Sebastiani.sunt aliqui qui habent alios regere,vt duces belli,& illi solent habere speciale vexillum:& tale est quod imprimitur in ordine,per quod fit aliquis habilis ad alios regendos & sacramenta ministrãda. ¶ Quartò quæro quæ sacramenta sint necessaria & quæ voluntaria vide de transac.c.veniens.in prima gl.per quæ dãtur versus: Ordo voluntatis chorus est dare quinq; necesse.s. baptismus:confirmatio:penitentia:corpus christi:& vltima vnctio.de quo tamen dicetur in.d.c.veniens per quæ patet ꝙ ordo & matrimonium sunt voluntatis:reliqua necessitatis:quod est dicere volens ordinari vel vxorari bene potest esse in statu salutis: sed reliqui quinq; contemni non possunt. ¶ Quæro quomodo ista sacramenta se inuicem excedant? not.de conse.di.ij.c.nihil.xcv.di.c.ecce.dãtur versus. maior in effectu baptismus,corpus in esse. Coniugium signo maiori chrisma ministro. Sed vltra ibi not.& per Hostien.hic in summa, dic quòd etiam sacramentum ordinis dicitur maius respectu regiminis:quia.s.per illud ecclesia regitur.&habent alia quæ per illud conficiuntur& conferuutur. pœnitentia enim dicitur maius respectu reparationis:quia sola post baptismum habet reparare. Extrema vnctio respectu confirmationis:quia dignè sumpta dat cōsummationem gratiæ.s.titul.j.in princ.xxv.di.c. qualis.

3 ¶ † Sextò quæ sunt sacramentorum proprietates? dic quòd baptismus est introeuntium. xxxij. di.v.c.præter hæc.§.verum. Cōfirmatio dicitur pugnantium.de conse.di.v.c.spiritussanctus. corpus christi dicitur progredientium.xxxj.q.vj.qui recedunt. Pœnitentia dicitur redeuntium qui pugnaerunt.de pœni.d.ij.Extrema vnctio recedentium. xcv.di.§.sed istud.&.c.illud. matrimonium verò & ordo sunt voluntatis.vt est dictum. & primum.c. presby.sacramentum timentium.xxxiij.q.v.qui sit tit.secundum est sacramentnm alios regentium.j.q. j.c.si qu.§.ecce cùm honoris. ¶ Vltimò quæro ad quid fuerunt instituta? dic ,ppter tria:propter humiliationem.vt dum homo rebus sensibilibus & inferioribus se subijcit reuerenter ex hoc amplius apud Deum mereatur.xj.q.iij.c.quid ergo.Item propter eruditionem:vt per id quod foris i n specie visibili cernit ad cognoscendum inuisibilem sacramentorum virtutem erudiatur :de conse.distinctione.ij.c. perlatum.s.ti.proxi.c.vno.in prin.Itē propter exercitaio-

¶ Quid sit character.vide per bea. Tho.in.iiij.di.iiij. q.j.artic.j.& in tertia parte summæ, q.lxiij.articu.ij.& iiij.& vide glos.in clemen.in plerisq; de elec.& vide bonum tex.in.c.cùm quidam.j.qō.j.qui dicit, quòd est signum impressum animæ p receptionem sacramenti. & quis imprimat talem characterē in anima Deus vel ecclesia: aut minister conferens. Inno.in.c.j.de bapti. tenet ꝙ solus Deꝰ imprimat. Beatus Thomas in tertia parte summæ.q. lxiij.articu.iij.& in iiij.distin.iiij. quæstione.j.articu.iiij. dicit quòd imprimitur à tota trinitate. Et adde quòd in quolibet ordine imprimitur. character.vt not.Archidia.in capit.j. xxj.dist.&xxxij. distinc.in sum.& in quibus sacramētis imprimat character.vide beatum Tho.in.d.q.lxiij. articu.j.& iiij.& in quæstio.xxiij. articulo.ij. Et ad de quòd characterem imprimunt etiã mali ministri. id est Deus per eorum ministerium imprimit. quãuis ipsi sint mali:vt in c.quomodo exaudiuit Deus.de consecratio. distincti. iiij.quod est verũ: si tamen seruetur forma ecclesiæ. vt ibi. Et adde quòd charact er cōfirmationis & baptismi non sunt idem. vt per beat. Tho.in.iiij.distinc.vij.q.ij.articu.j. Et tene menti quòd charactere semel recepto non potest quis renuntiare.vt in.c.quæris. & in.c.paruuli. de conse.dist.iiij.& no.in.c.maiores.§.item quia.de bap.& ideò dixit glo. in dicta cle.in plerisq;.de elec.quòd character impressus nunquam tollitur: & bea.Thomas in.d.q.lxiij.arti.v.& in.iij.dist.iiij.artic.iij.dicit quòd character est indelebilis.

ercitaio-

ercitationē vt vitetur ociū.de renū.c.nisi cùm pridē.§.verū.& quodibi no.

CAP. I.

PAstoralis. In ordinato in subdiaconum sine manuum impositione:& confirmato in fronte non chrismatis sed olei vnctione nō fit iteratio,sed supplebitur prætermissum.Sunt duæ partes. Secunda ibi: *ad quod*. prima subdiuiditur.Secunda ibi:*& si*.¶ Casus literalis.quidam fuit promotus ad ordinē subdiaconatus sine manus impositione.quæsitum fuit an permitti debeat cùm debeat ministrare in tali ordine.Item quidā per errorem fuit vnctus oleo cùm debeat perungi chrismate.Quæritur vtrum sacramentum confirmationis deberet in eo iterari.Ad hoc respondet Papa ꝙ in talibus non est aliquid iterandum,sed supplendū quod incautè fuerat pretermissum.Ber.¶ No.j.ꝙ in ordinatione subdiaconi de solennitate exigitur manus impositio.secundò ꝙ in confirmatione in fronte interueniant duo.s.oleum & liquor.¶ Vltimò no.summarium .no.differētiam fore inter suppletionem,& totalem iterationem.¶ Opp.ꝙ non sufficienter respondeat ad quæsita, & sic nos dimittat in obscuro contra id. de consti.c.si.So.dicit glos.ꝙ non videtur respōdere ad quæsitum an ordinatus in subdiaconū absq; manuum impositione debeat impediri ne ministret.sed dicit glo. ꝙ antequā isto suppleantur ministrare non debet.liij.di.c.solicitudo.& satis respondet cùm dicit ista suppleri:quia nihil dicitur actū cùm aliquid superest ad agendum.vij.qō.j.illud.c.ad filla.l.pe. Idē tenent Innoc.& Hostien.recitant tamen quosdam tenere contra: quia manus impositio non est de substantia,præcipuè in subdiacono.ad quod facit quod not.j.eo.c.si.post prin. Ad. c.solicitudo.respon.ꝙ loquitur de promoto per saltum,qui ordinis omissi nō habet characterem:primum est verius. ¶ Opp.ꝙ subdiaconus non recipiat manus impositionem.xxiij.dist.c.subdiaconus.dic quędā est manus impositio consecratoria,& hæc non datur subdiacono vt hîc.lxix.dist.quoniā.j.q.c.manus.vbi habetur de multiplici manus impositione.& plenius per Hostien.in sum.huius titu.§.& qualiter.Dic secundum doc.in minoribus vt recipiant manum benedictoriam & non consecratoriam.Vel secundò dic ad contrarium secundum Inno.ꝙ vera litera hîc habet diaconatus,& sic hîc agitur de ordine diaconatus.Vel secundum Hostien.illud.c.subdiaconus.procedit secundum antiqua tempora secundum quæ non erat sacer.hîc secundum moderna.& hoc no.Ioan.v.q.vj.c. quia iuxta. Vnde si bene inspicis hæc decre.&.c.miramur.j.de ser.non or.sunt eiusdem auctoris.per quæ patet ꝙ factæ fuerunt postquā subdiaconatus ordo fuit sacer.Dicit tamen ꝙ illud.c.quia iuxta.posset intelligi de diacono.ad proximam lec.facit de cl.peregri.c.j.dicit tamen Hosti.ꝙ consuetudo romanæ curiæ approbat primam expositionē.quia Papa quando subdiaconum ordinat non imponit manum.& quādiu hoc seruauerit & nos seruare debemus:tamen imponere manū non est malum ad cautelam.ff.mand.l.qui mutuam. de sen.excom.c.venerabili.Ioan.¶ Quæro quid si manus presbyteri quæ debent vngi oleo,vngantur chrismate?dicit Host.ꝙ non iterabitur vnctio:quia in chrismate est oleum.s.titu.proxi.c.vno.§. ad exhibendum.& quia prope est eadem vsia.ff.de contrahen.emp. l.in venditionibus.Peccaret tamen Episcopus qui faceret hoc sciēter,& qui reciperet:& est simile quod not.de extrema vnctione si fiat ī chrismate.xcv.dist .presbyteros.§.sed istud.¶ Quero an quādo suppletur vnctio omissa,vel manus impositio,sit aliqua oratio repetenda.dicit Hostiē.ꝙ diciturtunc qñ fit manus impositio,oratio quæ dici solet in vnctione,etiam si prius dicta fuerat.s.signo te signo crucis,& confirmo te chrismate salutis in nomine patris & filij & spiritussancti. Aliæ verò orationes & solennitates quæ præcedunt & sequuntur non iterabuntur secūdum ipsum .quodenim dicitur nihil iterandum habet locum in actibus diuersis: secus in eis quæ inhærent. Dicit etiam ꝙ si crismandus fuit inunctus,oleo non sufficit eum nunc inungere balsamo:sed chrismate debet vngi.ad idem.s.titu.proxi.c.vno.in prin.secundum Ioan.an.

SVMMARIVM.

1 *Schismatici an conficiant aliquo modo sacramenta?*

CAP. II.

A Nobis. Prohibet sepultos à schismaticis exhumari.vestimenta in quibus celebrauerunt iterū bñdici,& altaria in quibus celebrauerūt,iteratò consecrari.Sūt duæ pertes,quarum quęlibet sub diuidi pōtin tres. Secūda ibi: *Nos autem*. ¶ Casus literalis.Quædā corpora defunctorū sepulta sunt à schismaticis tpe cuiusdā schismatici nomine Vualdemarij.q̄rit̄ vtrū debeant exhumari.Itē quidam presbyteri degradati celebrauerūt cū indumētis sacerdotalibus sup altarib⁹:quærit̄ vtrū altaria debeāt cōsecrari & benedici. Respondet papa ꝙ corpora prædictorū defunctorum nō [a] sunt exhumāda:nec vestes benedicēdæ:nec altaria supradicta reconsecrāda.B. ¶ Notabilia patēt ex summario.Vnū notaꝗ ꝓpter delictū schismatis pōt presbyter degradari: & habes vnum casum quo degradatio imponit̄: quod [a] intelligo quādo incorrigibilis est[a].¶ Not. ar. ꝙ degradatus conficere potest.de quo de cle. exc.mi.c.ij.¶ Op.ꝙ exhumādi sunt sepulti à schismaticis:quia eò ipso ꝙ sepeliri consenserūt,decesserūt in peccato:& sic sunt exhumandi.de sepul.c.sacris.Sol.exhumādi sunt si consenserūt, nō si aliàs boni sunt.Dicit gl ꝙ à talibus nō elegerunt sepeliri,aliàs grauiter peccassent.lxxxviij.di.ca.fi.xc.di.c.fi.Et dicit Ho. [b] ꝙ hoc no.verbū dūtaxat:quasi excludat ꝙ nō sunt excōicati vel suspensi:sed aliàs catholici.

1 ¶ †Quæro quid si à schismaticis consecretur altare,chrisma,indumentū,vel alia inanimata? dicit Hostien.quòd talia non carent effectu, licet executio & vsus eorū desit:dicit etiam ꝙ licet circa hoc nec iura sint expressa,nec speciales orationes reperiunt̄ in pōtificali:de mente tñ iuris est ꝙ sicut ordinatis à talib⁹ interdicit̄ executio donec cū eis fuerit dispēsatū:de quo de ordinatis ab episcopo.c.ij. sic interdicēdus esset vsus taliū rerū donec fieret recōciliatio. de transac.c.ij.de conse.eccle.vel alta.c. aqua. &.c.cōsuluisti.& dicit ꝙ faciendæ essent speciales orationes circa tales reconciliationes.dicit demū quòd cōtrariū est tenendū.& estcertū quòd eucharistia à talibus cōfecta nō cōsecratur nec reconciliat̄,& statim habet effectū. Idē in baptismo & chrismate.j.q.j.c.multi.ante finē.Sed qđ ibi dicit de chrismate posset intelligi.i.chrismali cōfirmatione, vt sic loquatur de sacramēto,nōde chrismatis materia.dicit etiā addendū quod no.de schisma.c.j.de cōse.eccle.vel alt.sacramenti vel cœmi.facta per publicè excōmunicatum.vide quod no.de cōse.eccle.vel altar.consuluisti.& ibi Io.an.cōcludit ꝙ debet recōciliatiofieri:de quo dic vt ibi.

ZACHARIAS.

[a] ¶ Qñ incorrigibilis est. Adde pro hoc Bald.in trac. schisma.quem ponit.C. si quis aliquētesta.prohi.& Specu. in titu. de schismat. in prin. aliquid per Inn.in c.quia diligētia.de elec. & ad hoc qđ iste dicit hic,adde quod not. in .c. ex literarum. nu. iiñ. in ver. de verbali.s de tem.ord. Anto.Fransci.

[b] ¶ Talis forma. Quid sit ritus Dicas ꝙ est, vsus disponens circa solēnitatē actus gerēdi vt in.c.cū secūdū. de tēp.ord.& no. in.l.j.ff.de inoffi. testa.& vide text. ī.c.cū olim.de cle. cōiug.& vide Inn. in.c.qm̄ in plerisq; de of.or.& Archi.ī c.cōtra christianos de hæret.lib.vj.& in cap. neq;.qō.j. vbi dicit ꝙritusest mos obseruād⁹,ex vsu& cōsuetudine introductus. & iō nō sufficit aliqdfieri,nisi rite fiat:vt in d.c.neq;.& dicitur ꝙ illud dicit̄ factū rite qđ fit cū solēnitate necessaria.l. iiij.§.condemnatū ff.de re iud. & est bo.tex.in.c.veniēs de presby.nō bap.

SVMMARIVM.

1 *Additio vel suppletio quando fit ad aliquē actum debet fieri quando potest fieri ipse actus.*

2 *Ordinatio presbyteri cum qua solēnitate fieri debet aliorum?*

CAP. II.

PResbyter. Si in ordinatione presbyteri vel diconi manus impositio fuerit pretermissa,statutis tēporib⁹ supplebitur.h.d ¶ Casus literalis.Dicit̄ in hoc.c. ꝙ qñ presbyter & diaconus ordinant̄,recipiūt factū corporaliter p manus ipsorū ritu introducto ab aplīs:quod si fuerit omissum,statuto

tempore ad huiusmodi ordines conferendos debet cautè suppleri quod per errorem extitit prætermissum:nec dicitur propterea àali qd iterari. Suspensio manuum tunc debet fieri cùm oratio super caput effunditur ordinādi. Ber. ¶ No.j.ꝙ presbyter & diaconus in ordine recipiunt manus impositionem. ¶ Not.ij. ꝙ talis forma est introducta ab apostolorum a ritu. ¶ Not. tertiò quid est ritus:[a] quia est quædam solennitas & forma specialiter in actu sacramentali. ¶ † Quartò no.ꝙ suppletio omissa in ordine illo tempore facienda est, quo ipsa ordinatio. & sic suppletio solennitatis debet fieri eo tempore quo substantialiter actus potest exerceri. ¶ Opp.ꝙ non pariter imponatur manus presbytero & diacono.xxiij.di.c.presbyter cùm ordinatur. Solu.dic quòd vtrique manus imponitur:sed aliter diaconis & aliter presbyteris.presbyteris enim omnes astantes manus imponūt.xxiij.dist.quorundam.xxiiij. dist.presbyteri.cum ordinatur diaconus,solus verò episcop⁹.xxiij.dist.c.diacon⁹.Host.dicit in.c.nec episcopi.s̄.de tēpo.ord.ꝙ quando eps ordinat presbyterum,saltē duo presbyteri sacerdotalib⁹ induti dn̄t astare.xxiij.dis.presbyter.licet consuetudo multarum ecclesiarū habeat quòd nec duo induti assistant.Item dicit quòd multi seruāt quòd omnes præsentes manus imponunt.per illud ca.sed ille dicit quòd illud.c.debet intelligi de indutis.aliàs impossibile videtur quod dicit illa litera ꝙ presbyteri manus imponant iuxta manus Episcopi quādo multi essent presbyteri præsentes:non tamen reprobat Host.quoniam ex quo duo induti assistant Episcopo : alij etiam non induti manus imponant. ¶ Quæro an presbyteri & diaconi quando ordinantur chrismatis liquore vngant?gl.dicit quòd nō : allegat xxiij. dist.pręterea.Sed dicūt doc.ꝙ vngi debēt olei liquore. Ep̄i tn̄ vngunt chrismate.s̄.tit. proxi. c.vno.§.hoc vnguento.Pe. ¶ Quæro quando manus imponat presbyteris?dict glo.fi.qn̄ incipit Ep̄s orationē ad bn̄dicendū sacerdotem, tūc presbyteri oēs qui tāgunt caput,debēt eleuare manus,ita ꝙ non tangāt cuput ordinati. Dicit tn̄ gl.ꝙ facto melius videt quā dici possit. Dicit Hostiē.ꝙ qn̄cūq; inueniet sup hunc famulū tuū:vel emitte sp̄ūsct̄m̄.vel do ei dignitatē,vel in talē ordinē dedicamus:vel his simile,semp manū imponāt in alijs,vel trahant manus ad se,vel sup caput teneant in suspēso.

2 ¶ † Quæro q actus interueniāt in ordinatiōe presbyteri?Dic ꝙ multi:tenere manus sup caput:dare illi calicē:dare patenā:vngere illi manus,quilibet actus habet suā solēnitatem.vno omisso nō ꝓpterea iterabunt alij.quidā tn̄ dicūt dationē calicis & patenæ non supplendā: qa hæc nō sunt de substātia:tn̄ tutius est suppleri secūdū Inn.Pro primo dicto facit.xxiij. di.c.subdiaconus.Vnde dicūt aliqui quòd per dationē calicis plenā,hoc est cū patena, cōfert ordinatio & ꝑtās principalis quo ad principalē actū cōfectionis eucharistæ,& ꝑ impositionē manus Ep̄i sub certa verborū forma,accipite &c.Mat.xvj.cōfertur potestas sacerdotalis quo ad actum secūdariū,qui est absoluere & ligare, nā & has ꝑtātes dominus diuisim contulit ap̄lis.nā ante passionē cōtulit primā,post resurrectionem secūdā,scilicet quādo insufflauit &c.Io.xix.per impositionē verò manuū illorū sacerdotū designat quædā gratiæ plenitudo.Dicunt ergo isti quòd si desit traditio calicis cū certa forma verborū,non imprimitur character,nec est sacerdos qui ordinādus erat.Si vero fiat primū,sed desit secūdū manuum impositio quā faciūt alij sacerdotes:socerdos est quo ad ꝑtātem cōficiendi:sed nō pōt absoluere vel ligare,nisi facta suppletione si nō sit facta manuū impositio:quā faciūt alij sacerdotes : licet hoc sit supplendū.tamen primū poterit & secundū. ¶ Quæro si partem orationis dixit,an supplebit totā?Dic ꝙ sic,secūdū Inn. in oratione quæ est de substantia:vel de qua dubitatur an sit de substantia vel solennitate:aliæ de quibus certū esset,ꝙ nō essent de substātia,vel de solennitate secūdū Hosti.nō essent iterandæ:& si vnā manū vnxerat,non iterabit vnctionē in vncta,sed in alia tantū:& vbi dicit oratio manuum in plurali, dicet manus in singulari.Item secūdnm Host.si facta est vnctio & non dicta oratio , supplebitur oratio & non fiet vnctio:secus econtrariò:quia si. dicta sit oratio & non facta vnctio in suppletionis vnctione,iterabitur oratio. Et pōt esse ratio:quia oratio videtur adhærere vnctioni,& non ecōtrariò vnctio non accedit orationi : quod videtur ex rationibus apparere.Innocē.contrà dicit ꝙ vtraq; est iteranda,vnctio & oratio:sunt em̄ illi duo actus non separati sed coniuncti.qūo enim diceret consecrare & benedicere dignare dn̄e manus istas,si per istā vnctionē nulla fieret vnctio.s̄.ti.ꝑxi.c.j.In baptismo euidētius apparet.qūo enim diceret,baptizo te,nisi immergeret etiā si prius immersisset?de baptismo.c.j.qđ etiā eadē ratiōe placet Abba. ¶ Quęro an in man⁹ impositiōe sufficiat manū extēsio sine tactu? Dic ꝙ nō:vt patet in verbo:impositionē.licet aliqui cōtrà p.l.iij.ff.de acq̄r.possess.& de causa.c..ij.qđ satis ꝓbat ꝑ hanc literā secūdū Host,

3 ibi:*tactu*. ¶ † Quæro de formis ordinandi.dicit Inn.ꝙ inueñit in epistola ad Titū,ꝙ Apostoli manus imponebāt ordinādis,& oratiōes fundebāt sup eos,nec alia forma inuenitur seruata.Vn̄ dicit Inn. ꝙ nisi fuissent aliæ formæ,posteà statutæ,sufficeret ꝙ ordinator diceret ordinando,sis præsbyter,vel diaconus . Hodie verò formæ posteà sunt ꝑ ecclesiā inuentæ & statutæ,& de necessitate seruandæ:adeò quòd si eis omissis fuerit aliqs ordinatus,suppleri debēt. vt hîc &.s̄.ca.j.Si verò formæ seruant,quidā character imprimitur animæ,id est figura quædā intellectualis indelebilis,per quam ostenditur talē ordinem fuisse collatū:& ordinatus à nō ordinato in die iudicij discernet.Potest aūt papa in talibus formis cōstituere & constitutiones facere:nō constitutiones Deo contrarias: qa & animæ & ad eas ꝑtinentia sunt de iurisdictione papæ & sanctorū patrū.ad hoc.x.di.c.suscipitis.xcvj.di.c.cū ad verū.de maior.& obe.c.solitæ.Nec est mirū si à cōstitutione ecclesiæ imprimit character militi indiuisibiliter.j.q.j.c.quod quidam.sicut & alijs stigma vel nota in brachio,vt ab alijs discernant.de sen.excom.si iudex.li. vj.character verò militaris imprimitur ita corpori ꝙ non animæ: quod ex eo apparet quòd mortuo milite in ipsius anima de illo charactere nil penitus apparebit.Si ergo Princeps hoc inducit,& hoc inducere potest ecclesia.xxx.q.iij.c.j. in monachatu non videtur quòd imprimatur charecter. Nam papa de monacho potest facere non monachum:nam & ordinem cōstituit monachorum.de quo de statu mona.c.cùm ad monasterium.secundum Hostien.& Inn. de quo dic vt ibi. ¶ Quæro per quos supplēda sunt ista?Dic quòd per illos à quibus sunt collata,sicut hîc dicitur.de tempo.ordi.nec Episcopi.s̄.titu.proxi.c.j.in prin. Vnde dicit Innoc.ꝙ si potest,suppletio facienda est per eundem ordinatorem,vel per alium . quod obtinet in officijs etiam vespertinis.vij.q.j.c.nihil.&.c.illud.igitur si effuso oleo super manus ordinandi superuenerit infirmitas:ita ꝙ nō potuit ordinator proferre verba:nec ordinationem complere, alius vel idem ordinator alia vice snperfundet oleum : & à capite incipiet verba,sanctificare domine &c.quia licet actus diuisi non sint iterandi:in actu tamen vno non perfecto incipietur à capite:vnde si in sacram ento Eucharistiæ quis de fitiat in verbis illis: hoc est corpus meum.incipietur à capite à verbis illis : qui pridie &c.Idem dicendum est in baptismo.si verò celebrato sacramento panis vel corporis deficeret,non reiterantur alia verba,sed reincipiet à verbis per quæ conficitur sanguis.s.hic est sanguis , secundū Innoc. Et dicit addendum quod not.de cle.per sal.promo .c. vno. ad fin. ¶ Quæro quæ cautela debeat seruari in supplendo?Dic qa Episcopo

SEB. SAPIA.
a ¶ Ritus. Vide illustrē pręceptorem meū do. Rochum curtium in repe. rubricæ.s̄.de consue.q.quinta.

Episcopo celebrãte ordines erit in defectu patiẽs quasi suus minister:& quãdo veniet Episcopus ad verbum competens orationi.s. super hunc famulum tuum :vel simile impositis primò manibus alijs ordinandis : vltimò illi manum imponet,ad quod velandum dicere poterit,apporta vas vel librum vt credant astantes ex mandato iniuncto manum impositam:& secundum Host.non erit intentionis ordinantis vel ordinati quòd orationes illum contingãt. Innoc.contrà.qui dicit quòd quando suppletur manus impositio, est de necessitate ꝙ dicatur oratio quæ cõuenit manus impositioni,cùm illa sit adhæres: sed Host. dicit quòd paucæ vel nullæ orationes faciũt mẽtionẽ de manus impositione: vnde plus sibi placet quòd non iteretur oratio, vel cautè in capella præsentibus paucis secretarijs priuatam ordinationẽ faciant. cõmendatur enim fictio ad cautelam dũmodò vitetur mendacium. xliij.distinct.c. in mandatis.xxij. qõ.ij.c.vtilẽ.ff.de noua.l.doli.in fi.de autho.& vsupal.c. nisi.de accusa.c.qualiter & quando,&c.

Explicit scriptum domini Anto. de Butrio vtriusque Iuris Doctoris super Titulis Primi Decretalium,super quibus non reperitur do. Abbatis scriptum completum.

Secunda pars domini Antonii super primo Decretalium feliciter incipit.

De filijs presbyterorum. *Rubrica.*

¶ Vidimus de ordinandis,qui ex varijs causis impediuntur,inter quos est vitiũ originis.ideò &c.de materia.lvj.dist.per totum.& reperitur in sexto.

SVMMARIVM.

1 *Illegitimus nõ ordinatur ad ordines nisi ingrediatur religionem regularem.*
2 *Illegitimus est irregularis.*
3 *Illegitimi repelluntur à dignitatibus ecclesiasticis,seu à secularibus.6*
4 *Illegitimus promotus per ignorãtiam, an recipiat characterem?*
5 *Mater est legitima testis quo ad legitimitatem vel illegitimitatem filiorum.*
6 *Illegitimus factus monachus an possit esse Abbas?*

CAP. I.

1 VT filii. ¶ † Illegitimus non ordinatur,nisi religiosus fiat:& tũc nõ pficitur.i.l.nõ habilitatur ad prelaturã.h.d.Sunt duæ partes. Secũda.ibi: Sed neq;.¶ No.j.quòd filij presbyterorũ & alij illegitimi sunt inhabiles ad ordines sacros,& ad ordines alios. ¶ † No 2 ta,ij.ꝙ ingressus religiõis,siue monachorũ,siue canonicorũ regulariũ tollit irregularitatẽ ex defectu nataliũ.¶ Nota.iij. hoc quòd dictio:cætera. a iplicat.ª¶ No.iiij.quòd igressus religiõis nõ habilitat quẽ ad prælationẽ qui inhabilis sit defectu nataliũ.¶ No.v.quòd dispensatio quo ad ordines etiã à iure inducta nõ habilitat quẽ ad prælationẽ. ¶ No.vj.ꝙ ingressus religiõis nõ liberat à ptãte dñica,nec impedit quẽ ab assumptiõe ordinis.¶ † Op.ꝙ nõ repellant à dignitatibus il 3 legitimi.ff.de de cu.l.ij.§.in filijs.ver.nullũ.&.l.Spurij. Solut. à secularibus dignitatibus nõ repelluntur: sed bene repelluntur ab ecclesiasticis: vt hîc.¶ † Quid si per ignorantiam tales sunt promoti? 4 dic quòd excusatur promouẽs.de ord.ab epis.c.ij. C.de testa.l.j. de offic.præto.l.iij. ipse verò cecidit in conspectu dei si veritatem nouit:licet illud sit occultum.de temp.ord.c.fi. secus si ignorauit: vt quia cõiugata admisit presbyterũ,nec ei reuelauit excusatur.ff. 5 de in ius voc.l.quia semper. ¶ † Verbis autẽ matris[b] in his est credendum.de proba.c.per tuas.de præsump.c.afferte.&.c.literas. & quia in dubio tutius est abstinere.de tempo. ord.c.ad aures. nõ tamẽ cogitur credere ex quo natus est ex nuptijs.C. de testa.l. neque professio. & not.de pœni.& remis.c.officij.consuluit tamen Hosti.quòd seruet talis conscientiã suã,& vadat ad papã pro dispensatione quã faciliter in hoc casu obtinebit. ¶ Quid si non transit ad religionẽ: sed ad locũ vbi religiosa fiat cõuersatio? dic quòd idem: quia locus nõ sanctificat hominem.xl.dist.c.nõ loca.secũdum Phi. credo quòd hoc nõ seruaretur, cùm hoc exorbitet à communi re-

6 gula . ¶ † Quæro an excludãtur à prælatione c tam in eisdẽ quã in alijs mõasterijs? dic ꝙ sic[c]: imò nec in ecclesia seculari.xvj.q.j.c.legi.dicũt enim Pe.& Abb.quòd simplici administratio ne de qua posset ad nutũ remoueri: promoueri posset,dũmodò curã nõ habeat: vt patet j.e. c.proposuit.ex quo enim promoueatur ad sacros,administrationẽ non curatã habere poterit: p hoc quod dixi satis patet quòd si papa dispẽsat in sacerdotio: per hoc nõ posset consequi curã:nã ius cõmune dispẽsat cum religioso in sacris:& tamẽ per id nõ potest pręfici curæ.vide in Spec.tit.iij.§.nũc de episcoporũ.antẽ fi.ver.vtrùm autẽ.in fi. Ibi dicit quòd si Episcopus dispensatiuè,tenendo ꝙ posset promouere quẽ ad sacros,tenetur ei de beneficio prouidere. alleg.j.eodẽ.c.veniens. &.c. proposuit. & si assignauerit, nõ potest illi auferre. de cle. coniuga.c.diuersis fallacijs.

SVMMARIVM.

1 *Filius sacerdotis non potest promoueri ad ecclesiam in qua eius pater administrauit. vide per totum. & j.c.prox. & c.conquerente. & c. sequenti.*

CAP. II.

AD præsentiam. Illegitimus filius sacerdotis q hoc tacito p rescriptũ apłicũ paternã ecclesiã intrauit,remouet ab illa.h.d.Primò narrat surreptitiã impetrationẽ,cõtra quã secũda dat iudicẽ.Secũda ibi: Ideòq;.¶ Casus literalis.R. pbyter accessit ad dominium Papã tacitò quòd esset filius sacerdotis,impetrauit vt capellan⁹ existeret in ecclesia in qua pater eius ministrauit:significatũ fuit hoc domino Papæ ꝙ cùm esset in sacerdotio genit⁹:veritate tacita literas impetrauit:vnde mandat Papa Linconien. Episcopo quatenus si constiterit ei quòd dictus R.presbyter sit in sacerdotio genitus,& quòd pater eius in eadẽ ecclesia ministrauit, remoueat illum ab illa ecclesia, non obstantibus literis prædictis.Ber.¶ † No . primò duo vitia 1 impedientia quem ad beneficium promoueri. s. illegitimitas & quando pater ministrauit in ecclesia. Et pondera ꝙ in ecclesia in qua pa- d ter ministrauit indefinitè,[d] prohibetur filius promoueri etiam ad particulare beneficium capellanariæ.hoc tamen non dicit apertè iste tex.nec doc.hoc dicũt hîc.& not. quòd bene ficia particularia in ecclesia aliquãdo appellantur capellanariæ. ¶ No.iij.quòd ad hoc vt repellatur quis à beneficio videntur hîc duo necessariò cõcurreri ꝙ sit in sacerdotio genitus, & ꝙ pater ministrauerit in ecclesia. Sed sufficit alterũ:vt j.dicã.¶ Not.iiij.quòd beneficia-

Anto.Fran.¶ Dictio cætera implicat.circa istam materiam de dictione & a cætera.qd significet qñ reperit abbreuiatẽ scripta in fi.orationis.vide Bar. in.l.ea pte.ff.de ver.obli.& in.l.illa iustitutio.in.j.col.ff. de hære.insti. & in.l.gallus.in.§.idẽ credendum.ff.de lib.& posth.in.j.col. & per Ang.& Alex.in.l.quicquid astringẽdę.ff.de ver.ob.& per Alex.in.l.si duo.in.§.si quis iurauerit . de iureiur. & p Bal. in.l.hac cõsultissima.C.de testi.vbi dicit ꝙ est dictio implicatiua & roboratiua,quæ operatur vt ꝓbetur rogitus testiũ si notari⁹ dicit psentib⁹ & testib⁹ vocatis. qa intelligitur etiam rogatis.Itẽ est verbũ importans oĩa quę sunt de natura contractus.secũdũ Bald.in.d.§.si quis iurauerit.& plenè per Alex.in.l.si qs ex argentarijs . in prin.ff.de eden.& facit clausulas præcedẽtis contractus censeri repetitas in sequẽti.vt p Alex in.d.l.si qs ex argẽtarijs.in.§.si initiũ. de edẽ.& p Bar.in l.si is qui.in.j.col. ff.de testa.& latissimè.per Alex.vltra alios in.d.§.idẽ credendum . in .j. col.cum.v.sequẽt. vbi alle.multas concord.De verbo autem cætera:& verbo cæterorum:ex tensè scripto . Dicas ꝙ comprehendit oĩa secũdũ Bar. in.l.si tibi. in princi.& in.l.cũ optio. &.de opt.leg.qñ ꝙ in ĩpropriaꝛ, sicut & dictio alij. secũdũ glo.in.c.deinde xxv.di.& habetur p Bar.in.l.nõ solũ in.§. quęrit . ff. de ꝓcur.& vide Alexan.in.cõ. xxviij. in.ij.parte,vbi etiã ponit an notarius q extrahit instrumẽtum de protocollo notarij mortui,in quo est apposita dictio & cętera abbreuiatè , possit addere clausulã precarij,si illa non est appositain protocollo.

SEE B. SAPIA.

b ¶ Verbis autem matris.Contrarium tñ probat tex.sing.in.l.fi.§.vlti.ff.de ꝓba.vbi nõ statur dicto matris dicentis esse spurium filium.facit tex.fin.in.l.miles.§. defuncto.ff.de adulte.vbi licet appareat vxorem commisisse adulterium,nõ tamen præsumitur illegitimus filius qui narus est.

c ZACHARIAS.¶ Dic ꝙ sic.ita not. Philip.fran.in.c.indemnitatibus. super glo.in ver.canonicam.& ibi Arc.& Pe.de anch.de ele.lib. vj. Card .in clem.attendentes.i.xj.q.de sta.mona.& Feli.in.c.meminimus.col.v. versi quæro nunquid.j.de accu.

d ¶ Indefinitè.Adde videndum Cal.consi.j.eo.tit.

tus: per literas ſurreptitias ab ipſis repellitur: & ſic apparet quòd in beneficialibus factum per literas ſurreptitias retractatur quandocunque: & ſic non tranſit in rem iud. ¶ Opp. quod poſsit miniſtrare in eccleſia patris filius ſacerdotis. j. eo. c. ex tranſmiſſa. Sol. immediatè non poteſt, vt hic: mediatè autem poteſt, quia purgatum eſt vitium. ¶ Quid ſi ex certa ſcientia papa mandaſſet eum recipi? dicit gloſſ. quòd tunc valeret: quia diſpēſaſſe videretur cum eo.

SVMMARIVM.

1 *Clericus illegitimè promotus, an poteſt per ordinarium beneficio ſpoliari?*

2 *Illegitimus quibus rationibus nō pōt promoueri ad ordines?*

CAP. III.

SEB. SAPIA.
a ¶ Delictum patris. Caſus in quibus filius patitur pro patre, ponit gloſſ. in. l. duo fratres. in ver. fuiſſe. ff. de iure pa. Imo. in. l. inſulam. ff. ſol. matri. Felin. in c. vergētis. de hęr. & ibi ponit an ſi filius habet beneficium, perdat illud per delictum patris.

ZACHARIAS.
b ¶ Tertia eſt. Adde tu iſtas tres rationes quare illegitimus ad ſacros ordines promoueri prohibeatur, eſſe poſitas per glo. in. c. ij. eod. tit. libr. vj. eaſdem ponit Ber. de q. fir. in tra. de Epiſcopis. in ij. parte. li. ij.

PRæſentium. Filius ſacerdotis eccleſię paternę pēſſe nō pōt. h. d. & ſequēs. ¶ Caſus literalis. Prohibet hic Papa ne filij ſacerdotū debeant miniſtrare in eccleſijs paternis, vel eas aliqua occaſiōe detinere: ſed inde penitus amoueantur. Ber. ¶ No. j. quod in eccleſia paterna in qua pater prefuit filius repellit nō ſolū à bñficio principali cui pater prefuit, ſed etiā quādo principaliter præfuit repelli videtur à quocunque particulari beneficio alio in eccleſia. Et ſic no. quod factū paternum nocet filio, quando inhabilitas nō ſurgit ex culpa, ſed ex defectu, vel propter honeſtatem. 1 ¶ † Not. quod ex officio ordinarius illegitimè promotos pōt beneficio ſpoliare. cōcor. de offi. or. c. ordinarij. lib. vj. ¶ Opp. quod repellatur & ab alijs. j. e. c. vl. Gl. fatetur quod eſt vera, quando eſſet illegitimus: ſecus ſi eſſet legitimus. ¶ Op. quod aliquo caſu admittatur filius in bñficio paterno. j. e. c. ex tua. Sol. pōt ex diſpēſatione apoſtolicæ ſedis, non aliàs. ¶ Oppo. quod delictū patris[a] non noceat filio. ff. de decur. l. generaliter. §. ſpurios. & l. ſpurij. §. pe. C. de pœnis. l. ſancimus. Sol. hoc eſt propter ordinū prærogatiuā, qui dātur nō ſolūm propter recipiētes ſed etiā propter alios, & ne per id infametur eccleſia. de obli. ad ratioci. ca. j. & vide quod no. j. e. ti. c. ij. lib. vj. & per Hoſti. in ſum. e. ti. §. quæ eſt cā prohibitionis. 2 ¶ † Ibi dicit Hoſt. quod triplex eſt cauſa prohibēdi illegitimū. prima excellētia ordinis, quę turpibus & infamibus cōferri nō poſſunt. j. de exceſ. prælato. c. inter dilectos. Secunda deteſtatio criminis paterni, quod quādoque deteſtatur in filios. C. ad. l. iul. maie. l. quiſquis. j. q. iiij. cap. eccleſia. ver. Itē paruulos. Tertia eſt[b] timor paternę incontinentiæ. xxiiij. diſt. c. quando generaliter. lvj. diſt. c. ſi gens. j. eo. c. literas.

SVMMARIVM.

1 *Iudex poteſt ex officio ſupplere, vbi tāgitur publica vtilitas vel peccatum.*

CAP. IIII.

COnquerente. Caſus literalis. ¶ Mortuo presbytero eccleſię ſanctæ mariæ. M. clericus fuit preſentatus ad eam à patrono. R. filius dicti presbyteri impediebat eius inſtitutionem. vnde dictus M. conqueſtus fuit domino Papæ. Mandat Papa ſi publicū eſt notorium patrem dicti. R. habuiſſe perſonatū in dicta eccleſia, filius eius nullo modo inſtituatur ibidē, & ſi inſtitutus eſt, remoueatur. Berñ. ¶ No. primò quem tenuiſſe eccleſiam etiā 1 inferiorem, poteſt eſſe publicum & notorium. ¶ † No. ij. quòd in notorijs vbi tangitur publica vtilitas & peccatum, ſeu animarum periculum, poteſt iudex ſupplere ex officio. ¶ No. iij. quòd eccleſia in qua pater principaliter titulo eccleſiæ præfuit: filius non poteſt aliquod etiam particulare beneficium conſequi, vel illi in ſpecie præſidere, cui pater prefuit. ¶ No. quòd promotio iniuſta nō tranſit in rem iudicatam, quin quandoque vitio comperto poſsit amoueri. ¶ Quærit gl. qualiter poſsit eſſe notorium. & dicit glo. quod ſi ibi miniſtrauit, non poterat non eſſe notorium. alleg. ſ. de trāſla. præla. c. licet. ¶ Not. glo. quæ extendit illud. c. loquens de Epiſcopo ad eccleſiam parochialem, quid in monacho: vidiſti. ſ. de temp. ordi. c. ex parte. vide doc. qui dicunt. de elec. c. dudum. el. ij. dicunt tamē doct. quod dato quod ibi adminiſtrauerit, foret publicō: poterat eſſe occultū an pater fuerit. Obuiat decre. j. eo. propoſuit. vbi poteſt promoueri in eccleſia paterna. Solu. ibi diſpenſatiuè poteſt: hic de iuris rigore: vel ibi fuit perſona media: hic non. j. e. c. ex tranſmiſſa. Hoſt. vel ibi: illa eccleſia non fuit paterna.

SVMMARIVM.

1 *Inhabilis cenſetur habilitatus, ſi epiſcopus eum ſciēter promouit.* 2. 3. 6. 7.

4 *Poſſeſſoriū recuperandæ datur propter ſpoliationem iudicialem.* 9. 10. 11.

Poſſeſſoriū recuperandæ datur contra quemlibet in vitiū ſuccedentem.

5 *Filius ſacerdotis quo caſu poteſt de iure retinere beneficium olim paternum.* 11.

Ordinatus ad ordines nullum beneficium habens, poteſt agere contra ordinantem vt ſibi de beneficio prouideatur.

8 *Inhabilis cenſetur habilitatus, ſi cū eo fuit per ſuperiorē ſcienter aliquid actum.*

Diſpenſatio an in dubio præſumatur ex eo quòd ſcienter fuit cum inhabili aliquid actum?

9 *Diſpenſatio non præſumitur, niſi exprimatur verbum diſpenſo. ſecūdum opin. Hoſt.*

10 *Venire an quis poſsit contra factum ſuum?*

12 *Ignorantia an ſcientia in dubio præſumatur?*

13 *Prælatura an poſsit dari ad tempus?*

14 *Clauſula, in pace dimittas: quid importat?*

CAP. V.

1 VEniens. ¶ † Epiſcopus qui ſciēter contulit filio ſacerdotis eccleſiā paternā, exinde eū remouere nō pōt. h. d. Suntque partes. Prima ponit querelā. Secūda prouidet diſtinguēdo ſecūdū membrū ibi: *verum*. ¶ Caſus literalis. Eps Lōdonen. ordinauit. N. clericum in presbyterū ad capellā ſancti Lau. quā conceſsit eidē. poſtmodū verò ipſum ſpoliauit eadē, eò quod pater eius in eccleſia miniſtrauit. Sacerdos ille ſignificauit hoc domino Papę. vnde mandat Papa eidē epiſcopo, quatenus ſi cōſtitit ei quādo eccleſiam ei cōceſsit, quod pater eius pſbyter in ipſa eccleſia miniſtraſſet: ipſam ſibi reſtituat: & eū in pace dimittat, amoto illo ſi quē inſtituit in ea. Sed ſi hoc ignorauit, ex quo eū ad ipſam eccleſiā ordinauit, eā ſibi reſtituat: donec in alia eccleſia ſibi prouideat: vnde honeſtè valeat ſuſtētari. Ber. ¶ Not. j. quod ad ſacros & maximè presbyteratū quis promoueri non debet abſque titulo. de hoc habetur de prębend. c. cū ſecundū. ¶ No. ſecundò quod filius non poteſt promoueri de iure in eccleſia, 2 in qua pater ante miniſtrauit. ¶ † Not. tertiò quod cōtra malè factū à ſe ſcienter in quo etiam nutritur peccatum, & quod eſt nullum quis non poteſt venire vt hic. ſecundum vnū intellectum, tenēdo quòd hic eſſet illegitimus. 3 ¶ † Nota quartò, quòd ſcienter gerens factum contra ius per ſe diſpenſabile quòd ad ſe circa illud diſpenſare videtur, nec ipſe illud propria authoritate retractare poſsit, & ſic conferens beneficium paternum filio ſcienter in quo pater miniſtrauit, illum amouere non poteſt: ſecus ſi ignoranter, & 4 ſic ignorantia excludit conſenſum. ¶ † No. quintò quòd per ſpoliatio-

a liationem iniustā etiam iudicialem datur possessoriū[a] recuperādæ. Et not. ꝙ non solū datur contra spoliantem, sed etiā cōtra quēlibet in vitiū succedentem. ¶ † No. sexto ꝙ ordinatus ad sacros potest agere vt sibi beneficium conferatur. & vbi illius quod est collatū ex aliquo impedimento non tenet collatio: illud sibi ex dispēsatione est relaxādū, donec aliter prouideatur: sed licet filius nō posset tenere sibi beneficiū gratiosè cōcessum per viā gratię in quo pater antè ministrauit, potest tamē illud retinere quando per viam iustitiæ etiam iustitia impellente ex necessitate sibi collatū, quousq; aliter prouideatur: & tūc tenet quandā iuris dispositionē: quod est notandū: & de facili alibi nō habes hoc. hoc tenet Io. An. in tex. ibi: *prouideas*. ¶ † Pro declaratione materiæ hîc plura obuiāt. Primò iniquum est quòd eò ꝙ scienter quis contulit beneficiū illegitimo adeò arctetur quòd non possit quis illud retractare quod fecit: quia ex quo factū est contra ius, & est nullū quia ecclesia non potest illegitimo conferri paterna: nec posset non venire contra factum proprium. s. de ele. c. nosti. Secūdò videtur iniquū quòd si ignorauit teneatur ipsum adhuc restituere donec prouideatur. Tertiò videtur iniqsimū quòd pro illo priuato alius cui facta est collatio ea vacāte amoueatur, cū qđ legitimè est factū non debeat retractari: vt in regula factum legitimè. de reg. iu. lib. vj. Gl. respondet & hoc priò in prin. ꝙ quis contra factum suū nō potest venire: quia quod legitimè cōtulit nō debet fraudis cōsilio reuocare. ff. de ædil. edic. l. ad res donatas. per hoc nō tollitur cōtrarium. ideo gl. secūdò dicit quòd in hoc gratia est, & causa gratiæ fuit odiū Episcopi sciēter talem eligētis. hoc tenuit Inn. simile de cle. cōiu. c. diuersis fallacijs. Secūda fuit op. & sol. antiquorū. quòd hoc ideo nō poterat retractare quod fecit: quia videatur dispēsare sciēter cōferendo: hoc nō placet Phil. per. c. dilectus. j. eo. quia nō potest dispensare hoc casu vt ibi habetur. Ad intellectū huius tria sunt vidēda. Primū an cū vitio hîc assistenti potuerit dispensare. Secūdò dato quòd potuerit, an promouēdo dispenset. Tertiò videbitur causa quare hîc non potuerit collationē retractare. ¶ Ad primū, si hîc erat filius sacerdotis: & illegitimus, cōiter tenetur quòd nō possit dispēsare. j. e. c. dilectus. & tene quod ibi no. quo ad bñficiū simplex & ordines minores pōt dispēsare: nō quo ad sacros, vt in. c. j. e. ti. li. vj. Si aderat vitiū solū quòd ad ecclesiā paternā velit eo existēte legitimo. de hoc dicetur in. d. c. dilectus. j. e. & fortè pōt dispēsare cū causa: & tene ibi Host. & tenēdo hūc intellectū, licet glos. aliū sequatur vt patet in gl. j. quę dicit hūc etiā in alia nō posse ministrare: & sic supplendum maximè. per quod patet quòd intelligit de illegitimo. de hoc dic vt in. c. j. eod. ti. lib. vj. in glo. super verb. tale. & dicā. j. e. c. dilect⁹. ¶ † Restat videre secundū, an oī casu prumouēs sciēter[b] vel actū sciēter agēs contra ius videatur dispensare: dic quod aut ad validitatē actus exigitur dispensatio: aut exigitur absolutio: aut exigitur sola simplex approbatio. Si exigitur dispēsatio: dic ꝙ quādoq; ignoranter facit & nō videt regulariter dispensare: vt hîc: fallit nisi esset error cōis: & talis quē si sciuisset verisimiliter dispēsasset: quia talis promotio maximè in nō subiecto legibus habetur pro dispēsatione quo ad validitatē gestorū. vt. l. Barbarius. ff. de offi. præto. vbi de hoc per Bar. ff. de re iud. l. quidā cōsulebāt. vbi ponit hæc verba Inn. Quandoq; non promouit sciēter, sed actum aliū gessit scienter contra ius: [c] quandoque actus ille non sonat in actum positiuum: sed in pati & negatiuū, vt quia ab inhabili audit missam: vel ꝓcurationem recipit. Et ꝙ in talibus non exigitur iudicialis inquisitio vel examinatio: quanuis attendēdum sit à quo missa audiatur. xliiij. di. c. commessationes. & dic quòd non videtur dispensare. Idem si post eius vsitatationē patiatur eum esse in ecclesia: quia hoc non est aliquid agere. & est causa quia dato quòd aliquo casu agere affirmatiuum inducat dispensationem, non sic actus sonans in pati & negatiuū, quia talis actus non est tantæ virtutis in exprimendo consensu & volūtate dispensandi, quātæ est actus affirmatiuus: vt dicit not. gl. de consti. in. c. cùm accessissent. & Inno. de rest. spo. c. olim. el. iij. in fi. glo. magnæ suæ: vbi dicit quòd licet per actum affirmatiuū còram iudice, à quo quis videatur ab appellatione recedere. de app. c. solicitudinē. de offi. deleg. c. relatum. non per actum sonans in pati: quod perpetuò not. quia est valde notādū. Item quia in talibus actibus regulariter nō intercedit causæ cognitio. Quidā sunt actus positiui sonantes in agere: vt promouere, vel actum alium affirmatiuū facere: & an tunc surgat extunc dispēsatio: quidam ꝙ sic, ex quo potest dispēsare: maximè si nullus ex dispēsatione læditur. de biga. c. super eo. Alij dicunt, & hoc est verum secundum Inno. ꝙ quandoq; super causa dispensandi præcessit aliqua etiā summaria causę cognitio: vt puta super vtilitate, vel necessitate: & promouendo, vel actū faciendo dispensare videtur. ff. de in ius voc. & l. libertus. & j. q. viij. l. nisi rigor. cū. c. seq. s. de tēpor. ordi. c. requiritis. §. ex tenore. nec est necessaria alia sententia, vel decretum in actu dispēsationis: licet Host. & malè tenuerit quòd nō sit dispensatio, nisi exprimatur verbū dispenso: nec vocabuntur hi quorum interest. j. q. vij. c. quoniā quicquid. quod vltimū not. perpetuò: quia in actu dispensationis nō exigitur vocatio partis. Aliqui tamen dicunt necessariam fore sentētiam vel decretum. & vocandi sunt hi quorū interest: & hoc secūdum Inno. idem in actu concessionis priuilegij: vt no. de confir. vti. vel inutil. c. cum dilecta. Quandoq; non præcessit causæ

d cognitio: [d] & tunc non inducitur dispensatio in dubio. Host. dicit hoc quod dicit Io. and. falsissimū. quòd quidā dixerunt: quia hodie confirmatio & institutio requirunt causæ cognitionem, vt patet de elect. c. fi. li. vj. & diligentem examinationē. vt patet. de elect. c. nihil. quia ex quò ordinat vel cōfirmat, videtur de causa inquisiuisse: & cōsequenter dispensasse: quia omnia præsumuntur solēniter acta. insti. de fideius. §. fi. & quia præsumendum est pro iudice de renun. c. in pręsentia. Aduerte: non sufficit causa & informatio super causa confirmādi: ideo non sequitur ad confirmationem: quia extrinsecum quid est causa dispensandi, ac causa confirmandi, ideo confirmatio non præsumit causam dispēsandi. & si non præsumit causam dispensandi, non præsumit etiam dispensationem: & hoc est verum: nisi aliter appareat de causa. Ad pręedicta facit quòd secūdùm naturam causæ præcedentis præsumitur de posteà sequuto: vt not. ff. de suspe. tut. l. hæ enim. ff. de excep. rei iudi. l. ad exhibēdum, & not. de elec. c. super eo. & clarius tangitur in regula in pœnis, per glo. de reg. iur. lib. vj. Quandoq; in actu exigitur absolutio, & dicūt docto. hîc quòd per actū scienter factū non inducitur absolutio: vnde dato quod scienter quis excōmunicatū ordinet, non videtur illum absoluere. quia in absolutione excōmunicati exigitur certa forma. de sen. excom. ca. cum desideres. & hoc verum, excepto Papa, vt est casus in cle. si summus pontifex. de sen. excom. in dubio autem est verum quòd ille cui talia facit: vel cui cōmunicat præsumitur non excōmunicatus: & sic etiam præsumeretur in dubio non defectuosus: & hoc notabiliter dicunt duo tex. j. de cleri. excom. c. illud. & de priuile. c. cùm olim. qui ad hoc sunt boni tex. & hoc teneas. † quicquid dicat hic Hostien. qui tenet quòd nunquam videtur dispēsare, nisi exprimat verbum dispenso. Quādoq; in actu exigitur sola approbatio: & tunc dico quòd ex solo pati vel agere vel scribere, ex quo pateat consensus inducitur approbatio: vt patet de his que fiūt à maio. parte cap. c. ex ore. ad hoc tex. in cle. attendentes. de sta. re. no. Innocē. de off. ordi. c. cùm ab ecclesiarū. vbi si Papa scribat collegio quòd egeț approbatione, vel admittatur eius syndicus, videtur col-

a ¶ Possessorium. Adde Rōm. consi. ccclxxx.

ZACHARIAS.

¶ Adde an tali spoliato agenti possessorio recuperandæ obstet exceptio dominij. vide Ale. in. l. v. §. cato. col. iiij. & ibi Barto. ff. de ver. obli. omnino eūdem. in. l. naturaliter. §. nihil cōmune. ff. de acqr. possess.

b ¶ Scienter. Ad. de Ro. consi. ccxvj. latè Old. consi. cccxxv. cū quatuor seq.

c ¶ Cōtra ius. Ad. de Pe. de Ancha. consi. cxlvj.

SEB. SAPIA.

d ¶ Causæ cognitio. Hæc distinctio an pręcedat causæ cognitio vel non, procedit in inferiore à principe. Sed in Principe etiam si non præcedat causæ cognitio promouendo aliquem in habilem censetur dispēsare: vt concludit. d. Abbas in ca. fraternitati. in ij. colū. j. de schis. doc. in. l. quidam consulebāt. ff. de re iu. cum alleg. p Feli. in. c. præterea. col. iij. de test. & in. capi. nonulli. in prin. col. xvj. iiij. fallē. j. de rescri. & ratio est quia in principe sufficit voluntas, vt no. Inno. in ca. cum ad monasterium. de sta. mo.

legium approbare:quæ no.& mẽti tene.vel dic quòd da-
to quòd non poſsit diſpenſare quo ad alios propter opi.
quæ erat an diſpẽſare poſsit: tamen imprimitur quidam
color tenendi cõtra quem non poteſt venire promouẽs.
9 ¶ † Ad tertiũ,quæ eſt ergo cauſa quare nõ põt venire cõ
tra promotionem à ſe factam, & ſi veniat,quod facit re-
tractatur,& reſtituitur promotus. Aduerte,quia hæc de
cre.poteſt dupliciter intelligi. Primò ꝙ hic qui fuerat re
uocatus agebat petitorio,in quo poterat tractari de viri
bus collationis & remotionis. Et tunc ſi quæras quæ eſt
cauſa:dic quòd ſi intelligas in caſu in quo non potuit di-
ſpenſare.vt quia erat illegitimus, oportet ꝙ dicatur hãc
fore gratiam. Si intelligas in caſu in quo poteſt diſpenſa-
re:tunc dicas ꝙ vel fecit ſcienter præcedente cognitione
ſuper cauſa diſpenſandi.& planũ:quia cenſetur diſpenſa-
re:vel fecit non præcedente aliqua cognitione ſuper ea,
quo caſu licet nõ inducatur diſpẽſatio quo ad alios : quo
ad ſcienter tamen promouentem tenet promotio: & im
primitur quidam color tenendi quo ad promouentem,
quem retractare non poteſt ipſe:quia valet quo ad eum.
& hæc ſunt verba Inn.notabilia.j.de cle.coniu.c. diuerſis
fallacijs.quod no.perpetuò.vnde dato ꝙ cum illegitimo
hîc nõ potuerit diſpẽſare ad ordines ſacros ad quod pro-
mouens potuit diſpenſare,& ad beneficiũ ſimplex eo.tit.
c.j.libr.vj.vel ſaltem ſecundum iſta iura probabile erat
dubium an poſsit diſpenſare: ideo ex tali collatione ſciẽ
ter facta imprimitur quidam color tenẽdi,à quo ſine or-
dine iuris repelli non debet. Et ſi dicatur hic non eſt aliqs
color:quia ex quo eſt illegitimus ſuſpẽſus,eſt,& ſi nõ po-
teſt ſuſcipere beneficium. Reſpondeo tenere poteſt in o-
dium malè ordinantis,ne ſit melioris conditionis &c. vt
s̃.de tempo.ordi.c.vel nõ eſt compos.vel refert inter ſu-
ſpenſum ex poſt facto,& eum qui ex defectu nõ recipit
executionem,vt primò non conferatur,ſecũdò ſic ex de
10 bito iuſtitię:non per viam gratiæ.vt.j.dicã. ¶ Poſſet hîc
examinari illa via brocardica:an quis poſsit venire con-
a tra propriũ factum.[a] de quo per legiſtas.in.l.poſt mortẽ.
ff.de adop.per doc.de ele.c.noſtri.& de cle.coniug.c. di-
uerſis.lv.di.c.pœnitẽtes.poteſt ſecũdò intelligi quòd hîc
agebatur poſſeſſorio : & tunc non admittitur diſputa-
tatio ſuper illo an fuerit legitimè facta collatio vel non:
& an quo ad proprietatem fuerit legitimè remotus vel
non:imò ante oĩa eſt reſtituẽdus.lj.q.j.c.notum.j. de reſt.
ſpo.c.in literis.& ſi dicas conſtat iſtũ eſſe filiũ ſacerdotis:
ergo non debet reſtitui, nec in priuatione ſeruari ordo
iuris.de diuor.c.ſignificaſti.j.e.c.quoniam.dic ꝙ imò ſer-
uandus ordo erat,ex quo de diſpenſatione contendebat.
s̃.de elect.c.dudũ.el.ij.ideo fuit illegitimè priuatus. vn-
de vel intellige ꝙ prinatio fuit extraiudicialis: vel ſi fuit
iudicialis non fuit ex cauſa notoria: & talia cauſant poſ-
ſeſſorium:ſecus ſi ex cauſa notoria vel probata,quia pri-
uatio iudicialis tunc nõ dat poſſeſſorium:vt no. de reſti.
ſpo.cùm veniſſent.& ibi dixi plenè. ¶ Ad contrariũ qđ
videtur iniquius,ꝙ prouiſus ignorãter illegitimus ad be-
neficium reſtituatur eo priuato.dicit gl. ꝙ hîc eſt gratia
& ſic fuit gratia in duobus.primò in eo ꝙ non poteſt re-
moueri,dato ꝙ fuerit promotus illegitimus ſcienter:ſe-
cundò in eo ꝙ promotus ignoranter non poteſt remoue
ri.& primum cauſat odium Epiſcopi. ſecundum tolera
tio Papæ,& eſt gratia ad tẽpus donec prouideatur.quod
bene no.hoc tenet Hoſti.quia nunc apparet nõ fuiſſe ca-
pacem. De primo dic vt proximè dixi . De hoc ſecundo
dico quòd hoc inducit notanter hæc decre.quòd iſti be
neficium aſsignatur,non vigore primę collationis, quæ
fuit nulla, ſed ex alia obligatione:quia tenetur ad proui-
dendum ordinato.vnde dico quòd iſte erat legitimus,
dato quòd filius ſacerdotis:& poſito quòd ſibi prouidea
tur de eccleſia:de qua nõ poteſt prouideri:quia pater pri
mò miniſtrauerat:poterit ex diſpenſatione iuris vti retẽ

SEB. SA APIA.
a ¶ Cõtra propriũ factum. An quis poſsit venire cõtra factum ſuum: vide Alex. & do. Iaſ.in.l.ſi donatione.colũ.pen.C.de colla. remiſsiuè p Feli. in.c.ij.in.iij. col.j.de exc. Ale. in cõſi. cxxxviij. col.pe. volu.ij.& vnũ caſum in quo quis poteſt venire contra factum ſuum ponit Paul. de ca.in.l.& heredi.§. filiafa. col.ij. ff. de pact. alium ponit Abb. in.c. intellecto.de iure iur. de Rege qui alienauit in p̃iudicium regni. poteſt enim tunc venire contra factũ ſuum etiam ſi iuraſſet illud obſeruare vt tenet Cardina.in conſil.cxxxvij.colũ.iij.

tione beneficij malè collati contra ordinarium,donec de
alio legitimè prouideatur:vt ſic vtatur hoc remedio cõ-
tra collatorẽ:quia malè contulit:& quia tenetur de eui-
ctione ſic conferendo malè. Item, ſi intelligis de illegiti-
mo: adhuc dato quòd careat executione , ex quo tamen
promotus eſt non debet carere beneficio. Et quod dici-
tur quòd incapax eſt beneficij,intellige per viam gratiæ,
niſi diſpẽſetur:ſed per viam iuſtitiæ nõ eſt incapax , quia
nec eſt æquum iſtum in opprobrium cleri mendicare:
ideo poſito quòd collatio non teneat, in eo diſpenſatur
donec aliud poterit obtinere:& hoc videtur de mẽte hu
ius.c.&.c.vel non eſt compos.s̃. de æta. & quali. &.j. eo-
dem.c.proxi.ex quo dabitur magna limitatio ad id quod
dicitur ſuſpẽſum vel carentem executione inhabilem ad
beneficium.s̃.de conſuetu.c.cùm dilectus. de elect.c.per
inquiſitionem:quia illud verum per viam gratiæ,ſed nõ
per viam iuſtitiæ:quãdo inhabilitas ſurgit ex defectu: &
maximè hoc puto verum ſi tempore ordinationis igno-
11 rauit promotus. ¶ † Venio ad tertium contrarium: vbi
dicitur quòd iniquiſsimũ videtur quòd iſto amoto qui
in veritate ius non habebat alter ſurrogatus amoueatur:
cùm quod legitimè factum eſt &c.vt regula factũ legiti-
mè.lib.vj. Ad hoc primò reſpõdetur,quòd hîc fiet amo-
tio ſeruato ordine iuris, & eo vocato qui eſt ſurrogatus
vt cõtradicat petitioni reſtitutionis: & eam ſi poteſt de-
fendat.iij.queſt.vj.c.hæc quippe. & ad hoc quod not.de
priuileg.c.cùm olim.in glo. Vel ſecundò erat factum no-
torium: ſcilicet ſpoliatio. & iſtius poſtmodũ inſtitutio:
ideo non erat neceſſarius ordo iuris.hoc nõ placet Inno.
vel tertiò competeret reſtitutio,& inſtitutus ſciret cau-
ſam agi,præiudicat ſibi proceſſus. ad hoc. de re iudica.c.
cum ſuper.&.c.pe.de quo.de proc.c. ex inſinuatione. de
tranſa.c. decætero.& not. de conceſsio.prębend. c. quia
diuerſitatem. Hoſti.dicit hoc totum fore gratiam, ſicut
de alijs duobus dicit glo.vnde ſi teneas opin.quòd tale ſit
vitium cum quo potuit diſpenſare Epiſcopus,quod de-
clara:vt dixi.s̃.& ꝙ ex certa ſciẽtia cauſę cognitione p̃ce-
dẽte inſtituerat,qđ nõ p̃ſumit,licet cãę cognitio cõis p̃ſu
mat, vt dixi.s̃. planũ eſt ꝙ ſecũdus eſt illegitimè inſtitu-
tus,ex quo prim9 eſt legitimè inſtitut9:& ſic amouẽdus,
& hic reſtituendus:& in pace dimittendus, & hoc quã-
do Epiſcopus ſciuit:ſecus quando ignorauit,vt dicit lite-
ra. Si teneas quòd primus fuerit inſtitutus illo caſu,quo
Epiſcopus diſpenſare potuit:ſed non præceſsit cauſæ co-
gnitio:tunc dic quòd cum quo ad eum & facultatem re-
uocandi tenuerit prima conceſsio:& datus fuerit color
tenendi alio colore non caſſato,& eo propter hoc pote-
ſtate priuato reuocandi:& conſequenter conferendi:nõ
tenuit ſecũda collatio: ex quo tenuit quo ad eum prima.
ideò oportet quòd prima retractetur. & primo reſtitua
tur:& quo ad proceſſnm ipſius in pace dimittatur. Si te-
neas quòd illo caſu fuerit facta collatio : quò per eũ di-
ſpenſari non potuit. dicit hîc Innocen.quòd filius ſacer-
dotis licet non poſsit in effectu retinere: tamen capax eſt
quãdiu priuetur.de renun.capitul.niſi.§ perſonæ. Pro tã
to ſecundus fuit malè inſtitutus ex quo ante hoc non e-
rat iudicialiter priuatus, ideò reſtituendus: ſentit quòd
illegitimitas beneficiati nõ vitiat ipſo iure collationem
à ſe factam.credo quòd ſi fuerit filius ſacerdotis non vi-
tiat ipſo iure:& ſic poteſt intelligi:dummodo aliàs ſit le
gitimus. Sed ſi eſt illegitimus, credo quòd non teneat i-
pſo iure de iure poſitiuo:ſed ſic de iure naturali: & quia
ex collatione per ſcientem facta detur quidam color te-
nendi de iure naturali & poſitiuo: cũ habeat titulũ ſaltẽ
de iure cõi ab illo,q põt cõferre:vi cui9 tituli iuncto iure
naturæ & ſciẽtia cõferẽtis faciat:vt hîc ſcđa collatio al-
teri facta nõ teneat prio nõ caſſato illo colore tenẽdi, ad
hoc qđ no.Inn.de cle.excõ.c. ſi celebrat.in addi.vbi tenet
quòd nulla irreglaritas impedit collationẽ & matrimo-
nium

nium spirituale inter beneficiatũ & ecclesiã de iure naturali.& ad hoc quod no. de elect.c.auditis.& de concess.ꝑben.c.post electionem.& excess. præla.c. inter dilectos.q ergo passus est se substitui, illo tenẽte colorate inde amouetur & ad primũ restituitur:& quo ad conferentem in pace debet dimitti:nõ tñ tollitur quin alius à superiore possit ipsum amouere:vel dato ꝙ primus nullum ius habuerit,tamẽ fuit absq; iure spoliatus, vnde ante omnia restituendus est.neq; potest opponere surrogatus de ꝓprietate tituli superueniente post spoliationem . Primò, quia exceptio proprietatis non obstat agẽti possessorio. Secũdò quia ipse qui passus est se intitulari quantũcunq; ecclesia vacãte, in beneficium amoti illegitimè & spoliati quasi in vitium successerit,non potuit habere canonicum ingressum:& incidit in constitutionẽ.meminerint. C.vnde vi.ideò restituitur primus, & in odiũ spoliantis debet in pace quo ad eum dimitti : sed non tollitur quin supior possit si de hoc velit inqrere:ad hoc prçal.c.inter dilectos.¶ Quæro cum glo.secunda qualiter potuerit innotescere eum filium sacerdotis.dicit glo. si ei confessus est quãdo eum examinauit.xxij.q.v.c.hoc,videtur.vel dicit glo.si sciebat quomodo,& ex quo Episcopus sciebat, hic ordinatus non tenebatur hoc ei dicere.ff.de act.emp. l.j.in fi.de regu.iur.reg.l.eum qui.li.vj. ¶ † Quæro secũdò quis probabit, an qui dicit Episcopum sciuisse, an qui dicit ignorasse.[a] gl.dicit ꝙ ille qui dicit scientiã, probare debet.ff.de probat.l.verius.lxxxij.dis.proposuisti.sed dicit gl.præsumptio est contra Episcopũ qui eũ examinauit,vel examinari fecit.xxiiij.di.quãdo Eps:quia ꝓsumitur ꝙ nihil omiserit de cõtingẽtibus.xj.q.iij.c.absit.& sic debet ꝓbare se ignorasse.dicit Host.ꝙ si vitiũ erat notoriũ,sciuisse ꝓsumit.s.c.ꝓxi.si manifestũ,idẽ si ipsum purgare nõ fecit in probationis defectũ.de pur.ca.c.accedẽs. Si aũt erat manifestũ,adhuc ꝓsumitur cõtra ipsum,vt dicit gl.tñ probabit ignorãtiã eò ꝙ ꝓbabit diligenter se inquisisse:& hoc nõ inuenisse.s.de elec.c.innotuit.quo casu ꝓbabit scientiã ꝓmotus.nã nõ ascribitur Epo si nõ diuinauit occulta:vt in.c.j.vt eccl.bñfi.posset em adeò esse occultũ ꝙ de facili nõ possit reperiri,vt not.s.c.j.qđ not. ¶ † Quærit gl.an fili⁹ presbyteri cui ecclesia paterna est collata eo ordinato cui est restituẽda ecclesia donec alius surrogetur:interim sit ꝑlatus,gl.dicit ꝙ sic.ff.de bo.pos. l.ij.in cõtrariũ est ꝙ ad tps nõ datur prælatura.lv.di.c.ꝑcepta.sicut nec hæreditas ad tps.ff.de hære.institu.l.hæreditas.sicut nec libertas.ff.de ma.testa.l.libertas.Gl.videtur dicere ꝙ sit ꝑlatus ex tacita dispẽsatione Papę,aliàs nõ esset ꝑlatus.& sic patet ꝙ solus Papa ad tps beneficia conferre põt.qđ bene no. Vñ dicit Hos.ꝙ cũ mãdato Papæ habeat eã,nõ poterat sibi auferri ab inferiore ex causa antiqua,sed bñ poterit priuari delicto de nouo superueniẽte:qa in illo nõ cẽsetur Papa dispẽsasse,de test.cog. c.ꝑtereà.facit qđ no.j.de offi.dele.c.sup eo.& de re iud.c. decætero. aliàs dicit cõmendatariũ posse ab illo q cõmẽdauit reuocari.de quo.s.de ele.dudũ.& vide de elec.c.nemo deinceps.li.vj.Host.finaliter dicit ꝙ non erit ꝑlatus, sed erit vt cõmẽdatatius ecclesię,nec interim ecclesia vacabit:interim tñ administrabit.de ele.c. cũ nobis. & vide quod no.in.d.c.nemo.de ele.li.vj. ¶ † Quæro an per literas ad vnũ Epm directas cũ hac clausula in pace dimittas donec aliqs fuerit bñficiũ legitimè cõsequut⁹: intelligat secũ dispẽsatũ vt possit in ecclesia ꝓuidere? Inn. ponit & non soluit.Ioan.Andr.dicit ꝙ sic allegat quod no.qui fil. sint legi.c.per venerabilem super verbo dispensatum. & ver.sed si vnus.secundũ Io.And.quia eò ꝙ dicit donec aliam fuerit assequutus,est eius intẽtio vt ea cõsequatur.

SVMMARIVM.

1 *Iuspatronatus quæritur per traditionẽ fundi in quo habet ædificari ecclesia.*

2 *Beneficium licet sit indiuiduũ quo ad titulum:tamen eius fructus possunt inter duos diuidi.6.*

4 *Patroni cõsensus non requiritur in prouisione superioris in qua principaliter non ordinatur, sed ex aliqua causa sic.*

5 *Testes dicentes talis dominus illius fundi: nõ reddũtur suspecti si fuit ille dominus: quia subintelligitur dictio quondam.*

CAP. VI.

PRoposuit. Gratiam cõtinet. In prima clerici supplicatio. In secunda gratiosa prouisio. Secunda ibi : Cæterùm.¶ Casus literalis. R.clericus à patrono præsentatus fuit ad ecclesiam de Sabel. Episcopus diocœsis noluit ei curam animarum committere eò quòd esset filius sacerdotis.Iste sic repulsus accessit ad Papam, dicẽs quòd esset in subdiaconum ordinatus. Rescribit Papa Episcopo,dicens quòd indignum est vt careat beneficio ecclesiastico qui in subdiaconum est ordinatus. Mandat Papa quatenus aliquem honestum presbyterum cum cõsensu illius clerici debeat inuenire qui ecclesiæ ipsi deseruiat.ita quòd præfatus.R. habeat medietatem omnium bonorum ipsius ecclesiæ:quoniam solus presbyter missarum solennia vel alia officia sine clerico non potest celebrare.B.¶ † No.primò quòd traditione fundi in quo ędificetur ecclesia quæritur iuspatronatus.[b]¶ No.ij.effectum institutiõis authorizabilis:quia beneficiato tribuitur cura animarum. ¶ No. iij.ꝙ illegitimus carẽs executione,& etiam irregularis ad sacros ordinatus non debet beneficio carere:& ex quo iam promotus est,sibi est de beneficio prouidendum:ad hoc.s.c.proxi.& de temp.ordi.c.vel non est compos.¶ No.iiij.quòd vicarius ab Episcopo est constituendus in ecclesia curata,de consensu tamen principalis rectoris.Et no.quòd sicut principalis curatus debet esse presbyter. de elec.ca. cum in cunctis.ita debet esse presbyter principalis vicari⁹ ꝑpetuus. ad hoc cle.j.de offi.vic.Et no.quòd tali debet dari sufficiens portio.¶ † Et no.quòd licet beneficium sit indiuiduũ quo ad titulũ.de præbẽ.c.tuæ.&.c.maioribus.&.c.dilecto. & ca.vacante.fructus tamen redituum ex causa possunt inter duos diuidi.¶ No.v.quòd quilibet presbyter tam in solennibus missarum,quã in diuino officio eget adiutorio clerici.debet ergo beneficium constitui saltem pro duobus sufficiens.Et no.quòd clericus debet sustentari de reditibus rectoris.& videtur ꝙ de iure debet habere dimidios fructus:licet non probetur necessariò:quia nõ erat hic ex toto clericus. ¶ Not. ꝙ licet illegitimè natus non de facili est dispensabilis ante ordinationem:si tamẽ iam sit ordinatus, faciliter dispensatur in ordinis executione quã habet in facultate beneficij percipiẽdi. ¶ Op. quòd presbyter qui præficitur ecclesiæ debeat de cõsensu patroni institui:& non sufficit consensus clerici. lxiij. di.c.principali.Sol.ad intellectũ huius.c.duo sunt vidẽda:vt vult gl.Primò an hic filius sacerdotis sit principalis prȩlatus an presbyter.Secundò erit videre quomodo potuit hic præsentari absq; consensu patroni.¶ Ad primum vna fuit opi.Pe.hispani quòd filius sacerdotis esset principalis prælatus,& sacerdos erat seruitor ecclesiæ, qđ patet qa de eius consensu eligẽdus est presbyter.Huic obuiat,quia ex quo erat filius sacerdotis,de iure non poterat habere ecclesiam.Solut.dicit glos.quòd hoc fuit ex dispensatione Papæ:& puto quòd hæc dispensatio sit de bitæ de iure:quia eò quòd est sacerdos ordinatus & ad ecclesiam præsentatus non est æquum quòd sit absq; beneficio.Ideò dispensandum est secum nõ solùm ordinis executione in quo est,sed etiam vt possit obtinere beneficium etiam cui maior est annexus ordo , dummodo illi deseruiat per alium,vel fortè habebit etiam de iure sine dispensatione:& dato quòd non possit habere beneficiũ per viã gratiæ, habeat tamẽ ꝑ viã iustitiæ.Hanc opi.s. ꝙ filius sacerdotis sit principalis prælatus:tenet Innocẽ. &

SEB. SAPIA

a ¶ Ignorasse.ꝙ in dubio prȩsumat ignorãtia not.do. Alexand.in.l.admonẽdi.in.iij.no. ff.de iureiuran.& gloss.in cap.si diligenti.in ver.bonafides.j. de prȩscript .hoc tamen non ꝓcedit in eo qui ex officio tenetur inuestigare. vt nõ. do. Abbas. in.c. quosdam. in fin. de ꝑsumptio. vbi per Felin. in ver.quintò est aduertendum. colũ. fin.& quomodo præsumatur sciẽtia vel ignorãtia, tradunt canonistæ.in.c.ij.s.de cõsti. vbi latè & Feli.& Dec.

ZACHARISAS.

b ¶ Quæritur iuspatronatus. Hoc est indistinctè verum in laicis vt ꝑ glo.xvij.c.quæst. vij.c.piæ mentis. & iste in.c.ad audientiam. lo. j. j. de eccl.ędi. Et an si ecclesia cõstruatur siue per matricẽ ecclesiã, aut aliã quanuis, vel rectorem siue laicum,an quæratur iuspatronus ecclesiæ in qua cõstructa est? & dic ꝙ sic, propter solũ in quo construitur,ita not.iste in alle.c. ad audientiam.el.j.pro quo est glos.no.xij.q. q. ij. apostolicos. quam ad hoc allegat.

Anto. Francis.

¶ Qũo quęratur iuspatronatus,vel laico ecclesię ratione soli , vel fundi,vel rõne ædificatiõis,aut alia ratione. vide q plenè scribuntur per domin. Abbat.& Docto.& ibi etiã plenè dixi in rubric.de iurepatro.

SBB. SAPIA.
a ¶ Comprehendatur. Vide text. in.l. in annalibus C. de lega. & scribentes in.l. qui liberis. §. hæc verba. ff. de vulg. & pup. qui text. videntur contrariari. & ibi docto. ponunt concordiam: & etiam ꝙ appellatione hęredis veniat primi, an verò cōprehēdantur omnes vsq; in infinitū latè tradit Bart. & Ias. in.l. gallus. §. etiā si parente. ff. de liber. & posthu.

ZACHARIAS.
b ¶ Hæres in infinitum. Vide glos. Bar. & do. in.l. ex facto. §. si. ff. ad trebel. Bal. in.l. liberti. col.x. & xv. C. de oper. liber. Io. de imo. in.l. ex facto. la grande. ver. vlterius vltra prædicta. ff. de hæredi. instit. plenissimè per Alex. in.l. quædā. §. nihil. ff. de eden. & consil. lxxxviij. volumi. iiij. & consil. cvj. volu. j.

Anto. Francis.
¶ Qui veniant appellatione hæredum an soli filij, vel etiam extranei. vide Bald. & Pau. de cas. in.l. antiquitas. C. de vsus. & Bar. in.l. j. C. de condi. inser. & in.l. j. in. §. vbi autem versi. ex hoc apparet. C. de cadu. tollen. idē Bal. in. §. si clientulus. de alie. feu. & vide per Ale. in.l. quædam. in. §. nihil. ff. de edēd. vbi dicit ꝙ appellatione hęredū veniūt soli filij. in his quæ secū dum naturā non transeunt nisi ad filios. l. pro hęrede. in. §. si quid tñ. vbi etiā p Barto. ff. de acqr. hære. & ita procedunt quæ dixit Alex. in cō filijs hîc alle. & vide Bar. in.l. vnica. C. si liber. imperi. soci. sine hærede decess. li.x. & vide Bald. in.l. penulit. C. de lib. & eorum liber. vbi dicit ꝙ

dicit ꝙ sacerdos erat tēporalis vicarius, supplēs ꝙ ille nō poterat: & secundū hoc videtur hîc casus, ꝙ absq; consensu patroni possit Episcopus præsentare aliquē in vicarium cā immittere. ¶ Secūdus est intellectus & opi. ꝙ hîc subdiaconus erat clericus, & sacerdos erat prælatus: æqualiter tamē diuidētes reditus inter se. & hæc opi. patet ex litera in fin. ibi: *solus presbyter.* & ibi *sine ministri suffragio &c.* secundū hoc ad literā, quę dicit hūc pręsentari de cōsensu clerici: subaudi & patroni. nā aliās pſentandus non esset absq; cōsensu isti⁹ & dicit Phi. hoc seruari in plurib⁹ ecclesijs, in quib⁹ nullus habet prælaturā super aliū vbi plures sunt, & vnus tantū habet principaliter ecclesiæ titulū. ¶ † Quia ecclesię nō pōt esse pluriū. vij. q. j. c. in apibus. xiij. q. j. c. j. xxj. q. ij. c. sicut Host. dicit ꝙ hæc fuit quędam papalis prouisio quā Papa facere voluit qui nō solū ecclesias, sed etiā Episcopatus pōt diuidere & vnire. de excess. pla. c. sicut vnire. Vñ isti duo insolidū habēt istam ecclesiā seruiendo in suo ordine, vt patet ex litera: sacerdos circa sacerdotalia. de corpo. vitia. c. significauit. & clericus coadiuuādo in suo ordine. & fortè nō expressit presbyterū rectorē: ne fortè intumesceret cōtra clericum. xj. q. iij. c. illud. & assensum clerici requiri, ne soci⁹ detur inuito. ff. pro socio. l. actione. §. societas. & l. qui admittitur. lxvij. d. c. j. & per talē cōsensum præsumitur minus de discordia quā inducere solet cōio. & similiter fortè nō fecit subdiacono ampliorē gratiā. neq; vt per se ecclesiā regeret & ad superiores ascēderet, qa fortè latēs causa suberat quæ nō permittebat ipsum salua cōsciētia promoueri. vt. s. de æta. & quali. c. quæris. cōsensus verò patroni secundū eū nō requiritur, quia peccauit præsentādo indignū. & sic hac vice priuatus est potestate eligēdi seu præsentādi. de sup. neg. pla. c. ij. & c. si. hoc tenet etiā hîc Inn. sed dicit ꝙ benefacit superior restituere ptātem ad se deuolutā tali pſentatione de indigno facta laico: quia non sunt ita experti in negotijs ecclesiasticis. ¶ † Tu in hoc tene quòd no. de offi. ordi. c. cū vos. per quod hoc dictū redditur falsum. Ideo dic ꝙ nō exigitur consensus patroni, quia hîc erat quædam prouisio superioris, in qua non principaliter ordinabat ecclesiā: sed ex causa dabaf vicarius: vt est dictū. ¶ † Op. ꝙ hic pſentās nō esse dominus fundi cōtra literā: ex quo ecclesia quæ in fundo suo constructa erat pdiderat dominiū fundi. x. q. j. c. sic quidā. c. nouerint. Sol. dicit Phil. ꝙ dñs est quodā: desijt enim esse dominus per cōstitutionem ecclesiæ: quod no. pro testibus. ¶ † Op. ꝙ beneficiū diuidi nō debeatur de præbē. c. tuæ. & c. maioridus. Sol. dicit Host. ꝙ de gratia fuit hîc: nā de iure prohibitū est. & facit pro sententijs rusticorū. de parochijs. c. j. de offi. custo. c. j. puto quòd hîc non diuidatur beneficium quoad titulum sed solùm quo ad reditus. ¶ Gl. inducit decre. in ar. quòd ecclesia dedicari non debeat, nisi tot reditus assignetur quòd duobus sufficiant: allegat concordantias. ¶ Vltimò inducit decre. Ioā. Ad. pro æqualitate beneficiorum, quòd vbi est clericus & pſbyter in ecclesia, tantū habeat clericus sicut presbyter in & remittit ad no. de maio. & obe. c. statuim⁹. & si clericus inuadat totum. vide quod no. glo. j. de præben. ca. eum q lib. vj. vide quod no. de consti. c. cùm oēs. Ant. de but.

SVMMARIVM.

1 *Præsentatio facta de inhabili potest per Episcopum repelli.*
2 *Filius sacerdotis quo casu potest promoueri ad ecclesiam olim patris sui.*
3 *Successio hæreditaria tam in secularibus quā in ecclesiasticis beneficijs est reprobata.*
4 *Hæredis appellatione, an veniant vsq; in infinitum?*
5 *Vitium defuncti an & in quem successorem transeat?*
6 *Beneficium vni ex consanguineis collatū: pōt eo mortuo alteri consanguineo conferri.*

CAP. VII.

Ex transmissa. Filius præesse potest ecclesiæ cui pater præfuit extraneo mediāte. Primò ponit querelam. Secundò prouidet & soluit obstaculum. Secūda pars ibi: *Ideòq;* ¶ Casus literalis. Abbas de castris præsentauit. V. Archiepiscopo Cātuariē. ad ecclesiam de. H. sed Archiepiscopus eum recipere noluit: eo ꝙ pater eius in ipsa ecclesia ministrauit media interueniēte persona. Mādat Papa eidē Cantuarieñ. quatenus si est ita, prędictū. V. ad eccelesiam prædictā admittat nō ideò minus obseruato apostolici rescripti decreto: quod in ecclesia Dei successionē hæreditariā detestaf. Ber. ¶ † No. primò ꝙ præsentatū inhabilem potest Episcopus, cui facta est præsentatio, repellere. ¶ No. ij. practicā admittendæ præsentationis: quia sufficit dicere talē præsentatum recipimus: quod no. pro instrumēto dictādo, vide de iure pa. c. fi. vbi tex. & gl. ¶ † No. iij. ꝙ intitulatione medię personæ inter patrē defunctum & filiū purgatur vitium inhabilitatis filij ad ꝓmotionē ecclesię paternę. ¶ † No. iiij. vnā causam ꝓhibēdi ne filius in ecclesia paterna ministret. s. ne notef successio hæreditaria in ecclesia Dei. vnde reꝓbatur successio hæreditaria in ecclesiasticis beneficijs sicut in secularibus. s. de elec. capi. venerabilem.

¶ Op. inuitur quòd appellatione hæredis immediatus comprehēdatur.[a] contra. ff. de ver. sig. l. sciendū. C. de hære. insti. l. vlt. Sol. dicit gl. ꝙ regulariter appellatio hæredis cōprehēdit hæredē in infinitū nō proximū tantùm: vt. d. l. sciēdū. cōtraria sunt specialia. dic ꝙ appellatiōe hæredis cōprehēditur hæres in infinitū: [b]sed hîc prohibet lex filium vt hæredem: vnde in ecclesia in infinitū non admittef vt hęres: sed prohibet filium post patrem instui, ne exterius notetur successionis suspitio, q̃ cessat si aliquis est medius. ¶ † Op. secūdò ꝙ etiā altero dato medio nō possit promoueri filius sacerdotis: quia est illegitimus: vt j. c. fi. Sol. intellige quòd hîc promotus erat legitim⁹, & secūdū hoc cessat cōtra. Si intelligis quòd erat illegitimus: dic: ꝙ dispensatio. ¶ † Opo. ꝙ vitiū trāseat ad hæredē. ij. q. j. c. i primis. Sol. quædā sunt vitia realia, & hæc trāseūt ad successorē: vt. l. vitia. C. de acqu. pos. de resti spo. c. sæpe. ff. de cōdi. fur. l. q furtū. & l. fin. ff. depo. l. j. §. si rē. quędā personalie: & hæc nō trāseūt in singularem successorē: vt dolus & cōtumacia. ij. q. j. c. in primis. j. q. j. c. cito turpē. ff. de hære. vel act. vē. l. vēditor. In vniuersale verò trāseūt. ff. de diuer. & tēpo. præscri. l. an vitiū. & l. cùm hæres. Dic ꝙ hæc decre. nō negat vitiū nō transire, nec dicit vitiū trāsire: sed bene dicit ꝙ vitiū quod causaretur in persona filij propter intitulationē pcedentē defuncti tollif p mediā personā extranei. ¶ Op. ꝙ media pſona nō tollat vitiū. ij. q. j. c. in primis. Sol. quādoq; tollit ex toto: vt hîc. qñq; attenuat tm̃ vt ibi. ¶ † Quęro an vitiū quod causatur. ex isto titulo habeat locū in ascendētib⁹ & collateralib⁹, vt sicut qs filius nō pōt habere ecclesiam patris: sic nec pater ecclesiā filij, vel frater frastris? videtur ꝙ sic: qa in quolibet notaretur successio: ergo &c. ad hoc. viij. q. j. c. apostolica. ff. de inoff. test. l. nā & si parētibus. & l. seq. & in auf. vt cū de app. cogn. §. aliud. quoque Ala. Vinn. & Phi. dicunt contra. Ioannem Andreæ in capi. apostolica. quia pœnæ. & c. vt in regula in pœnis. de regu. iur. lib. vj. & quia quod non est sanctorum patrum &c. ij. q. v. c. cōsuluisti. & de transla. præla. cap. inter. vt vides Io. And. residet in hac opi. Hostien. tenet primam, & in ipsa recitando residet Archi. in. d. c. apostolica. Puto veram opin. Io. And. quòd ex quo non apparet prohibitum admittantur quia hic titu. exorbitans est. ad hoc j. e. capitul. ad extirpandas. Quæro quid si ecclesiæ patris & filij sunt vnitæ propter ipsarum tenuitatem, an altero cedente vel decedente superstes in vtraque ministrabit? Hostien. dicit quòd sic. arg. literæ: quia tūc nō ex vi succe

vi ſucceſsionis,ſed ex vi vniõis adminiſtrabit: niſi in fraudem canonis eſſet facta vnio. Idẽ Vincen.j.c.penul. æquũ tamen eſſet vt in ſua antiqua filius miniſtraret,& in vnita per vicarium.& dicit quòd Clemens ad cautelã diſpẽſauit ſecundum Vincen.& Hoſt. Ant.de but.

SVMMARIVM.

1 *Filius ſacerdotis poteſt præeſſe illi eccleſiæ in quam pater ſine titulo miniſtrauit.4.5.vide.j.c.proxi.in.ij.not.*

2 *Libellus in poſſeſſorio nõ vitiatur,ſi in eo aliquid de proptrietate tangatur.*

3 *Poſſeſſorium recuperandæ eliditur per exceptionẽ defectus proprietatis.intellige vt.j.nu.7.10.11.12.*

5 *Intitulatus quando alius dicatur in aliquo beneficio?*

6 *Poſſeſſorium recuperãdæ datur non ſolùm ad rem principalem, ſed etiam ad fructus.*

8 *Solennitas extrinſeca præſumitur quando de ea non refricatur in dubium.*

9 *Titulus præſumitur ex antiqua poſſeßione.*

13 *Spoliatus antè,quã reſtituatur nõ debet replicare de proprietate.*

CAP. VIII.

1 Conſtitutus. ¶ † Filius prȩeſſe poteſt eccleſiæ, in qua pater ſine titulo miniſtrauit.h. d.j. quȩſtio. ij.prouiſio ibi:*fraternitati.* ¶ Caſus literalis. Quidã clericus.G.nomine quãdã capellã canonicè fuit adeptus vt dicebat: & eã pluribus annis poſſedit quietè. Tandẽ.R.miles ipſum ſpoliauit eadẽ, propter quod clericus apud ordinarium depoſuit quæſtionem : obiectum fuit ei quòd pater ius in capella miniſtrauit eadẽ. propter quod capellã nõ potuit rehabere: vnde ipſe conqueſtus eſt domino Papæ:dicẽs ꝙ pater eius,nec perſona,nec vicarius perpetuus fuit in ipſa capella: licet aliqñ ſtetit ibi:ſed nullũ ius habebat in ea.Mãdat Papa Epiſcopo Vigoreñ.qnatenus ſi conſtiterit ei ꝙ dictus clericus à prædicta capella fuerit per potentiã laicalẽ eiectus, & ꝙ pater eius nõ fuerit perſona,vel perpetuus vicarius in ipſa,licet quãdoq; miniſtraſſet ibidẽ noĩe prædicti.G. faciat eam ſibi reſtitui cũ fructibus pceptis. ¶ Not.primò 2 non vitiari libellũ in poſſeſſorio quanquã in eo aliquid de proprietate narretur:imò & aliquando prodeſt etiã antiquã allegare poſſeſsionẽ:vt hîc &.d.c.licet. ¶ † Not. 3 ſecũdò ꝙ agẽti poſſeſſorio recuperãdæ admitti videtur exceptio cõcludẽs defectũ ꝓprietatis ex parte agẽtis poſſeſſorio,licet nõ fundet intentũ poſsidẽtis:& ſic videtur ꝙ in beneficialibus exceptio includens defectũ tituli admittatur,& repellat agentẽ recuperãdæ:& ſic videtur ꝙ in talibus abſq; titulo non poſsit dari poſſeſsio.quæ pariat poſſeſſoriũ.de quo de reſtitu.ſpo.c.in literis. &.c. ex parte. ¶ † No.tertiò argumentũ ꝙ ſolũ miniſtrare in ec- 4 cleſia non repellit filium in illa principaliter intitulari. 5 ¶ † Not. quartò limitatiouẽ totius tituli.& quod dicit patrẽ miniſtraſſe ĩ eccleſia repellere filiũ ne in illa valeat intitulari.eſt verũ quãdo in ea intitulat⁹ fuit pater:ita ꝙ miniſtrauit ratione tituli:ſecus ſi aliâs nõ intitulatus miniſtrauit. Et no.ꝙ intitulatus dicitur habẽs vicariã perpetuã.de quo de fide inſtru.c.G.perpetuus.per do.vel etiam habẽs rectoriã:ſecus ergo ſi ſit vicarius tpalis.& ſic eſt apertus caſus ꝙ vicarius tẽporalis nõ dicitur intitulatus ¶ † No.vltimò ꝙ datur poſſeſſoriũ nõ ſolũ ad prin- 9 cipale beneficiũ:ſed etiã ad fructus. Et no.ꝙ in eccleſia filij pater clericus põt vicarius conſtitui,& in illa ſoli põt adminiſtratio concedi. ¶ Videtur ꝙ probare debeat opponens patrem fuiſſe vicariũ perpetuũ & intitulatũ: & hæc erat excipiẽtis intẽtio:& tamẽ tex.dicit niſi probauerit ꝙ nõ fuerit &c.dic ꝙ probabit agẽs poſſeſſorió nõ verè intitulatum,eò ꝙ non probabatur. C. qui mili.non poſ.l.ſuper ſeruis.lib.xij.& de his quæ fiũt à præla.capi.j. 7 ¶ † Opp.primò ꝙ nõ repellatur agẽs hîc poſſeſſorio,etiam dato ꝙ opponatur ꝙ pater ibidẽ vt intitulatus miniſtrauit:vt patet.quia agenti poſſeſſorio nõ obſtat exceptio proprietatis.vt de reſti.ſpo.c.in literis.Sol. dicit gl. quòd hîc agebatur poſſeſſorio & peritorio ſimul:ideò obſtat exceptio proprietatis.arg.de ordi.cogni.c.cũ dilectus.& quod no.de cauſa poſ.& proprieta.c. cũ dilectus. &.c.cũ eccleſia ſutrina.Quòd ageret peritorio apparet, quia narrat ſe legitimè ĩſtitutũ, ſeu canonicè: quæ verba petitorio proportionantur, & nõ ſoli poſſeſſorio : aliâs ſecundũ gl.ſi ſimpliciter petijſſet ſe reſtitui,fuiſſet reſtitutus ſine cognitione tali.hoc non placet Hoſti.per verba reſponſionis:quia mãdat inquiri tantũ an fuerit electus & non mandat inquiri an ſit canonicè inſtitutus.ad hoc quia in fine mãdat reſtitui pceptos fructus.quod gl. de percipiẽdis intẽlligit, quod propriũ eſt poſſeſſorij.de reſt.ſpo.c.grauis. ¶ Secunda eſt lec.ꝙ hîc agebatur petitorio tantũ & nõ poſſeſſorio.& ſecundũ hoc qũo huic adiudicabitur eccleſia ex quo nõ ꝓbauit canonicã inſtitutionẽ nec ſit legitimus:dicit Inn. ꝙ loquitur de diſpenſatione.vel nõ referebatur de hoc.q.ſ.de canonica inſtõne: ideo eò ꝙ poſſedit lõgiſsimo tẽpore præſumiť ꝙ canonicè ſit inſtitutus.alle.C.q mili.nõ poſ.l. ſuper ſeruis.li. xij. 8 & de his quæ fiũt à præla.c.ea noſcitur. ¶ † Not.intellectum huius.c.vt extrinſeca ſolẽnitas prȩſumatur quando de ea nõ refricatur in dubiũ.i.nõ reuocatur.vide Cõp. q 9 idẽ dicit de cõſuetu.c.cũ dilectus. ¶ † Not.dictũ hoc, ꝙ etiã vbi principaliter agiť in iudicio ex poſſeſsione præſumitur titulus[a] quãdo eſt antiqua, & de titulis nõ replicatur[b] quæſtio.i.nõ vertitur in dubiũ per reũ, ſed opponitur alia exceptio:vide quod no.de præſump.c.illud.& vide qđ dixi de reſti.ſpo.ſæpe.& quod Barto.ſcribit.ff.de 10 condict.inſti.l.quidã in ſuo. ¶ † Vel dic tertiò & iſte eſt planior intellectus, quòd hîc agebať poſſeſſorio recuperandæ,& cõſtabat notoriè iſtũ fuiſſe filiũ ſacerdotis. vel opponebatur exceptio vt notoria:licet de hac nõ cõſtaret Papæ:qa tantũmodo admittebat: quo caſu exceptio notoria admittiť inquãtu.eſt legitima:inquãtũ,nõ repelliť:vt ſi pater fuit ibi vicari⁹ ppetuus,admittiť:aliâs repellitur.nã tali poſſeſſorio obſtat exceptio de facto ꝓprietatis notoria,& etiã reſtitui nõ debet:qa ſine pctõ eccleſiã tenere nõ poſſet.de diuor.ſignificaſti. qđ dicit eſſe verũ, ſiue ſit notoriũ facti euidẽtia,ſiue p cõfeſsionẽ,ſiue p ꝓbationẽ iudicialiter factã.Et põdera,qa ſufficit exceptionem cõcludere defectũ ꝓprietatis, licet nõ fundet intẽtum cõuenti cui⁹ cõtrariũ no.gl.in.c.ad decimas.de reſti. ſpo.in.vj.quaꝓpter iſta reuocat Io.an.in addi.Spe.in ti.de reſti.ſpo.ſup ru.Sed tu dic ꝙ dictũ Inn. eſt verũ in beneficialib⁹.dictũ gl.eſt verũ in alijs iurib⁹ vel reb⁹, & eſt cã, quia in alijs iurib⁹ eo ꝙ poſsideo,iuſtè poſsideo,quanquã ex toto deficiã in ꝓprietate.In bñficialib⁹ nõ: qa talia teneri nõ pñt ſine canonica inſtitutione: vt patet in pria re- 11 gula iuris.cũ cõcor.ſuis in ſexto. ¶ † Terti⁹ intellect⁹ eſt ver⁹,ꝙ cõtra agẽtẽ poſſeſſorio ob. exceptio notoria defectus proprietatis agẽtis:quod dicit verũ,ſi cõſtat diſpoſitione iuris,ſiue euidentia facti ſiue per cõfeſsionẽ, ſiue p euidentẽ probationẽ ꝙ eſſet illegitimus:vel ꝙ pater miniſtrauit in ea intitulatus, denegaretur ei reſtitutio:niſi cõtra tale notoriũ aliquid rationabile opponeretur,& ꝓbaret eũ ſine peccato eccleſiã nõ tenere.ad hoc de diuor. c. ſignificaſti.ff.quo.leg.l.j.§.redigũtur.ff.de doli excep.l.dolo.In dubio nõ ob.exceptio antè, quã reſtituať. & vide de reſti.ſpo.c.itẽ cũ qs.&.c.ĩ literis &.c.ex pte.vide gl. in cle. 12 j.de cau.po.in gl.fi. ¶ † No.iſtud dictũ in quo apertè Inn. cõcludit ꝙ exceptio notorij defect⁹ ꝓprietatis obſtat agenti poſſeſſorio recuperãdȩ,qđ eſt verũ etiã in notorijs nõ ſolũ diſpoſitionis,ſed cõfeſsionis ꝓbationis:quanquã Io.An.in ru.de reſt.ſpo.in addi.Spe.reꝓbet gl. quã poſuit in.c.ad decimas,de reſtitu.ſpo.li.vj.vbi glo.dicit ꝙ ita demum exceptio notorij defectus repellit agentem: ſi excludat intentum agentis in proprietate, & concludat

nomen hæredis intelligitur de filio. quia ſecundum cõmunem vſum loquendi ita accipitur: de quo etiam habetur in.c. in pſentia. de probat. & vide eundem Alexand. in.l. qđ dicitur.in.vj.char. de verbo. obli. & etiã in fideicommiſsis appellatione hæredum non veniunt extranei: vt per Bartol.in.l. gallus.in.§. etiam. de libe. & poſthu. & per Bald. in capitul. j. de natura ſuc.feud.& vide p Paul. de caſtro. in conſi.clxxvj.&.cxxxvij.&. cxxxiij.credo tamen ꝙ in hoc multum ſit conſideranda mẽs ipſi⁹ teſtatoris ex verbis in teſtamẽto prolatis, an veniant primi hæredes, an etiam vlteriores in infinitũ. & maximè quando eſt ſubſtitutũ monaſterium, vel pia cauſa in defectum hæredum:ſecundum ea, quæ plenè traduntur in dicto capitul.in præſentia. & per Bal.in dicta.l. pro hærede.in.§. li qd tamen.ff. de acquiren.hæred.

ZACHARISAS.

a ¶ Præſumitur titulus.ita no. Guli. de cu. in.l. ſi quis emptionis. & ibi remiſsimè in addi. Celſi ad ipſum. C. de prȩſcr.xxx. anno. Pau.de caſtro. conſi.cccij.inci.In cauſa ſpectabiliũ virorum. & Alc. conſil.ciiij.vol.iiij.

SEE B.SAPIA.

b ¶ Nõ replicatur. Vide glo. in capi. dilectio tua.in verbo offerre. xvj. quæſtione.iij. quæ dicit quòd ſi quis probat curſum tẽporis requiſiti ad præſcriptionẽ & allegat titulum, pſumitur titul⁹ ex curſu temporis : ſed iſtud non eſt verum indiſtinctè. vt patet ex no. per Bart. in.l.cùm de in rẽ verſo. col. iij.ff.de vſu.p Andrę.Siculũ in cõſi.

xlj. incip. illud afferam. col. xj. in. j. volu. & ideò pro resolutione vide latißimè per Moder. Taurinenses in tract. præscriptio. in prima par te tertię partis pri cipalis. quæstion. decima.

a ¶ Morte concedentis. Adde vidẽdum quod voluit Federic. consil. lxxix.

ZACHARIAS. ¶ Tu dic ꝙ in ꝑalle. cons. Fede. nõ multum facit ad rem nostram. Sed tu dic melius post Car. in clement. fi. in. v. q. de rescrip. ꝙ gratia data de beneficio vacaturo expirat morte concedentis. Sec⁹ in gratia de beneficio vacante: nec omitto quòd gratiam expectatiuã solus Papa potest facere. & non inferior. vt not. in. c. ij. j. de conces. præben. Itẽ solus rex in beneficijs regalibus dum tamen in tra mensem accepetur. not. pręal. le. Car. in cle. j. de cõces. præb. & Ludo. ponit. in sing. in ver. gratia. Anto. Franciſc. ¶ An gratia ad beneficium vacãs vel vacaturum expiret morte concedentis? vide Io. an. in. c. cùm ex eo. de ele. lib. vj. Et adde quòd ex sola acceptatione beneficij non iudicatur cõsumpta gratia expectatiua, si aliter non probetur collatio. vt per Io. an. in. c. cùm in multis. de rescript. lib. vj. & per glos. j. ca. j. & in cap. ne captandæ. de conces. præben. eod. lib. & cõtra quem debeat agere ille qui impetrauit gratiam ad proximè vacaturum, si illud fit alteri collatũ. vide per Ioan. an. in. cap. dilectus. eleg. ij. de præben. & an acceptatio beneficij factam per habentem gratiam expectatiuam

intentũ excipiẽtis. & hæc sunt verba sua. Soluã illa in repetitione capitu. in literis. de restit. spol. ¶ Tertia sol. est ꝙ hîc volũtariè obtulit se ad probandũ de ꝓprietate, & commisio sic facta fuit: ideò mos ei gerendus est. de restitu. spoli. c. j. & fortè ad hoc induxit eũ Papa ex quadã æquitate tollẽdi circuit⁹: qa eo casu etiã restitutus breui manu amoueret. ar. j. de acc. c. ad petitionẽ. & fortè clericus bene cõfidebat de iure suo, quod bene no. ¶ † Ponunt aũt doc. duas practicas replicationis ab agẽte possessorio cõtra opponentẽ de proprietate. prĩa dicet non respõdebo nisi de possessione fuero restitut⁹. sicut dicit Inn. Hos. dicit ꝙ dicet nõ rñdebo de ꝓprietatẽ quousqꝫ &c. dicit Io. And. ꝙ vtraqꝫ est bona. Aduerte tamẽ ꝙ nõ videt se offerre probare proprietatẽ, licet illã narret in libello, dũmodò cõcludat ad solũ possessoriũ, qa libellus cognoscit penes modũ cõcludẽdi, nõ narrandi, vt est casus. de foro compe. ex parte. B ¶ Not. verò gl. sequentes. & illam maximè quæ dicit quòd vicarius temporalis nõ habet titulum.

SVMMARIVM.

1 *Filius sacerdotis an poßit per episcopũ dispẽsari vt teneat ecclesiam paternam?*

2 *Diuturnitas tẽporis probat causã in facilius disponendo. 3.*

4 *Gratia cõcessa alicui per principem, an expiret morte prĩcipis si ille cui est pacta cõceßio cœpit vti gratia in vita cõcedẽtis?*

CAP. IX.

Ex tua. Si is cui cõcessum est à Papa ꝙ posit dispẽsare cũ filijs sacerdotum circa ecclesias paternas immediatè tenẽdas, cũ aliquo dispẽsauerit: ille ꝑ literas iustitiæ cõtra eũ ꝑpstea impetratas remoueri nõ poterit. h. d. In prĩa cõsultatio. In secũda rñsio ibi: *super quo.* ¶ Casus literalis. Archiepiscop⁹ Eboraceñ. obtinuit à dño Papa indulgẽtiã vt posit dispẽsare cũ filijs sacerdotũ vt remanere posint in ecclesijs, quas patres eorũ nullo modo habuerũt, dũmodò essent bonæ vitæ, & opinionis vel lõgo tpe ecclesias tenuissent dispẽsauit cũ aliquib⁹ talium: post istã dispẽsationẽ quidã ad iudices impetrauerũt literas à Papa vt si cõstaret ꝑdictos cũ qbus fuerat dispẽsatũ, esse filios sacerdotũ vel clericorũ, qui priò ante illos ecclesias tenuerũt: imponerẽt illis silẽtiũ: & ecclesias illas illis ĩpetrãtib⁹ asignẽt: tacita veritate de pręmissa dispensatiõe: Archieps cõsuluit dominũ Papã vtrũ ꝑ illas literas dispẽsatio sua debeat reuocari? Respondet Papa ꝙ si ꝑ priores literas cũ aliqbus dispẽsauit, dispẽsationẽ illam nõ vult per posteriores literas irritari. In fine ꝓhibet Papa clericos laicalis donatiõis intuitu in ecclesijs sine authoritate Episcopi sui institui: & institutos percipit remoueri. Berñ. ¶ † No. primò argumen. prò & cõtrà: quòd Episcopus potest dispensare cum filio sacerdotis vt teneat ecclesiam paternam: quod facit. quia hîc simpliciter conceditur dispensatio: ergo Episcopis permissa: vt. s. de tempo. ordina. c. dilectus. In contrarium est: quia hæc dispensatio à Papa specificè permittitur. ¶ Præmitte ergo pro euidentia cap. quòd aliquis ex impetrantibus impetrauit contra illos cum quibus dispensatum fuerat. alij contra illos, cum quibus dispensatum non fuerat. Item quòd aliqui ex impetrantibus ante impetrationem fuerũt instituti à diœcesanis: aliqui per potentiam laicalem. Modo quo ad omnes papa respondet. Item præmitte quòd secundum vnum intellectum isti impetrantes erant rei, quia molestabantur à filijs presbyterorum super ecclesijs eis collatis quas iam intrauerãt. Circa verbum quod ponitur in *silentium.* stat propriè. & verbum *asignet.* debet intelligi. s. adiudicãdo scdꝫm aliũ intrauerãt: & tũc nõ stat ꝓpriè *silentiũ &c.* & tũc debet intelligi ꝙ eos remoueant, & alijs conferant, & sic asignent se conferendo. ¶ Not. secundò quòd prohibitio ne filius succedat in ecclesia paterna, intelligitur de immediata successione. ¶ † Not. iij. quòd diuturnitas temporis quandoqꝫ inducit causam in facilius dispensando. ¶ Not. iiij. ꝙ iræ impetratæ super ecclesia de iure communi ab alio illegitimè obtenta, valet non facta mentione de dispensatione. ¶ Not. v. quòd nõ valent literæ speciales secũdò impetratæ derogãtes generalibus, per quas ante impetrationem secundarum est ad specificationem deuentum: ad hoc. de rescr. c. pastoralis. §. j. Ad specificationem maximè quando primæ cõferunt gratiam respectu potestatis conferendi principaliter, & in consequentiã eis, in quibus prouideri debet. ad quod de præb. c. quãuis. lib. vj. ¶ No. vj. laicũ non posse habere authoritatẽ instituẽdi in ecclesijs. & quòd authoritate laicorũ instituti ab ecclesijs sunt amouẽdi, quasi illegitimè teneãt. ¶ Opp. ꝙ hîc nõ fuerit cõsultatio, sed fuerit dispẽsatio, de qua fit mẽtio in primis literis. & per cõsultationẽ ius cõe ostendit: hæc aũt fuit dispẽsatio: vt patet ex eo quod. j. e. dicit dispensasti. gl. fatet cõtrariũ: dicit Io. an d. ꝙ ꝑ hoc nõ patet ꝙ literæ fuerunt dispẽsatiuę: quia potuit authoritate propria dispẽsare: sed patet ꝑ illud verbũ literas priores &c. etiã ꝑ illã lrã. Et etiã est de mẽte gl. p3 ꝙ cũ filijs presbyterorũ vt obtineant ecclesiã, nõ dispẽsat nisi papa. Host. q. tenuit cõtrariũ exponit ꝑ literas priores. i. ponit literas priores, vel dicit quòd est subaudiendũ maximè. & quòd põt Eps suo iure dispẽsare. Io. an. tenet primũ. nec obst. si dicat ꝙ necessariæ fuerũt hîc literæ papæ quo ad ꝓuinciales & nõ quo ad diœcesanos. qa nõ patet ex litera: ꝙ quo ad ꝓuinciales dispẽsauerit. & vide de hac opi. j. eo. c. j. rn. li vj. & dicã. j. c. fi. & hoc tenet. Dicit tñ Host. hîc sup. tex. *necesitate vrgente.* ꝙ cũ eo q nõ est publicè infamat⁹ Eps dispẽsare posit. & iura cõtraria. s. c. pe. & vlt. j. eo. loquũtur qñ prærogatiua meritorũ & nõ necesitas dispensationis requirit. vel qñ est de hoc infamat⁹ & vilificat⁹, quo casu sine decoloratiõe ecclesiæ nõposset de facili dispẽsari: cũ solus princeps vel senatus remittat infamiã. j. de re iu. c. cũ te. fatet tñ ꝙ curia tenet solũ Papã dispensare. & hæc opi. ꝑferenda est in cõsulẽdo: quãquã alia sit verior de iure. & secũdũ opi. variat intellectus. c. ¶ Glo. sequẽs in ver. & ex hoc patet, quã declara ibi. dũ dicit, *retinere non poterãt.* s. filij sacerdotũ. vñ dicit Io. an. ꝙ prĩcipiũ deberet esse gl. illud verbũ. *& ex hoc*, & deberet esse super verbo *silentium.* & clarior esset gl. Sed dicit hic Io. an. ꝙ ar. nõn ꝓcedit. qa ꝑ illud sequeret ꝙ nec etiã papa posset dispensare. vnde de iure loqt, & dispẽsatione nõ tollit. sed dic ꝙ erãt ab Epis ĩstituti & nõ à pa. Gl. aliæ sunt claræ. ¶ † Op. ꝙ rõne solius tpis nõ debe at dispẽsari: valde eñ detestandũ est ꝙ cũ nõ bonę vitæ dispẽset, eò ꝙ longo tpe tenuit. de cõsue. c. fi. Sol. dicũt hic Inn. & Hos. ꝙ subaudiẽdũ est vel exponẽdũ. vel ꝓ &. Vel dic ꝙ quandoqꝫ lõginqtas tẽporis est legitima causa dispensandi non quo ad merita subiecti, sed quo ad libertatẽ superioris, & misericordiã in subiectũ offẽdẽdo ¶ † Quæro an cõcessa gñraliter ptãte dispẽsãdi cũ filijs sacerdotum: si cõtingat dispẽsasse quo ad vnũ, an quo ad alios expiret ptãs morte cõcedẽtis, an per dispensationem quo ad vnum sit perpetua? Guli. in Spe. de dispen. § dicendum. ver. quid si is. dicit se obtinuisse quòd non est perpetuata: dictum istud procedere potest secundũ Ioan. an. ꝙ per viam cõmisionis non ꝑ viã gratiæ factæ dispẽsare debẽti emanauit litera per viam commisionis, & maximè cum incertis, vt sæpe fit: quo casu primo cùm gratia esset perfecta non expiraret per mortem cõcedentis: vt clarè patet de pręb. c. si cui. li. vj. & adhuc qñ per viam commisionis posset distingui an is cui facta est cõmisio fecerit actũ cõmunem omni dispensationi, & durat potestas: an solùm specialem quo ad dispẽsationem iam factam, & procedat dictum Guli. panent prædicta ex his quæ not. de offic. delegat. capitu. licet. ¶ Quid de his cum quibus non est dispensatum. dic ꝙ à contrario patet quòd procedet contra eos secundum formã

torũ afficiat man⁹ ordinariorũ, vel alterius executoris, habetur per Paul. de leaza. in clem. j. de cõces. prebẽ. & per Io. An. in addi. Spe. in ti. de cõces. prebẽ. super rub. & tene menti ꝙ gratia papalis expirat si executor datus in gratia ꝓnuntiat se non esse executorẽ, & à tali sententia non appellatur. vt notabiliter voluit Ioã. And. in c. dilectus de præben. & tene etiam menti ꝙ clausula decreti apposita ĩ literis gratiæ spectatiuæ habet locum ita demum si impetrãs vult illis vti. aliâs nõ. vt notabiliter voluit Inn. in c. j. de conces. preben. quẽ etiã ibi sequitur. d. Anto. & an habens gratiam si nõ acceptat bñficiũ cõtentũ in gratia intra tps' possit illud alteri nõ collatũ etiã post tẽpus acceptare. vide glos. in cle. j. de conces. præbẽ. & gloss. & Lap. in. c. si cleric⁹. de preb. lib. vj. & Archi. in c. dudum. de præben. eo. lib.

a ¶ Constat iudici. Adde vt Aret. cõsil. clxiiij.

ZACHARIAS.

¶ Adde quòd notorium debet allegari, sed non probari. glos. est. sing. in clement. appellanti. & ibi Card. de appel. idem in clement. j. quæst. xxij. in fin. de fo. comp. Ioan. And. & dom. in capi. ij. contra gloss. ibi: & ibi plenissimè Feli. j. vt lite non contes. Aduerte tamẽ quòd debet probari illud esse notorium: vt glossa not. voluit in. c. ad nostra. j. de contrahen. empt. & ven. iste in. c. cõsuluit. j. de appel. & Spe. in titul. de proba. §. iij. versi. iiij. & in titul. de aboli. §. ij. in princi.

SEB. SAPIA.

b ¶ Oblatione libelli. Vide Fel. in

dum formã rescripti: per hoc no. Host. ꝙ institutio, quæ ad Episcopũ ꝑtinet põt authorizabilis appellari: de hoc de offi. arch. c. cùm satis. ¶ Quæro ꝓ intellectu casus qs hic erat actor? dic ꝙ vnus est intellectus, quòd hîc agebãt isti impetrãtes possidentibus filijs presbyterorũ: & tũc expone silentiũ imponas. i. priues, silentiũ imponẽdo & assignes &c. Alius quòd isti qui impetrarũt iam erãt possessionẽ ingressi, & dum filij presbyterorũ agerẽt cõtra eos excipiebãt quòd erãt filij presbyterorũ, & impetrarũt isti literas contra eos, filios presbyterorum, vt silentium eis imponeretur: & sibi ecclesiæ assignaretur. Anto.

SVMMARIVM.

1 *In notorijs non requiritur discussio iudicij vel probatio testium. secus in manifestis. 2. 3.*

CAP. X.

QVoniam. Si manifestũ est ꝙ filius in ecclesia immediatè successit patri sine aliqua testiũ receptiõe, ab illa remouebit. h. d. Prima recitat factũ. Secũda ꝓuidet ibi: *nolumus*. ¶ Casus literalis. Mãdat Papa Cantuariẽ. & eius Suffraganeo quaten⁹ si publicũ fuerit patres ꝑsonatũ in ecclesijs habuisse, filios eorũ ab ecclesijs excludãt: nec ad alias vlterius assumant. Et si hoc publicũ est, nec cã in iudicio deducatur, nec testes admittantur. Bernar. ¶ † No. bonũ text. quòd in manifestis non est necessaria discussio iudicij vel probatio testiũ: sed intellige manifestũ pro notorio. ¶ † Gl. opp. quòd in manifestis ordo sit necessari⁹. ij. q. c. De⁹ omnipotẽs. de diuor. c. porrò, & de elec. c. Solut. hoc ꝓcedit qñ est notoriũ: contraria ꝓcedũt, qñ est manifestũ: vel ex superabũdãti aliqñ fit indagatio iudicij: de quo dic: vt. j. de iureiurã. c. ad nostrã. de coha. cle. & mu. c. vestra. ¶ Quæro qualiť possit esse notoriũ? dicit hîc Inn. quòd eò quòd pater ministrauit in ecclesia, est notorium, qa nõ poterat nõ esse notoriũ. de trãsl. pla. c. licet. ¶ No. dictũ quod extẽdit illud. c. ad retẽtionẽ ecclesię inferioris, quod loquiť de ecclesia episcopali. dicit tñ Hosti. quòd dato quòd administratio sit notoria, paternitas tamẽ seu filiatio põt esse dubia: quæ vix, aut nũquam probari. j. põt. eo. c. Michael. ¶ † Quæro, an aliqua indagatio iudicij requiratur in notorijs? dicũt docto. quòd ex quo de notorio cõstat iudici,[a] nõ debet pars vexari in obligatiõe libelli,[b] vel alio iudiciario ordine ꝑ iura q̃ allegat gl. sec⁹ si de eo posset ꝓbabiliter dubitari. xj. q. iij. c. graue. & arguit Host. quòd quando Eps reqrat à subdito, quòd ostendat qualiter ecclesiam est adeptus, nõ est offerẽdus libell⁹. remittit de simo. c. licet heli. §. j. Io. An.

SVMMARIVM.

1 *Filius sacerdotis etiam legitimus repellitur ab ecclesia, in qua pater immediatè ministrauit etiam tãquam vicarius perpetuus. 4. secus si non immediatè. 5. vide. j. c. proxi.*

2 *Filius sacerdotis quare prohibetur intitulari in ecclesia paterna?*

3 *Archiepiscopus habet iurisditionẽ in subditos Suffraganei publicè delinquentes. intellige, vt. j. nu. 6.*

7 *Dispensatio non potest in non subiectum exerceri.*

Beneficia consanguineorum an sit licitum alijs consanguineis habere? 9. & 10.

8 *Nepotes ex filio presbyteri an possint intitulari in ecclesia auita?*

Filiorum appellatione non veniunt nepotes in materia odiosa.

11 *Legitimatus per subsequens matrimonium non potest promoueri episcopatum sine dispensatione. vide. j. in. c. proxi. in. ij. nota.*

CAP. XI.

AD extirpandas. ¶ † Filius etiã legitimus remouetur ab ecclesia, in qua successit immediatè patri, vicario, vel rectori, hoc dicit. Decisa consultatio ibi: *fraternitati*, ponitur responsio. ¶ Casus literalis. Dicitur hîc quòd filij presbyterorum qui ecclesias tenent in quibus patres eorum nulla persona media ministrauerunt taquàm personæ vel vicarij perpetui remoueantur ab illis. Bernard. ¶ † No. primò causam propter quam prohibetur filius intitulari in ecclesia paterna. s. ne notetur successio in beneficijs. ad hoc. s. eod. capit ex transmissa. ¶ † No. secundò casum, in quo Archiepiscopus in subditos Suffraganei habet iurisdictionem quando clericus publicè ecclesiam tenet illicitè. ¶ † Not. tertiò ꝙ prohibetur filius intitulari in ecclesia in qua pater fuit vicarius vel rector: & sic patet quòd vicarius & rector æquiparantur: quia ambo dicũtur intitulari: qđ intelligo de vicario ꝑpetuo.[c] ¶ † No. quartò quòd prohibetur filius immediatè succedere patri in ecclesia: mediante ergo alia persona poterit: quia illa purgat vitium. ¶ Not. quintò casum expressum, ꝙ filij etiam legitimi repelluntur ab ecclesia: in quo de proximo patres administrarunt. ¶ Oppon. ꝙ † non se intromittant de subiectis suffraganeis Archiepiscopi: vt de offi. ordin. c. pastoralis. Solut. dicit hoc propter negligẽtiam Episcoporum. vel quia Cantuarien. est legatus. de offi. leg. c. j. Hostien. autem dicit, ꝙ in communi vitio prouinciæ Archiepiscopus est iudex. ad idem ca. fi. de rescr. ad hoc de insti. c. iij. ¶ † Quæro an cum Metropolitanus visitat prouinciam possit dispensare? dicit Vin. ꝙ potest id, quod ordinarius. secundum Vinc. Adhoc de pœni. & remis. c. nostro. de censi. c. fina. lib. vj. sed ista loquuntur in his quæ respiciunt forum pœnitentialem. dispensationem ergo cum illegitimis vel his similem non putat ꝙ facere possit cùm non sit permissum. & facit quod no. de temp. ordinatio. c. cùm nullus. libr. vj. No. bene ꝙ dispensatio nõ potest in non subiectum exerceri. ¶ † Quæro quid de nepotibus & alijs inferioribus, an sit prohibita facultas antecessorum recipere ecclesias? glo. dicit idem quod in filijs: quia in eis notatur successio. Idem no. viij. q. j. c. apostolica. Alex. s. eo. c. proxi. Communis opinio habet idem: quod temperat Innocẽ. verum, quando nepos adest filio mortuo: secus si viueret pater: secundum Innocẽ. Hostien. remittit ad sum. eod. titul. §. qui filij. versic. sed nunquid. & seq. ibi Hostien. tenet opin. Innocen. an filius viuat, & nõ excluditur nepos: quia non notatur successio, an sit mortu⁹, & nõ admittitur, qa in eo notať successio. Io. an. hîc plenissimè allegat an appellatione fi-

c. cũ ordinẽ. col. ix. versi. ad glos. in cle. appellante. vbi latè discutit an notorium quòd non indiget probatione indigeat allegatione: & sentiť ꝙ non, quãdo est notoriũ iudici. quod etiam sequitur idẽ Feli. in. c. afferte mihi gladium. col. iiij. versic. Secundus casus. s. de præsumpt. de quo etiã tradit Aret. in. c. veniens. col. v. de accusat. & Moder. post Bar. in. l. eum qui. circa finẽ. ff. si certum pet.

c ¶ Perpetuo. Adde vt per Anto. de but. consi. xix.

Antonius Fransc.

¶ Circa hoc de notorio, dicas primò ꝙ illud dicitur esse notoriũ quod omnes cõtinuè videre possunt secundũ Bald. in authen. ꝙ locum. in vlt. q. C. de colla. vel quòd omnes sui natura sciunt, vel scire vero simile est: vt ꝑ eundem Bald. in l. cum fratrem. C. ad sille. & per Barto. in authẽ. qui semel C. quõ & quãdo iud. & quotuplex sit notorium plenè traditur in. c. vrã. de coha. cle. & mu & per Bal. in rub. C. de ꝓba. in. j. col. & in. l. ea quidem. in. vj. co. C. de proba. & notoriũ non excusat ab onere proponẽdi: sed ꝓbandi: & iõ debet proponi & allegari pro quo vide vltra hic allegata, Alexã. in. l. fina. in prin. ff. si cer. peta. & in. l. eum qui ita ff. de verbo. ob. Et adde quòd notorium pręsumitur eò ipso ꝙ decem testes vnum dicũt vt dixit Bald. in. d. authen. quod locum. & istud quod dicitur quòd notorium debet allegari: licet non probari de necessitate: est verum, nisi quãdo notorium esset locum non esse tutum ad comparendum. quia tunc etiam allegari non debet. vt sing. vo

luit Innocē. quē ibi sequuntur. d. Ant. & Imo. in. c. prætereà. de dila. & do. Abb. Imo. & Phil. Fran. in. c. ex parte. de appel. Quomodo autē probetur per testes & per quot: vide per Spe. in titu. de noto. cri. in. §. iam & hoc notoriū. & vide etiā per. d. Abb. in. c. tertio loco. de præsum. & per gl. ij. q. j. in. c. Deus. §. fi. Et adde quòd licet vnus testis faciat semiplenam probationē regulariter: tñ vnus testis nō ꝓbat semiplenè notorium vel famā. de quo etiā per Innocen. in. c. super his. de accus. & de huiusmodi notorio habetur ꝑ glo. in. l. emptorem. in princ. & in. §. j. & ibi per Bart. ff. de acc. empt. Et adde ꝙ licet notorium non sit de necessitate probandū: tñ debet probari illud esse notorium vt est notabilis gl. in. c. ad nostrā. de emp. & vē. & est tex. quem ibi pōderat And. sicu. in c. cōsuluit. de appel. & vide ꝑ Spe. in tit. de noto. cri. in. §. j. in versi. sed qualiter: & vide q̄ habentur in. l. si verò. in. §. q pro rei qualitate. ff. qui satis. cog.

a ¶ Filiorū. Adde Ro. cōsil. cccclxxxiij. & .cxxix. & xxv. Alex. consi. v. iij. li. & cōsil. ix. & lxj. j. lib.

ZACHARIAS. ¶ Adde eundem Alexā. consil. j. & cōsi. cxxxviij. volu. j. & cōsil. iiij. & consi. lxxxiij. vol. iiij. Old. cōsi. xcij. ij. Lud. pont. consil. cxix. vbi dicūt idem quod iste & Paul. de ca. cōsi. cl. xix. & seq. ised melius per palle. Ale. in. l. sed si hac. §. liberos. ff. de in ius vocā.

SEB. SAPIA. b ¶ Nepotes. vide Bald. & alios in. l. ij. C. de in ius voc. vbi vult ꝙ stante statuto ꝙ stātibus filijs filiæ fœminæ non succedant habet locum stātib⁹ nepotibus: sequitur Alexand. in. l. qui se patris. colum. penul. C. vñ libe. Alexand. in consil. xxj. in. j. volumi. Matthe. not. xlviij. Abbas in proœ. Greg. in prima gloss. colum. iij.

liorū[a] cōprehendantur nepotes,[b] & concludit ꝙ ex vera interpretatione nō, sed sic ex interpretatione ficta: per quod cōcludit ꝙ in odiosis & corrigibilibus & pœnalibus non cōprehenditur, nisi aliter lex intendat: vide quod no. ff. de testa. tute. l. quid si nepótes. & vide quod no. ff. de verb. sig. l. liberorum. & vide gl. c. j. de baptismo. in gl. pe. per quę residere videtur ꝙ ad nepotes non extendatur, cū de illis non fiat mentio. 9 ¶ † Quęro quid de collateralibus? gl. dicit quòd nō habet locū in collateralibus. ar. de offi. deleg. c. ex parte. Io. Andr. allegat de arbitris. c. ij. de accu. c. accedens. 10 ¶ † Quæro qd si filius succedit in ecclesia patris dispensatiuè vel de facto: nunquid alter frater potuit in ecclesia institui? dicit Hosti. in sum. in loco præalleg. ꝙ non: quia nō videtur de mente iuris: ꝙ talis persona intermedia purget vitiū, imò potius videtur comprobare ꝙ successio in ecclesia Dei habeat locū. s̄. de elec. c. venerabilē. §. vlti. & hoc. d. verum vbi de facto habuit filius post patrem: sed si dispensatiuè habuit filius, tunc videtur ꝙ alter filius succedere possit. ar. eorum quæ dicta sunt: & no. in sum. eod. tit. secunda verò prohibitio est. 11 ¶ † Quæro quid si filius sit natus de damnato coitu, posteà pater ducit in vxorem matrē. nunquid talis promoueri potest? dic ꝙ sic, si tempore coitus mulier erat talis quam potuerit habere in vxorē, etiā si post natiuitatem alter parentum alij nupserit, quo mortuo naturaliter parentes sunt coniuncti: quia matrimonium subsequens legitimat prolem quo ad omnes actus legitimos: q̄ filij sint legi. c. tanta. in aut. quibus mod. natu. effi. legi. circa prin. col. vj. Excipiunt quidā vt Ray. dignitatem episcopalem, ad quam nō poterit absq; dispensatione promoueri. arg. de elect. c. innotuit. in antiqua. sed hodie non habemus. ad idem de elect. c. cū in cunctis. cùm enī talis de legitimo matrimonio natus non fuerit, quāquā consequenter matrimonium contractum sic, non videtur satisfactum consilio quod natiuitatē respicit, sed dicit Goffr. quòd si contrarium dicatur nō reputat iniquum ne fauor matrimonij restringatur. quod sequitur Hosti. qui fil. sint legi. c. ex tenore. qui ma. accu. non pos. c. videtur. & hoc tenet gloss. in. d. c. innotuit. & in. d. c. per venerabilem.

SVMMARIVM.

1 *Filius Episcopi legitimus potest ad ordines promoueri, & in paterna ecclesia beneficium obtinere.* 3.
2 *Episcopus potest quis fieri, licet habeat filios.*

c ¶ Sit legitimus. Adde Cal. consi. j. hoc eodem titul.
d Titulum. Adde Anto. de but. consi. xix.
e SEB. SAPIA. ¶ Quæro, quomodo probetur filiatio? latè ponit Feli. post alios in capit. per tuas. colum. iij. de proba. Alexā. in consi. ij. in. iij. colum. libr. j. & consil. lxxiij. per totum. libr. secundo. & consil. xxv. colum. penu. lib. iij.
f ¶ Filius Antonij. Adde qualiter probet̄ filiatio. Ale. cōsi. xxv. & lj. iij. l. ZACHARIAS. ¶ Adde eundem consi. lvj. in. ij. colum. in. j. parte. & consil. lxxiij. per totum in. ii. parte. & consil. xxv. in prima column. vo.

CAP. XII.

Ad hæc. ¶ † Filius legitimus episcopi potest ad ordines promoueri, & in paterna ecclesia beneficium obtinere. hoc. d. Communis diuisio. Secūda ibi: *sciat.* ¶ Casus literalis. Quæsitum fuit à Papa vtrū filij Episcoporū possint ad sacros ordines promoueri si aliàs digni sunt. Respondet papa, si de legitimo matrimonio sunt geniti, & nihil aliud impediat, possunt ad sacros ordines licitè promoueri, & in eisdem ecclesijs in quibus patres possunt beneficia obtināere. Ber. 1 ¶ † Not. primò quòd habens filios potest in Episcopū promoueri: & sic habitus filiorum non repellit quem â dignitate episcopali. ¶ Secūdò no. duo requisita in promouendo ad ordines. scientia, & morū honestas. & tertiū quòd legitimus sit: & sic illegitimitas causat irregularitatē, & repellit quem ab ordinibus. Et no. arg. ꝙ oportet ꝙ sint de legitimo matrimonio procreati: non videtur ergo sufficere ꝙ sint legitimati: quod est falsum: vt in. c. ꝑ venerabilē. qui filij sint legi. 2 ¶ † Not. limitationē ad totū titulū, ꝙ in ecclesia cui pater præest, vel præfuit vt eps principaliter potest filius in aliquo particulari beneficio promoueri. ¶ Opp. quòd filius etiam legitimus non possit institui ī ecclesia paterna: vt patet j. c. ad abolendā. glo. dicit quòd illa decre. habet duas le c. Vna, quòd maximè: ibi positum stet cōparatiuè: & tūc ob. quòd secūdū quosdā corrigit̄. Alia, quòd stet ꝓ tātū: & non obstat. vel dic quòd illud verbū maximè implicat idē in alijs illegitimis: qa maximè spurij nō succedūt: quasi dicat nec etiam alij illegitimi: sunt enim multæ species illegitimorū: vt. s̄. de renū. c. nisi. ad fi. ¶ Opp. secūdò quòd nō succedat filij etiā legitimi in ecclesia paterna: vt ī. d. c. cū decorē j. eo. gl. prima dicit quòd loquit̄ de illegitimo. Itē secūda: sed dicit ꝙ filius legitimus specialiter ī beneficio parterno nō pōt præfi. in beneficio: aut alio separato à paterno quāquā in eadē ecclesia bene pōt institui. Host. dicit quòd si ecclesia habeat præbendas indistinctas, filius ṗt in ecclesia institui etiā in prebēda quā obtinuit pater. quia nō dicit̄ succedere patri. de pręhē. dilecto. vbi aūt bñficia sunt distincta: cōcludit Host. quòd ī eadē ecclesia in diuerso bñficio pōt c fili⁹ institui: dūmodò sit legitimus. [c] in qua pater fuit institutus, nō distincto an beneficium filij sit maius paterno, vel econuerso quia non attenditur maioritas vel minoritas: sed attendit̄ diuersitas, vnde dicit quòd in ecclesia in qua pater fuit Archidiaconus, filius poterit esse Episcopus: sufficit enim ꝙ nō sit idem, vel penitus simile: vt personatus, & vicaria perpetua. ff. de regul. iur. c. hæreditas. & ff. de acqui. posses. l. cùm hęredes. dūmodo enim filius sit legitimus non est curandum de maioritate vel minoritate beneficij sed solū de identitate. de qua no. in. d. c. ad abolendam &c.

SVMMARIVM.

1 *Filiatio quomodo & ex quibus coniecturis probatur?*

CAP. XIII.

b ¶ Pręsumiꝛ fraus. Ad hoc bene facit quod no. Bart. in l. fulcinius. j. ff. q. ex cau. in posses. eatur. vbi dicit ꝙ ꝓbaꝛ dolus in aliẽnãte, ex eo ꝙ aduersarius dixit ei, cras libellum tibi dabo. Pro quo facit tex. in. l. si aũt. vbi Ang. no. ff. de rei vẽdi. quem ad hoc dicit si. d. Andre. sicu. in consi. xj. incip. Scripsit bellissimè colum. xiij. volu. j.

quod dicit verum Dyn. in iam conuento. in conueniendo autem post maleficium commissum factū clericum dicit iudiciū coram ecclesiastico iudice inchoandum: ad hoc. l. j. ff. de pœnis, vbi videt indistinctè debere attēdi tēpus delicti commissi: dicit ꝙ ibi loquit quæ pœna debet imponi qñ de hoc tractatur: hìc qñ tractatur corā quo iudice debeat conueniri: & licet quidā in hoc distinguāt delictū publicū à priuato: sibi videt debere inspici, quod est dictū nulla habita distinctione: ad hoc quod not. ff. si ex noxa. cau. aga. l. pen. ff. de statu lib. l. statuliberi à cæteris. ¶ Quinta est opi. Guli. in Spe. de reo in prin. qui dicit ꝙ in causa ciuili attendit primus iudex. In criminali aūt finietur causa corā primo iudice: & fiet executio coram secūdo: scilicet per ecclesiasticū. arg. decre. postulasti. de fo. cōpe. de rapt. c. j. ¶ Butri. in. l. penul. ff. si ex noxa. cau. aga. ponit suā theoricā: quia dicit considerandū ꝙ qñq; dubitatur, an alteratio qualitatis vel status alteret qualitatem fori: qñq; quæritur an alteret quantitatem pœnę. Quo ad primū dic quòd si præuentus est cōtesta. lit. vel sententia: & dicit ꝙ nō prodest mutatio quominus pronūtiet iudex vel exequatur. ff. de iurisdic. om. iudi. l. cum quædā puella. ff. de accu. l. hi tamen. in fi. Idē videtur si citatione per. c. proposuisti. de fo. compe. si non est taliter præuētus: aut mutat in fraudē, & non prodest mutatio. vt. l. si. ff. de bo. eorū qui mor. sibi cōsciue. ff. de re mili. l. fi. aut sine fraude, & potest: aut est dubiū an in fraudem vel non: & tūc si est postulatus de crimine, vel depræhēsus, & præsumitur in fraudē: & sic nō prodest: vt in. d. l. fi. de bo. eorū qui mor. sibi consciue. aliàs præsumit bona fide mutare. & sic prodest, vt dictis legibus. Fallit in milite armatæ militiæ, vt non consideretur præuentio: sed solū an mutet fraude, vel non: vt primo casu non profit: secūdò sic. ff. de re mili. l. qui cū vno. §. reus. & l. fi. secundum eum. per quod dicit idē posse dici de clerico qui est miles cælestis. ar. l. qui sub prætextu. C. de sacrosan. eccl. Sed dicit ꝙ nō reperiatur hoc cautū ꝙ clerici manebunt sub regula priuatorū. Secundò casu qñ agitur an mutatione status mutetur pœnæ qualitas, dicit ꝙ quādoq; cōtingit mutatio in melius: quādoq; in deterius. Si contingit mutatio in melius: tunc aut mutatio est accidentalis status, & attenditur tēpus sñiæ in priuatis & publicis. in auẗ. vt iudi. sine quoquo suffra. fiant. §. oportebit igitur. aut est mutatio naturalis vel quasi: in publicis cōsiderat tēpus delicti, in priuatis tēpus sententiæ: vt. l. j. ff. de pœnis. Si cōtingat mutatio in deterius, vt quia post delictū commissum clericus degradatur, an attēdatur tēpus delicti: an tēpus status tunc superuenientis. & dic ꝙ est dare degradationem verbalem, quæ sumit pro depositione: & in hoc bene dicit. alleg. l. iubemus. §. sanè. C. de sac. san. eccle. quædam est realis quę est exauctoratio: de quo in. l. ij. §. ignominiæ. ff. de his qui not. infa. ff. de re mili. l. qui cum vno. §. exauctoratus. C. de epis. & clerici. auẗ. clericus. de qualibet habetur. de prima. de iudic. in. c. cū non ab homine. de verbo. sign. c. nouimus. de secunda. de pœnis. c. degradatio. lib. vj. Sic in simili est deductio peculij realis & verbalis: vt. ff. de pec. l. si noxalis. §. est autē quæstionis. & sic resolutio contractus quædam est verbalis, vt re integra: quædam actualis, quando est deuentum ad traditionem. l. j. & ij. C. quando li. ab emp. rece. realis est fortior quā verbalis: patet ex no. in. d. c. cūm nō ab homine. & in. d. c. degradatio. de pœnis. li. vj. Vnde dic ꝙ quādoq; status est mutatus sola verbali depositione. & quicquid dicat But. in isto qui malè dicit in parte: tene ꝙ depositus non perdet priuilegium clericale: vt not. de iud. c. cūm non ab homine. de cleri. excom. mini. c. clerici. de sent. excom. c. contingit. & c. perpendimus. igitur nō mutatur in eum qualitas pœnæ. Quandoq; interuenit degradatio realis: Dic ꝙ quędam est degradatio quæ fit ad præparationem iurisdictionis: quædam quę fit vt terminus pœnæ: quædam quæ fit ad pręparationem pœnæ. Si fit vt terminus pœnæ: patet quòd non alterat: vt. l. ij. §. ignominiæ. §. alle. & l. qui cū vno. §. exauctoratus. Si fit ad præparationem pœnæ de verb. sign. c. nouimus. de iudi. c. cū non ad hoīe. Si pręparatio fiat iurisdictionis, vt etiā dicit ipse reali, vel verbali, prout est necessaria: & quę fit necessaria dicit ipse, sciūt Canonistæ. bene dicit doctor istæ qui alter Inn. est in legibus: nam in præparatorijs dicit ipse vtimur quatenus necessaria sunt ad decisoria: vt l. si defensor. §. illud. & l. j. ff. de interro. ac. Si verbali, sufficit si illam faciat: aliàs faciet realem: dic quòd verbalis non sufficit: sed realis exigitur: vt not. de iudi. c. cūm non ab homine: patet. de verb. signi. c. nouimus. & hęc adhuc alterat pœnam. vt. d. c. nouimus. rogare tñ debet ecclesia pro eo vt non alteretur, vel vt mitius secū agat. Illam autem quam facit quis vt terminū pœnæ iudex ecclesiasticus facere debet in clerico & cū causæ cognitione. Illam quæ fit vt præparatio pœnæ, vel iurisdictionis & eā facit iudex ecclesiasticus præcedente causæ cognitione. Et hìc ponit duplicē intellectualem practicam: vna ꝙ iudex diffinitiuè pronūtiet: & in eadē sñia pœnam limitet, & totū expediat iudex ecclesiasticus: sed executionē faciat iudex secularis. Hæc practica non procedit qñ fit alteratio in pœnā sanguinis: quia illā non profert ecclesiasticus. ne cleri. vel mona. c. sñiam. Potest secūdò fieri aliter: quia iudex cognito de causa degradabit eū, non per sententiā diffinitiuā sed interloquendo: & posteà secularis immutabit pœnā diffinitiuè, ne cōtingat ꝙ duæ sñiæ in causa eadem criminali ferantur: contra id. ff. nau. caupo. stabu. l. licet. Tu dic ꝙ etiā diffinitiuè poterit degradare: & hìc habebit potestatē iudex secularis ex eodē processu exequi pœnā: & sic ibi vocabitur vt purus executor. Poterit etiam si volet formare nouū processum contra eum: & tunc pœnam imponet secundum forum suum. Nec obuiabit quòd duæ sñiæ ferantur super eadem causa: quia potest hoc fieri super diuerso processu: ex quo sententiæ ambæ non imponūt diuersas pœnas, sed vna præparat personā ad pœnā: & alia illam imponet: & hoc placet. & facit quod not. Bart. ff. de custo. reo. l. diuus. & casus est in auẗ. de sac. epis. §. si verò crimen. & ponit Gul. in l. magistratibus. ff. de iurisdi. omni. iudic. Guliel. de cug. in. d. l. penult. dicit: quòd aut constat quòd vt euitaret iurisdictionem vel plenam assumpsit tonsuram & nō prodest. aut est dubium: & tunc si est infamatus, vel suspectus de delicto vel præuētus & punietur per secularem. l. qui cum vno. §. reus. & l. finali. ff. de re. milit. C. de rela. l. j. Debet tamen primo degradari. in auẗ. clericus. C. de episco. & clericis. c. in authenti. de sanct. Episcopis. §. sancimus. Si non est infamatus vel præuentus, vel suspectus tunc non punitur nisi ab ecclesiastico: vt. l. non distinguemus. §. sacerdotio. ff. de arbitris. Non ob. l. j. ff. de pœni. quia si fit mutatio accidentalis non attenditur tēpus delicti sed sententiæ: vt hìc. facit in auẗ. vt iud. sine quoquo suffraga. l. interdicimus. §. penulti. columṅ. ij. Si mutatio est naturalis & hanc dicamus naturalem, adhuc attenditur tempus sententiæ: quia hoc contingit propter defectum iurisdictionis, vt illi imponatur non propter defectum obligationis cūm ecclesiasticus debeat punire ex quo non est præuentus & pœnam secularem non possit imponere: nec secularis hoc possit: secundum eum, & bene concludendo Ioannem Andre. & mihi videtur dicendum quòdquandoq; quęritur, an mutatione status[a] de laico in clericum mutetur iurisdictio: quandoque, an mutetur executio vel exequendi potestas: aut an mutet qualitas pœnæ seu exequēdi modus. Si quærit an mutet iurisdictio: & tūc tene quòd aut est præuēta iurisdictio & psona seu executio: quia iā captus est & efficit ibi clericus & nō proficit mutatio: & quia ordo vel ꝓfessio etiā nō inueniunt istū liberum: credo tñ ꝙ degradari debet. Item

a ¶ Mutatione status. de hac q̄one vide Feli. & alios in. c. proposuisti. de fo. cōpe. Oldr. Old. in consi. iiij. inci. quod laicus. Ang. & alios. in. l. si quis posteaq;. ff. de iud. Arch. in c. j. xj. q. j. & ad propositum vide Alex. & d. Ias. in l. qui aūt. in prin. ff. si quis cau. Fel. in. c. causam. ij. co. de testib. vbi tractant an laicus effectus cleric⁹ motu superioris possit conueniri à iudice seculari: & licet. d. Iaso. in. d. l. qui autē. teneat ꝙ sic. tñ eius fundamento respondet Felin. in. d. c. causam.

Itē ex quo nimiū lęderet̃ iustitia: dequo remittit ad simi. no. secundū Ioan. an. de cle. excō. mini. c. clerici. Aut non est præuenta persona seu executio: quia nō capta sed sola causa vel iurisdictio: vt quia est citatus. vel lis est contra eū contest. & tunc dicit ꝙ nō impedit̃ iurisdictio quo ad processum & cām finiendā: & sic iste remanet iudex cau sæ: licet qñq; non personæ: sicut habet̃ in simili. de fo. cō pe. c. fanè. Qñq; quæritur an mutet̃ executio: & tūc aut persona aut causa seu executio est præuenta: quia iā est in carceribus positus, & nō proficit, etiā quo ad executio nem, & etiā quo ad exequēdi modū mutatio fori seu exe cutio: secundū Io. and. per prædicta. Aut nō est præuēta persona seu executio: sed solū causa: vt quia citatus vel lis cōtest. & tunc quædā est executio præparatoria & distri ctiua personę, vt ponere ad carceres post clericatum vel aliâs distringere personā ne fugiat: & ab hac eximit̃ secū dum Io. an. quædā est districtio realis & hāc adhuc face re posset secularis, nec prodesset mutatio: quædā execu tio est decisiua: & hanc sicut aliâs, si est personalis face re nō potest: si realis sic: & multò fortius. Hæc procedūt si nō est præuentus: sed solū si est suspectus vel infamatus de delicto: licet quo ad realē executionē non tollat̃ iuris dictio iudicis secularis vel qñ faceret in fraudē: tollitur tñ quo ad personalē. Ex his patet quid de tertio casu an mutet̃ qualitas pœnę, vbi psonaliter est pręuētus nō vbi respectu cāæ vel suspitione vel infamia semper alterabit̃ qualitas pœnæ: & hoc propter defectū iurisdictiōis: vt dicit Gul. Bar. in. l. j. ff. de pœ. placent ista ꝙ fieri non pōt nisi degradet̃: sed dicit ꝙ ex quo præuēta est iurisdictio: vel iste infamatus de delicto: vel suspectus: vel transit in fraudē quod degradari debet à iudice ecclesiastico. alleg. l. qui cū vno. §. reus. ff. de re mili. & aut. cleric⁹. C. de epi. & cleri. Et ideò dicit quia clerici non volunt degradari multoties cōtingit personales pœnas imponi eis non degradatis. Tenet Io. an. quicquid dicāt leges ille: certi enim sunt casus in quibus ipsis degradationis pœna imponit̃: inter quos hîc nō numerat̃: ideò nec degradādus: nec etiā à iudice seculari puniēdus: patet in. d. c. nouimus. de ver. sign. & de iudi. cū nō ab hoīe. & de hæreti. c. ad abolendā. ideò malè & pessimè faciūt eis non degradatis pœnā im ponentes. Hæc procedunt qñ alteratur status in melius. quid si in deterius: tene quod dicit But. s. Quę dicta sunt procedūt in monacho, saluo ꝙ in eo defensio spectat ad monasteriū: nam licet per characterē plus habebat ordo quā professio: vt no. de cōuer. cōiu. placet. & no. de sacra. non iterā. c. fi. sit tñ eo respectu ꝙ professus mūdo mor tuus est & plura promittit: vt not. de voto. c. vno. in. iij. iij. gl. li. vj. ad hoc de pœni. di. j. §. his authoritatibus. xxx. q. ij. admonere: adhuc fortius procederēt dicta. §. quo ad districtionē personalem in monacho quā in clerico: & 6 pręcipuè in minoribus. de elec. c. cū ex eo. li. vj. ¶ † Hoc putat Bar. verum in his qui ex toto efficiuntur religiosi: ita quòd professi sunt: sed in istis qui mutant habitū qui efficiunt̃ beguardi seu milites gaudētes: posito ꝙ habeāt priuilegium ꝙ sint exempti à curia seculari: talis habitus mutatio sibi nō prodest: quia illa regula nō prodest: nec facit eū religiosum nec clericū: sed dat sibi quendā mo dum viuendi: nā retinet propriū & liberos & vxores: vn de in istis habent locū iura quæ dicunt ꝙ propter muta tionē fori: seu propter priuilegiū superueniens à sui pro curatione non excusantur. vt. d. l. si quia post. de iudi. ita fuit obseruatū secundum Bar. de Perusio. sed dicit ꝙ il lis insignijs debent exautorari: vt. l. qui cum vno. §. fin. ff. de re mil. Aduerte ista nō est modica quæstio, an tales di a cātur religiosè personæ[a] ita ꝙ gaudeāt priuilegijs: & determinat Fed. de se. quod non: in consi. cxlv. vide de hoc in Spec. de stat. mona. §. qualiter. versic. xxxvj. quæritur. & vide in sum. de regu. per Hosti. §. j. versi. quid de rusti cis. Credo ꝙ isti sint religiosè personæ: & quòd priuile gio gaudeant clericali. Petr. not. de sent. excom. non dubium. & quia vouent aliquid de substantialibus: vnde so lennizant votum saltem obedientiam promittēdo & ex quocunq; ex substātialibus votum solennizat̃: vt apparet ex his quæ habentur. qui cle. vel vo. c. ij. & c. insinuante. & ibi dixi. Dum tamē iste annectatur ad aliquā regulā de approbatis. & ideò fratres de tertio ordine annectuntur ad regulam beati Francisci: & sic gaudent priuilegio. Idē de fratribus militie ac gaudentibus: quia promittūt obe dientiam quo ad regulā beati Dominici, vel Augustini & illi ordini in habitu in aliquibus proportionantur: ad hoc quod not. de priuile. c. vt priuilegia ex quo tales vbi habitū mutant dicuntur ecclesiasticè personæ: vt ibi no. per gloss. & vide gloss. iij. de sen. excom. cùm ex eo. in cle. & ibi per alios scribentes. & vide glo. in cler. cùm de qui busdam. de reli. do. in glo. in ver. obedientiam. & do. qui cler. vel voc. c. consuluit. & per gloss. not. Guli. in cle. per 7 literas. de præben. ¶ † Quæro quid si prohibente credi tore fuerit hîc vniuersalis administrator promotus? gl. dicit quòd nonpunietur per hoc: sed bona sua reddētur ei insolutum: quæ si non sufficiant Episcopus ei tenetur qui abstulit occasionem negotiandi. lxxxviij. dist. forni cari. & expone infamatur. i. præuenitur: aliâs punirętur. Et per hanc gloss. damnatur dictum Vinc. qui dixit sibi placere quòd obligati ex administratione possunt fieri clerici quando nihil habent: quia sic conueniri non pos sunt: quod non placet: quia saltem ex hoc auferetur sibi a potestas negotiandi, & quærendi de nouo per quod lex præsumit eum efficit soluendo. C. arbit. tuto. l. si defun 8 ctus. ¶ Per hoc patet quid dicendum † si sit talis negotia tor effectus monachus. & dic quòd ipsum monasterium conuenietur vel cedet quod habet ex monacho: sed cre do quod tenebitur sicut ecclesia secularis si habeat vnde: & si fecit hoc communicato consilio arg. eius quod no. gl. de ordi. cog. c. cùm dilectus. de simo. Per hoc faciunt hæc ad quæstionem de monacho, qui iurauit scribere li brum vel se ad aliud seruitium obligauit: an possit reli gionem ingredi: de quo not. lj. di. c. prætereà. Hugo. te net quod sic ecclesia etiam licentiam dare tenetur: quia instinctu spiritussancti hoc facit. xiiij. q. v. c. dixit domi nus. de quo not. de voto scripturæ. de conuer. coniu. ex publico. & c. fi. xix. qō. ij. duæ. j. qōne. iij. c. fina. xxxiij. qō. ij. admonere. Alijs ibi videtur quod possit monasteriū intrare: & quòd monasterium non teneatur nisi in eo quod ad eum peruenerit: nisi fortè monasterium ex suc cessione aliquid plus acquisiuerit. xix. q. iij. si qua vel scri ptura aliorum librorum. Tertia fuit opin. Ioan. ꝙ si tale est seruitium, quod possit adimplere absq; omissione di uini officij, illud poterit exequi, aliâs procedunt quæ di cta sunt. allega. xcj. distinct. c. clericus. dicit concludendo Innocen. quandoq; istæ vult ingredi religionem in frau dem eorum quibus est obligatus: vt vel fugiat expensas, vel laborem & non debet admitti. Quandoque ingredi vult religionē ductus bono spiritu, quod in dubio præ sumor, & ductus spiritussancto & potest. xix. quæstio ne secunda. c. duæ. de regu. licet. tamen de bonis eius quæ habet, vel quæ obuenerunt ei post ingressum satisfiat eis quibus obligatus erat. xix. qō. iij. si qua. C. de episco. & clericis. c. deo nobis. §. j. vel etiā si scit scribere vel aliquod opus honestum facere salua regula: & officio non negle cto satisfiet de illo. cj. distinctio. c. clericus. deductis ta men secundum aliquos expensis suis ne sit monasterio onerosus. articul. xj. quæstione sexta. de lapsis: sed illud loquitur in misso in monasterium ad agendum pœni tentiam: nam alij dicunt non deducendas expensas: quia qui altari & c. de præben. c. cùm secundum. secundùm In no. & has opinio. etiam tangit Archi. lj. dist. c. prætereà. prædicta omnia confirmat Hosti. & hîc vltimam partē tenet quod debet alimentari de bonis monasterij: & ꝙ

SEB. SAPIA.
a ¶ Religiosè personæ. vide. d. Abba. in cōsi. cv. incip. proeuidētia. cū multis alle. per Feli. in. c. ecclesia sanctę Marię. co. j. s. de consti. Ange. in consi. cxcvj. & Pet. de anch. in c. ea quæ. de reg. iur. lib. vj. Calde. consil. xcj. & latè Mari. sozi. in. c. j. col. iiij. versi. nona declaratio. de fo. compe.

SEB. SAPIA.

a ¶ Ad sacros. an duellũ sit licitũ. videt̃ ꝙ sicq̃n fit authoritate superioris: vt per gl. in. §. per contrariũ. in. sti. de hær. quę ab intest. defer. sentit Pet. de anc. in cõs. cclxxxiij. inci. iure stricto. vbi vult ꝙ excusat̃ qui occidit aliquẽ in cõcertatione. sentit idẽ Barthol. Verone. in cõs. xxx. inci. ragatij scholariũ. col. ij. Ang. in dispu. sua incip. duo nobiles gallici. de quo latè per Iaso. in. l. iam hoc iure. col. iiij. ff. de iust. & iu. p Pari. de puteo in tract. de re mili. li. j. col. viij. & lib. viij. co. xxj. per Signo. de homo. in cõsi. xc. vj. incip. quæstio disputãda. p And. sicu. in cõs. ante p. incip. illud in medium. col. xvj. in j. vol.

ZACHARIAS.

b ¶ Ab ordine repellitur. Tu adde quod no. plenè in apostil. ad istũ. in c. quæsitũ. nu. 5. ver. put excipit̃. s. de temp. ord. & idẽ est in mutilatione membri. de quo p istum in. c. quę in ecclesiarũ. xj. col. ver. infideliũ. s. de cõstit. Et quia nõ videt̃ facere differentiam inter homicidiũ, & mutilationem mẽbri. tu dic ꝙ ad hoc quod hic dicitur habeat locũ in mutilatiõe mẽbri requirit̃ ꝙ sit verum principale membrum vt digitus id genus vt not. Cardi. in cle. j. q. xij. de homi. & in cle. j. q. xvij. & in cle. si de cor. vitia. Nec omitto quod irregularitas non contrahit̃ ex homici. qualiscunq; pro tuitiõe bonorũ. idẽ Car. in allega cle. j. qõ. xxiiij. de homici. & qõ. xxviij. & ibi glo.

non deducantur expensæ: latius autẽ hoc prosequitur in sum. eod. titu. §. penulti. vbi dicit ꝙ tutius est ꝙ antè, quã ingrediatur impleat quod promisit & consuluit. tex. de sponsa. commissum. xxij. q. iiij. §. fina. & vbi ingressus esset si posset explere hoc per substitutũ: vbi non esset electa industria personæ vel contentaretur is cui obligatus esset sufficeret quod per substitutũ seruitiũ expleret & sic per aliũ & teneret̃ secundũ Goff. & plenè per Gul. in Spe. de sta. mona. §. j. versi. xxix. & ibi hoc recitat: & nihil plus addit: vbi dicit idẽ de doctore qui se obligauit ad legendũ: & de potestate qui se iuramẽto obligat ad regendũ & similibus. & de istis & de obligatis causa pignoris: & de filijs vsurariorũ: & de eo qui iurauit ad tẽpus soluere. vide p Host. in loco præall. ¶ † Quæro an clerici qui generalẽ gesserunt administrationẽ prohibeant̃ ad alias eligi dignitates. Dic quòd nõ: quia hic prohibet tñ laicos effici clericos. Ratio quia hoc secũdo casu hi quorũ negotia gerunt̃ grauant̃ ex mutatiõe fori in primo. Nec obst. xxj. q. iij. c. j. & ij. quia ibi nõ prohibet quin possent eligi quãdiu tolerant̃: & vide ne cleri. vel mona. sed nec. de deci. dilecti. ¶ † Quid si est paratus dare idoneos fideiussores pro administratis: dic quòd sufficit: ff. de mune. & honori. l. rescripto. §. debitores. secundũ Vin. per quã. l. & C. de epis. & cleri. l. quisquis emẽsis. dicit Host. obligatũ ex causa mutui vel simili ab ordinando nõ repelli. Quæro an tales inhabiles debeãt ad ordines postulari. an debeãt eligi. quidã quòd postulari debent per verbũ postulasti. ad hoc. lxj. di. c. osius. s. de postu. prela. c. fi. Inn. dicit postulari à iudice sub quo debeo reddere rationẽ. C. de epis. & cleri. l. officiales. & vocatis his quorũ negotia gesserunt & qui ex promotiõe illorũ lædi possunt. ff. de adop. l. nã ita diuus. ff. de offi. archi. adhæc. §. fi. imò & sufficit habere solũ cõsensum illius cui obligati sunt. liiij. di. quicũq;. & c. si quis. per quã decre. dicit Hosti. in fi. ꝙ nõ refert an detur vni potestas, vt vice oĩm eligat: an is qui primã vocẽ habet dicat eligo: & alij respondeant placet. ad idẽ de elec. c. osius. de quo. de ele. c. quia propter. & c. in Genesi. imò sufficit ꝙ taceant: vt ibi dictum fuit. & de elect. sicut cũ. lib. vj. secundũ Io. an. Quæro qui admittantur ad opponendũ ne tales in clericos assumant̃? dic secundum Inn. ꝙ quilibet de ecclesia qñ sunt administratores pupillorũ: & etiã minorũ absentium: si sunt administratores præsentiũ nõ admittentur alij præter ipsos quorũ administratores sunt nisi intra tempus. j. de elect. c. statuimus. lib. vj. non cadit hic aliud.

De corpore uitiatis *Rubrica.*

¶ Viso de impedimento obligationis ad ratiocinia: de impedimento corporis videamus &c. Materia habet̃. lv. dist. per totũ & xlix. per totum.

SVMMARIVM.

1. *Crimina enormia impediunt executionem ordinis etiam peracta pœnitentia nisi fuerit dispensatum.*
2. *Irregularitatem, an & quando quis incurrat per homicidium vel vulnera alteri illata.*
3. *Membri deformitas an, & quando impediat aliquem promoueri?*

CAP. I.

DE presbytero. Presbyter qui in duello digiti partẽ amisit ex dispensatione sui Epi potest in suo ordine ministrare. h. d. Ponit factũ de quo secundò respõdet illud aggrauãs. ibi: *respondemus*. ¶ Casus litera. Quia presbyter obtulit cuidã aduersario suo duellũ & oblatũ ab eo suscepit: presbyter in illo duello digiti partẽ amisit: quærebat̃ vtrũ possit celebrare in ordine sacerdotis? rñdet Papa ꝙ si ipse non amisit tñ de digito quin bene possit sine scãdalo celebrare: vnde post peractã pœnitentiã satis poterit cũ eo misericorditer dispensari vt in ordine suo ministret. B. ¶ No. j. quid sit vitium corporis impediẽs quem à promotione qñ scilicet est tale quod scandalũ generat in solenniter celebrãdo, vel in actu solẽniter celebrãdi. ¶ No. ij. quòd clericus offerens vel subsequẽs vel suscipiẽs duellũ grauiter peccat. & ad hoc. de cle. pu. in duel. per totũ. ¶ No. iij. hic casum apertum † ꝙ grauis excessus etiã quantuncunq; post peractã pœnitentiã impedit quẽ in ordinis executione nisi secũ dispensetur. Et not. ꝙ Eps quandoq; cum delinquente (secundũ Inn.) grauiter dispensare põt. de quo. de iud. c. at si clerici. §. j. ¶ Not. ꝙ duellũ spõte oblatum & susceptum illicitũ est. Not. quòd existẽs in peccato est inhabilis ad promouendũ: & in susceptis ministrandũ. Item intellige verũ quod statim dixi: scilicet quod Eps potest dispensare cũ grauiter delinquẽte secundũ Inn. vbi apparet de iure expressum & cõcessum: aliàs nõ posset dispensare: de quo de iu. c. at si clerici. §. j. ¶ † Op. ꝙ duellũ suscipiens ad sacros [a] promoueri nõ possit. lj. di. c. si quis post acceptũ. Sol. dicit gl. ꝙ qñq; quis suscipit duellum animo se defendendi & nõ occidendi: nec actualiter occidit nec mutilauit: & talis non repellitur ab ordine: vt hic. Qñq; quis militiam suscepit & ad necandũ hoĩes fideles: & talis à sacris debet repelli: vt ibi. Solu. hæc potest esse bona quòd non ex proposito aliter euadere non valens assumpsit duellũ. vnde dicit Hosti. quòd si quis se defendendo vel sociũ, gladiũ sumpserit, dũmodo homicidiũ vel mẽbri truncatio nõ interuenerit tutus est: qcquid dicat̃ per decre. dilecto. de sent. excõ. in. vj. vbi de hoc. imò & tunc probabiliter videt̃ posse homicidiũ perpetrari ex quo se defendẽdo facit. de homic. c. ij. de quo dic vt in cle. si furiosus. de homic. & de homi. c. significasti. quod intellige qñ hoc facit ad defensionem personæ cum moderamine inculpatę tutelę: & aliter non potest homicidiũ euitare. xv. q. j. per totum. Vel secũdò si habetur respectus ad ius assumens duellũ, peccat. quod intellige. vt. s. idẽ de assumentibus militiã voluntariè sunt inhabiles ad ordines: quia grauiter delinquunt: & maximè si delictũ est notoriũ. Sed si habetur respectus ad ius singulare & dispensatiuũ & dispensatiuè possunt promoueri: vt hic. & hoc patet ex illo verbo misericorditer. & hoc verũ dũmodo mẽbri truncatio, vel mors secuta nõ sit: quo casu nec de iure nec dispẽsatiuè ab inferiori à Papa potest promoueri. Concludo qñq; quis assumpsit bellũ ineuitabile & ex necessitate defensionis personæ: & quicquid sequat̃ hic non est irregularis & potest promoueri. Quãdoq; quis assumpsit bellũ voluntarium & euitabile vel assumpsit militiã & ex sola assumptiõe: & exercitio: maximè si iam clericꝰ est grauiter delinquit. & ideò ab ordine repellit̃. [b] & si clericus est, erit deponendus: & nõ potest ordines assumere. Nunquid aũt inferior à Papa possit in hoc dispẽsare? dic ꝙ aut ex bello secuta mors est, vel mẽbri debilitatio & talis ab ordine repellit̃ aliàs dispensatiuè admittitur. vt hic. ¶ Opp. ij. † quòd hic non possit promoueri ad ordines ex quo assumpsit bellum & in eo vulneratus est: vt. j. de clericis. c. ergo presbyterum. Solu. quandoq; ex duello in clericum est secuta debilitatio vel deformitas scandalosa: vel quæ ipsum impedit in executione, & impedit promoueri: vt hic. Quandoq; secuta est debilitas deformans: vel impediens in executione officij: & tunc nõ impeditur: vt hic, vel illud procedit de iure communi: hoc ex dispensatione secundum Tancre. & quælibet bona. Dic ergo quòd si secuta est debilitatio: & deformitas promoueri non potest: dispensatione autem inferioris à Papa si non est secuta deformitas de iure communi, promoueri non potest, sic de iure dispensatiuo: scilicet

licet Episcopi. Quæro quis declarabit an sit scandalum vel non ex vulnere manus vel alia corporis debilitatione? dicit hîc Ioan.and. quòd hoc declarabit Episcopus.argum.c.proxi.secundum Innoc. quod bene not.est.

SVMMARIVM.

1 *Deformitas corporis promouendi, an sit scandalosa, relinquitur arbitrio pro mouentis. vide.s.c.proxi.in fine.*

2 *Consilium aliquorum quãdo est petendũ in aliquare, an sit etiã sequendũ?*

3 *Clausula prout tibi videtur: vel ad velle tuum, & similes, important arbitrium iustum.*

CAP. II.

Cum de tua. Habens in oculo maculam quæ nõ inducit magnam deformitatem, etiã ad Episcopatum poterit promoueri.h.d. Primò ponit duos obiectus contra electũ. Secundò ibi: *vnde.* circa vtrunq; prouidet. & de secũdo ibi: *de macula.* ¶ Casus liter. Quidã fuit electus in Episcopũ, opponebatur sibi ꝙ habebat maculã in oculo: & ꝙ non erat legitimus: mandat Papa ꝙ dispensetur cũ eo in vtroq;. B. ¶ Not.j.ꝙ inhabilis etiã natiuitatis vitio quandoq; eligitur: & tũc admittitur electio de multa dispensatione: idest ex magna gratia. & vide tex. de elect.c. qa diligẽtia. & vide de æta. & quali.c. accepimus. Et hîc text. est certus: qui declarat omnes. admittitur enim de inhabili postulatio de gratia, sed de inhabili electio admittaꝛ, de singularissima gratia, seu multa & magna gratia: vt hîc not. ¶ † Not.ij. quæ dicatur macula inducẽs scãdalũ vel deformitatẽ scandalosam, relinquitur arbitrio iudicis & promouẽtis, vel eius cui promotio cõmittitur. ¶ Opp.ꝙ ad Episcopatũ non possit promoueri natus ex canonico: vt in.c.cũ in cũctis. de elect. Gl. fatetur qñ est natus ex cõcubinatu: ideò dicit ꝙ ex multa dispensatione. ¶ Opp.ij. ex secũda gl.ꝙ nõ exigatur dispensatio in macula: & tñ in fine dicit hoc fuisse de maxima dispensatione: nã ex quo nõ est macula quæ generet scandalũ, non exigiꝛ dispẽsatio. Sol. põt dici & id quod dicit litera in fine respiciat ꝙ præcessit de illegitimitate. Vel dic ꝙ hæc macula prima facie erat dubia: ideò potuisset hic statim repelli. xlix. dis.c.j. quo casu ex dispensatiõe admittitur si alteri cõmittitur, & poterit dici maxima: ideò quia hoc vitiũ est patens, sed magna erat.s. quia vitiũ erat latens. Quæro an fine horũ consilio.i. Suffraganeorũ possit Archieps aliquid decidere? gl. dicit ꝙ nõ: quia delegati censenꝛ. arg.l.di.c. studebat. ad hoc. de elec.c. cũ in veteri. secundũ. B. ¶ † Not. glo. in duobus. Primò ꝙ vbi mãdatur aliqd fieri cũ consilio, videtur dari delegati cõsultores: sed hoc nõ puto verũ ꝑ not. de offi. dele.c. si pro debilitate. ¶ Secundò not. ꝙ vbi exigiꝛ cõsiliũ[a] à participe officij, non sufficit peti consilium nisi petens sequatur. vide Inn. in.c. venerabili. de offic. deleg. de hoc in.l. quidam §. papinianus. ff. de admin. tu. & in.l.j.§. si plures. ff. de exercito. act. ideo tenetur quòd isti nõ sint delegati: nec arctantur ad sequẽdũ eorũ consiliũ secundum Hosti. quod apparet in litera ibi: *quod exinde.* non dixit de Suffraganeis. Ad.c. studeat. respondet quòd ibi vt iudices adiũcti erant, & in casu quo certus episcoporũ numerus exigitur. xv.q.vij.c. felix. ¶ Quæro an poterũt isti decernere: prout voluerint quãdoq;? dicit gl. quòd non: sed decernere habẽt quod eis videbitur iustum: dũmodò id iustũ sit. allegat glo.s. de elec.c. causam quæ. ff. de ope. lib.l. si libertus. ¶ † Not. glo. iũcto tex. qd importẽt hæc verba facias ꝓut tibi videbitur: quia intelligiꝛ de videre iusto. quod no. ꝓ arbitris: dixi de cõsti.c.j. & .c. ne innitaris.[b] vide glos. Quid de hoc verbo. facias ad velle vel secundum volũtatem tuam .j. de verbo. sig.c. abbate. & vide Bart. in extrauagãti ad reprimendũ. in verbo videbitur. & in cle. fi. de verbo. sig. in ver. placuerit. & vide.l. quidam. ff. de leg. ij. & .l. fideicommissa.§. si sic. ff. de leg. iij. & vide in.l. filiusfa. ff. de dona. & .l.j. ff. de testa. mili. ¶ Quærit gl. quid si habet vnũ oculum maiorẽ altero, an remouebiꝛ. gl. dicit ꝙ nõ. ff. de ædi. edic.l. qui clauũ.§.j. Idẽ si habet ambos eminẽtes: vt ibi. Idẽ si sex digitos habet in vna manu.e.ti.l. Idẽ offilius. Qđ est verũ si non incõmodaꝛ vsus manus ꝓpter eos.d.l. idẽ offilius. ff.e.l. si hoiem. In lingua aũt si patiꝛ defectũ: & per hoc non pfectè loquiꝛ, repelliꝛ: aliâs nõ. ff. eo.l. si cui lingua. Quod tñ dicit gl. de oculo: dic hoc arbitrio iudicis relinquendũ: quia posset esse tanta eminẽtia ꝙ impediret: de quo.j.c. fi. vbi etiam declarando tenet quod not. Ioã. lv. dist.c. si quis in infirmitate. Dicit hîc Host. qcquid dicant leges quas hîc allegat quę cõsiderant solũ impedimentũ vsus mẽbri, non defectũ vel augmentũ. nos cõsideramus diminutionẽ, deformitatẽ, & scandalũ: nam & lex vetus tales repellebat quæ exponiꝛ. xlix. dist.c.j. secundũ Ioan. andr. & hoc tenet: licet Iaco. de al. diceret ꝙ si macula sine subtili inspectiõe se offerret visui, facit irregularem: aliâs non &c.

SVMMARIVM.

1 *Castratus à seipso repellitur à promotione: secus si natus est eunuchus. & intellige: vt.j.nu.5. & 7.*

Eunuchi appellatione veniunt tam castrati à natiuitate, quam non à natiuitate.

4 *Iudicium aliquando sumitur pro discretione animi: quod est not. pro compromittentibus.*

6 *Castratus presbyter vel alius, ex voluntate non debet seruare virilia, vt dicunt vulgares.*

8 *Testis maior factus, an possit testificari de illis quæ vidit in minori ætate constitutus?*

CAP. III.

Ex parte. Sectus in cunabulis licitè promouetur.h.d. Primò poniꝛ monachi peticio. Secũdò rñsio arguendo. Primo à prohibitis. Secũdò à permissis ibi: *Sanè.* ¶ Casus litera. Quidam monachus Bartholomeus noĩe in cunabulis sectus fuit: postmodũ fuit ordinatus in diaconũ: quæriꝛ an possit vlterius ad maiores promoueri? Rñdet Papa: ꝙ Nicenũ cõciliũ ꝓhibet illos ad ordines ꝓmoueri: & si promoti sunt, debẽt eijci q seipsos absciderũt, vel affectauerũt vt ab alijs abscinderenꝛ dũ sani erãt: qui in cunabulis secti sunt bene possunt ꝓmoueri: quia cũ iudiciũ animi nõ habeãt affectare nõ possunt vt ab alijs abscindanꝛ. & in canonibus apostolorũ legiꝛ ꝙ si per insidias eunuchus factus sit, vel ita natus, vel in persecutione amputata sunt ei virilia, si aliâs dignus est potest fieri Eps. Ber. ¶ † Not.j.ꝙ castratus repelliꝛ à promotione qñ à seipso abscindi fecit, vel volũtariè ꝓcurauit vt ab alio abscinderef. ¶ No.ij.ꝙ affectio nõ cadit in infantẽ. Et no.ꝙ exercitiũ animi nõ daꝛ in priuatũ animi habitu. & ꝙ qualitas sine subiecto & exercitiũ sine habitu esse nõ põt. ¶ † No.iij.ꝙ castratus natus vel ꝑ insidias fact⁹, nõ impediꝛ àlege ꝓmotiõis. † No.iiij. q cõprehẽdunꝛ app. eunuchi: qa natus vł ex postfacto castrat⁹. & sic latũ est vocabulũ ad oĩa talia. Not.ꝙ monach⁹ in monachatu assumit dignitatẽ, & Dei dr̃ miles: sicut & cleric⁹.s.ti.ij.c.e. libẽtius. † No.ꝙ iudiciũ qñq; sumiꝛ ꝓ discretiõe aĩi, ꝙ no. pro cõpromittẽtibus stare iudicio vt stare debeãt eo actu quo iudicium est iuris rectitudine legatũ.

Ant. Fran. ¶ Ex quibus causis cõtrahaꝛ irregularitas. vide per Spe. in ti. de dispen. in.§. iiij. & ibi ꝑ Bal. in addi. & ꝑ Inn. in.c. nisi cũ pridẽ. de renun. & dixit Bal. in addi. Spe. in ti. de accu. in ver. rigor. ꝙ irregularitas reqrit actũ cõpletũ: & ideò nõ est irregularis, qui percutit & nõ occidit. & vide Card in cle.j. in. xxxj.q. de homic. & hr̃ in.c. sicut. de homi. & in.c. quod verò. & in.c. Moyses. xx. xiij. qõ. ij. Et adde ꝙ irregularitas nõ cõtrahiꝛ si qs casuaꝛ occidit aliũ: de quo ꝑ Bar. in.l. illicitas. in.§. sicuti. ff. de of. præsi. vbi dicit ꝙ nõ nocet quin possit ad alios ordines ascẽdere. p.c. tua nos. de homi. vbi etiã habeꝛ ꝙ irregularitas cõtrahiꝛ ꝑ imperiũ siue iuramẽtũ de occidendo: de qbus etiã vide per Spec. in tit. de dispẽ. in.§. iuxta. in versi. facto aũt. Et adde quod voluit.d. Car. in cle. j. in. xiij. qõ. de homi. & tene mẽti ꝙ irregularitas non cõtrahiꝛ nisi in casib⁹ in iure expressis: vt est casus singul. secũdum do. Ant. in.c. his qui. de sent. excõ. l.vj. vt pereũ, Imo. & Feli. in.c. dilectus. de appel. Et adde etiã ꝙ irregularitas nõ incurriꝛ ꝑ clericos qui interfunt legi cõdẽdæ per quã mors inferaꝛ: vt no. voluit Bart. in auť. habita. in.j. no.C. ne fi. pro pa. de quo habeꝛ in.c. sñiam sanguinis. & in.c. clericis. ne cle. vł monachi. & in.c. ex literis. de exces. plat. & in.c. cõquestus de fo. cõpe. Et adde ꝙ irregularitas nõ cõtrahiꝛ si insultatus se defẽdẽs opposuit gladiũ, & non vibrauit, & occidit: vel mutilauit. de quo per gl. in cle.j. de homici. & ibi per d. Car. i. xxiiij.q.

SEB. SAPIA. ¶ Consiliũ. Vide Bar. & alios in.l. si cõuenerit. ff. de re iudi. Romanũ in cõsi. ccxxviij. inci. pro plena discussiõe. in vltimo dubio. Ang. cõsi. clxxxviij. inci. Sed nũc videndũ. & cõsi. xcij. inci. Sup primo. col. ij. Pau. de ca. in cõs. lxxxvj. inci. vř dicendũ, secundũ antiquã impressionẽ.

b ZACHARIAS. ¶ C. ne innitaris. Adde quod posui in apo. ad istũ post alios in allega.c. ne innitaris. in princip. vbi habes apostillam multum necessariam ad intellectum horum: cui adde Felin. plenè hanc clausulam & alias id genus tractantem in allega. c.j. ver. & si dicatur committimus voluntati tuæ. col. xx.s. de consti.

Ant. Franc. ¶ Et vide quod dixi post istum in.c. ne innitaris. hîc allega. & vide plenè per Alex. in.l. si sic. ff. de leg.j & in.l.j. de leg.ij.

5 ¶ †Opp.ꝙ voluntariè ſe abſcindens nõ repellitur à lege promotiõis.j.eo.c.ex parte.Sol.quidam eſt abſciſſus inuolũtarius:hîc nõ repellit̃. Quidã eſt abſciſſus & voluntarius.& hoc aut facit ſine cauſa,& repellit̃.aut cũ cauſa.ſ.vt ſanitatem manuteneat,& euitet vitiũ lepræ,vel aliũ morbum,& nõ repellitur.Ratio aũt quare repelluntur tales abſcindẽtes eſt: quia quaſi ſui homicidæ reputantur,& Dei cõditioni inimici.lv.diſt.c.ſi quis abſciderit.& quia præſu-

a mitur ꝙ omne turpe [a]malũ in ſe faceret qui ꝑ ſe abſciſſus eſt.ff.de ædil.edic.l.cũ autẽ §.excipitur.& proſequitur generalia.Dic ꝙ qñq; quis voluntariè in ſeipſo,zelo tñ Dei vel ſeruitio,deputato ſe debilitauit:& tũc ita demũ eſt irregularis ſi in membro hoc fecit quantuncunq; ſit vile membrũ.xxxiij.diſ.c.maritũ.Idem ſi in parte mẽbri quę deformitatẽ generaret,vel eũ inhabilem reddat adexercitiũ officij.j.e.c.Thomas.Quãdoque nõ zelo Dei:ſed indignatione hoc fecit:& tunc opi.ſunt.Aliqui ꝙ ex quo exigũtur quæ in præcedenti caſu dicta ſunt vt ſit irregularis.Alij ꝙ ſi in ſe inijciunt manus volũtariè:ſunt irregulares etiã ſi nihil amiſerũt:vel aliquid quantuncunq; modicũ,vt ſi ſibi dentẽ extrahit.Ad hanc opi.faciunt iura gl.& rationes.Prima,quia ſui homicida.Secunda,quia nimis crudelis præſumit̃.Tertia,quia alienũ inuadit:cum ſui dñs nõ ſit: quia ſolus eunuchus Deo placet qui volũtarius eſt.xxxiij.q.v.c.tũc ſaluabitur.Quarta,quiavidet̃ Deũ redarguere ꝙ plus in eo creauerit quàm fuit neceſſe.xxxv.di.c.ab exordio,Dic ſecundũ Inn.& Hoſtien. ꝙ aut in ſe ſæuiendo membrũ debilitauit,vel partẽ mẽbri ſcandalũ generantẽ,vel inhabilem ad officiũ reddentẽ,& abſque dubio hoc cauſat irregularitatẽ.Aut ſe debilitauit mẽbro aliquo occulto non generante ſcandalũ vel parte mẽbri,nec reddente eũ inhabilem ad executionem officij:& tunc ſi de hoc eſt infamatus,vel hoc nõ eſt occultũ:ſed notorium,& repellitur ſi de hoc nõ eſt infamatus & eſt occultũ:& nõ repellit̃ ſecundum Hoſt.alleg.de temp.or.c.ſi. ¶ Op.ꝙ amputans digitũ non repellitur à ſacerdotio:vt in prologo Marci.lv.diſt.c.ſi quis abſciderit.Sol.illud in Marco nõ eſt trahendũ ad cõſequentiã,qui hoc fecit vt eſſet indignus

6 ſacerdotio. ¶ †Quęro an caſtratus præter voluntatẽ debeat reſeruare virilia vt vulgares dicunt?Io.an.dicit ꝙ nõ.& ſic no.in.c.eunuchus.

7 alleg.in gl. ¶ †Quæro an ſit differẽtia inter caſtratum ex poſtfacto,vel natũ caſtè? dic ꝙ ſic. quia in vocabulo à legibus caſtratus ex poſtfacto appellat̃ ſpado:quaſi ſpata virili amputat⁹.

b Caſtratus[b] autẽ vocatur ſic natus quaſi caſtènatus.& primus poteſt poſthumũ hęredẽ ſibi inſtituere,nõ ſecundus.ff.de libe.& poſth.li.vj.§.j.ff.de ver.ſig.l.ſpadonũ.Clericalis autẽ militia non repellit nec ſpadonem nec caſtratum:imò optat Hoſt.& ego.& dicit Io.an.cũ ipſo quòd oẽs eſſent caſtrati.quanquã carens vno teſticulo repellatur à militia,aliâs militare poteſt.ff.

8 de re mili.l.qui cũ vno. ¶ †Inducitur decre.an de his quæ vidit qs in minori ætate factus ma-

c ior,[c] poſsit teſtificari:dicit Ioã.an.ꝙ ſi tunc cũ vidit erat doli capax,valet eius teſtimoniũ.ſecundũ Lau.& no.xxxvij.diſt.c.relatũ.niſi eſſet tale factũ in quo requireret̃ ætas perfecta ſecũdum Accurſi.qui hoc no.ff.de teſta.l.iij.§.lege Iulia.ff.de teſta.l.ad teſtiũ.§.j.de hoc in Spe.de teſte.§.j.ver.ſed nũquid pubes factus.Vltimò per hanc decret.dicit Ioannes Andræ. quòd ſicut clericus ita monachus dicitur Deo militare.ſ.titu.ij.c.eò libentius. Anto.

SVMMARIVM.

1 *Iuriſdictio ordinaria & delegata an poßint ſimul concurrere?*

2 *Corpore vitiatus quo caſu diſpenſatur per Papam, & quo caſu per Epiſcopum?*

CAP. IIII.

Significauit. Sacerdos q ſine cauſa virilia ſibi fecit abſcindi credẽs inde mereri:de diſpenſatione ſui Epiſcopi ſuum officiũ præter altaris miniſterium poterit exercere.h.d.In prima factum.In ſecunda conditionale mandatum. Secunda ibi: *quocirca.* ¶ Caſus liter.Quidam presbyter credeus ſe obſequium præſtare Deo fecit ſibi virilia amputari:dicit̃ ꝙ ſi dign⁹ eſt,poteſt cũ eo diſpenſari vt in officio ſacerdotis præter officiũ miſſæ miniſtret.B. ¶ No.j.caſtratum.i.ſectũ à ſe,zelo Dei eſſe irregularem:ſed pro-

1 moueri poſſe ſolius Epiſcopi diſpẽſatione. ¶ †Et not.hîc apertè ꝙ poteſtas delegata & ordinaria ad actum expediendũ ſimul habitu concurrere poſſunt:ſed nõ videtur exercitio:de hoc per In-

d no.de præſcrip.c.cũ ex officij.[d] ¶ Not.ꝙ ſacerdotale officiũ principaliter conſiſtit erga altaris miniſteriũ.Et not.quem poſſe ſuſpẽdi reſpectu partis alicuius,& ſpecie officij,& ordinis reſpectu alterius ſpeciei & ordinis eo in ordine remanente:& quo ad aliã partem,executionẽ retinente. ¶ No.cũ gloſ.fi.ꝙ deponi debeat hîc ſe caſtrans.lv.di.c.ſi quis abſciderit.Sol.deponi debet vt ibi de iure,niſi diſpenſetur diſpenſatiuè:vt hîc:quia non licet alicui ſæuire in corpus ſuum:cũ nemo ſit dñs membrorum ſuorũ.ff.ad.l.aquil.l.

2 liber homo. ¶ †Per quẽ aũt poſſet diſpenſari.dicit glo.ꝙ quo ad officiũ miſſæ ſolus Papa diſpenſat,quo ad alia diſpenſant inferiores:vt hîc:& hoc placet Hoſt.Alij dicũt ꝙ quia propter Deum ſe ſcidit:licet ſtultè Eps poterit diſpenſare.Sed ſecundũ Inn.videtur ꝙ ſiue inſtet operi licito,ſiue illicito irregularis eſt:quia corpore vitiatus eſt:ſed ad hoc prodeſt pia intẽtio,vt facilius diſpenſet̃:ſed per Papã non per Epm.l.diſt.non cõſcidat:quod placet Gul.naſo. vt dixi.ſ.c.j.in fi.Inn.dicit.de re iud.c.cũ æterni.libr.vj.ꝙ eccleſia romana ſeruat ꝙ ſolus Papa diſpenſat cũ corpore vitiato,& ſecũdum hoc dicit authoritate noſtra ſub.& per cõſequẽs tua & ideò tibi commiſſa:quia etiam tua dicitur:quia nec alij cõmittere potes.de offi.deleg.c.fi.ſecundũ Hoſt.qui in hoc remittit ad ſum.in eo.ti.qđ bene no.quia in poteſtate diſpenſandi cõceſſa videtur electa induſtria perſonæ. ¶ Quæro cũ glo.iij.quia alię literales ſunt. circa quæ alia conſiſtat officium presbyteri?gl.dicit.circa actum baptizandi,pœnitentiã dãdi,& ſimilia.de quibus.xvj.q.j.c.adijcimus.de conſe.diſ.iiij.c.cõſtat.ſecundũ glo.& vide quod no.l.diſ. c.qui ſub gradu.j.q.j.c.quod quidam.§.ex his verbis.ſimilia autem ſunt quæ presbyter poteſt,in extremis vngere,aquã benedicere,& mortuos ſepelire.Quæro an tanquã diaconus vel ſubdiaconus poterit accedere ad altare?dic ꝙ ſic,arg.j.ti.j.c.de conſe.diſt.c.tribus.ſecundum Hoſt.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula liberam habens facultatem:non habilitat inhabilem.*

2 *Ad ordines quilibet præſumitur idoneus,niſi probetur contrarium.*

CAP. V.

Ex parte. Sacerdos q ex iuſta cauſa ſibi facit abſcindi virilia,põt vt prius officiũ ſacerdotale exercere.h.d.In prima querela presbyteri.In ſecũda prouiſio ibi: *quoniam.* ¶ Caſus liter.Quidã presbyter ſentiẽs periculũ lepræ ſibi imminere,fecit ſibi præſcindi virilia:quærit̃ an poſsit in officio ſuo miniſtrare?Rñdet Papa quatenus ſi eſt ita.& aliâs idoneus eſt,exequẽdi officiũ ſuũ liberã habeat ptãtem. ¶ No.j.ꝙ inciſio viriliũ proficit ad curã morbi lepræ,& ſic videt̃ quod læpra ꝓcedit ex inſtinctu luxuriæ.No.ꝙ non ſolũ in infirmitatibus animi minus malũ eſt eligendũ.xiij.di.per totũ:

1 ſed etiã corporis. ¶ †Not.ꝙ ꝑ hoc verbũ liberã habeas facultatẽ: nõ habilitat̃ aliâs ad actũ inhabilis:ſed ſupplet̃ inhabilitas,& poſſet induci in cõtrariũ. ¶ †No.in materia irregularitatis regulam

e procedere affirmatiuè.quilibet ad ordines cenſet̃ idoneus,[e] niſi in iure re-

SEB. SAPIA.

a ¶ Omne turpe. Facit text.in.l.liber homo.ff.ad legem aquil.vbi dicitur ꝙ nemo mẽbrorũ ſuorum videtur dñs & moderator.concord.tex.in.c.ſi non licet.xxiij.q.v.

SEB.SAPIA.

b ¶ Caſtratus. Vide glo.in.§.ſed illud.inſtit.de adoptio.& Socic.& alios.in.l.j.col.iij.ff.ſol.mat.vbi notant quid reſultet ex eo,ꝙ quis ſit caſtratus à natura an verò ſit caſtratus ex accidenti.

c ¶ Factus maior. Adde Rom.cõſi.clvij.Rapha.Comen.cõſi.xcj.

d ¶ Cùm ex officij. Adde vt per Ro.cõſil.ccccxlvj.

ZACHARIAS.

e ¶ Cenſet̃ idoneus. facit quod no.Bal.ſuper rubr.C.qui accu.nõ poſ.Bar.in.l.ſi verò.§.qui pro rei.ff.qui ſatiſ.cog.& Spe.in tit.de proba.§.j.ver.reſtat.

iure reperiatur prohibitus. ¶ Op. quod abscisus non possit promoueri.lv. dis. c.si quis absciderit.c.quod partem.cum si.Sol.dicit gl. quod abscisus ex indignatione repellitur. Abscisus autem iusta causa ad vitandum morbum lepræ hic non impeditur:vt hic.Item prohibetur qui obtentu religionis se eunuchauerit:eo quod eunuchos voluntarios diligit Deus non ex necessitate. xxxiij. q.v.c.tunc saluabitur.lv.di.c.si quis per ægritudinem.Item est ratio: quia non est aliquis dominus membrorum suorum.ff.ad legem aquil.l.liber homo. Contra hoc gl.op.de.l.sed & si damnum.§.si ipse.ff.de pecu.vbi dicitur quod naturaliter seruis:licet in corpus suum sæuire. & propter hoc damnum hic de peculio serui non deducitur.Sol.dicit Host.quod illud est verum de iure naturali primeuo communi omnibus animantibus.insti.de iure na.in prin. quia ratione carent,nec iniuriam facere possunt.ff.si qua.pau.feci.di.l.j.§.j.Vel dic quod licet quo ad hoc vt dominus non deducat de peculio:tamen aliàs non licet:imò venit puniendus:vt.l.oë.§.q se.ff.de re mili.& hoc ibi not.gl.

SVMMARIVM.

1 *Mutilatio membri enormis impedit quem promoueri ad ordines.vide in discursu.*
2 *Iniuria enormis dicitur omnis iniuria habens in se membri mutilationem.*

CAP. VI.

Exposuisti. Mutilatus manu si fuerit promotus in Abbatem.ab Abbatia deponitur h.d.Communis diuisio. Secunda ibi:*nos igitur.* ¶ Casus literalis. Quidam promotus fuit in Abbatem qui carebat altera manu:consultus Papa respondet quod cum ipse pro tanto defectu non possit ad sacros promoueri,& ipse hoc tacuerit in sua promotione, ab officio Abbatiæ debet perpetuò remoueri.Ber. ¶ 1 † No. j.quod quilibet enormis 2 defectus & mutilationis membri impedit quem promoueri ad ordines. ¶ † Secundo not. quòd enormis dicitur defectus,vulnus enormis,& consequenter iniuria quæ habet in se membri mutilationem. ¶ Not.tertiò,quòd inhabilis ad ordines promoueri non potest ad Abbatiam de iure communi.& hoc quia debet esse sacerdos: vt dicit gl.& sic inhabilis ad vnum conexorum est inhabilis ad reliquum. ¶ No.iiij.quod promotio & prouisio surreptitia surreptione coperta & veritate,retractatur tanquam nulla, quasi non transeat in rem iudicatam. ¶ No. quod promouendus in Abbatem debet exprimere suas inhabilitates tempore promotionis. ¶ Not.quod mutilatio membri manus non videtur quem repellere à minoribus ¶ No.quod in minoribus existens potest promoueri in Abbatem. ¶ Vlt.no.quod Abbatia dicitur officium.[a] Opp.quod de digito impeditus repellatur:de cle.ęgro.c.presbyterum.Sol.promoueri impeditur manu debilitatus:vt hic.idem si debilitatus alio membro per quod impediatur exercitium officij,vt digito in casu in quo impeditur.Si autem est digitus quo non impeditur:est secus,quòd si careret dente?dic quod non impeditur.ff.de ædil.edic.l.cui dens.Idem dicit Hosti.de parte linguæ, dummodo non impediretur organum vel loquela,nam balbus & blesus est qui tardè loquitur.ff.e.l.idem offilius.§.fi.ad hoc quod no.s.c.ij.dicit etiam quod religiosum promoueret de graria,dummodò loqui posset.lxxvij.d.c.fi.& pe. ¶ Op. secundò quòd pro quocunque defectu non repellatur quis ab ordinibus.s .c. j.Sol.repellitur pro enormi,sed non pro leui:vt ibi dicit gl.ij. ¶ Op. quod hic non debeat ab Abbatia remoueri.s.de æta.& quali.c.tuam.xvj.q. j.c.legi.l.di.c.accedens.Sol.dicit Ioan.quod potius remouetur propter scandalum quam propter irregularitatem:hoc non placet gl.ideò dicit quod si quæritur an possit quis promoueri ad solicitudinem Abbatiæ:non quod sit Abb. sed quidam factor,aut administrator,syndicus vel cellarius:& ad hoc bene potest irregularis promoueri. ¶ No.bene si quæritur an possit ad Abbatiam promoueri de rigore non:maximè vbi tacuit defectum irregularitati. & idem esset etiam si non tacuisset:quia debet esse presbyter.de dispensatione autem potest:sic loquitur.c.tuam.quòd autem Abbas debeat esse non irregularis:patet.de ele.ca.ne pro defectu:vbi æquparantur ecclesiæ chatedrales & regulares& sic videtur quod sit nomen honoris, nihilominus oneris & laboris.alleg.dictum Gregorij.& vide in.d c.tuam.in glo. & Guli.in cle.i.de rescrip.Gl.non respondet ad.c.legi.dic quod non loquitur de Abbate:sed de monacho:inquantum dicit quod in illo non requiritur personæ integritas.Inn.videtur quod Abbas propter solam irregularitatem non remoueatur.Sed causa propter quam remouetur est taciturnitas defectus,quæ peccatum est,propter quod non habet executionem ordinis sic suscepti.de renun.capitul.nisi.§. personæ. Dicit autem quod promouendus debet confiteri crimina.de quibus confessus est,aut conuictus, aut deprehensus,vel quæ aliàs sunt notoria.l.dist.c.si ille. ad alia non tenetur: sed securius est si ille confitetur,& dispensetur vt vlterius non accusetur. xxiiij. Dicit etiam Host.quod tenetur illa prodere quæ post præsentiam impediunt ordinis executionem,quod notatur secundum eum in prædicta decret.nisi.§. propter

a ZACHARIAS. ¶ Dicitur officium.Feli.in.c.quæ in ecclesiarum.de constitu.col. xxvij.ver.fallit.v.seu declaratur ibi:hic est.adde tu quod est etiam dignitas.no iste.i.c. decernimus.j.de iudi.Feli.in.c.pastoralis.col.iiij.versi.vtrum ergo Abbatia.j.de offi.dele.bo.text.i.c.apostolicæ.de priuile.li. vj.text.in cle.& si principalis.& ibi Car.q.j.de rescri.& Feli.in.c.meminimus.col.ij.ver.vlterius quæro.j.de accu. & ibi firmiter tenet quod Abbas debet preferri omnibus prælatis post Episcopum:quod fuit originale dictum Bal. in alle.c.pastoralis in glo.in ver.superiores.quem ibi sequuntur Moder.& Feli.col.iiij.ver .in gl.in ver.superiores. licet Gemini.in.c. quauis.el.j.de pręben.li.vj.teneat contrarium.Ego tamen pro concor.doct. dicerem quòd opi. Gemi. procedat in actibus processionalibus.& in ecclesia in qua ille plus habet dignitatem si ita dictet consuetudo,aliàs secus:in alijs verò semper præcedat Abbas & ita videtur tacitè sensisse Feli.loco proxi.alle.vtrum autem habeat Abbatissa dignitatem. tene etiam quod sic per tex.c.indemnitatibus.& ibi Gemin.ij.no.§.vtrum de ele.li.vj.vide in palle.c.meminimus ver .vlterius quæro.col.iij.de accu. legistæ habent bo. tex.in.l. generali. C. de sacrosan. eccle. Anto.Francis.

1 ¶ † No.primò quòd licitè potest recusari iudex vt suspectus ex causa probabili,nō solùm quando ipse solus est iudex.l.prætor. ff. de iurisdi.omni.iud.& in. c.si quis contra. de foro compe.sed etiam cum habet alios collegas.& facit iste text.pro not.in capitulo.j.de iudi.ꝙ si in vniuersitate iudicum habeo aliquem suspectum,possum petere illum remoueri [b] non obstante quòd alij possunt ferre sententiam iustam. ¶ † Et facit ad quæstionem.nunquid si scholaris qui debet intrare examen habet aliquem ex doctoribus suspectum ex legitima causa possit illū recusare [c] & credo quòd sic: quia solùm Doct.sunt ibi vt testes.& no. Barto.in proœ. ff.veteris. dixi plenè in capitulo, proposuisti.de proba.testes autem debent esse sine omni suspicione:vt not. in capitulo, in literis.infrà de testi.¶ Secundò not.ibi: *dominus est &c.* quòd habens aliquem in familiam suam,potest dici eius dominus.¶ † In glo.prima in fin. Ex glo.habes sex causas legitimas recusandi [d] iudicem.vide.xij.quas ponit Ioan.an. in.c.legitima.de appel.li.vj.& per Spe.eo.tit.§. superest.per totum.adducunt hîc Doc. aliam causam cùm iudex successisset in totum,vel in partem litigatori:nam tunc non potest esse iudex,quia iudicaret in facto proprio:vt in.l. Iulianus.la.ij.ff.de iu.& quod hîc dicitur habet locum etiam in ordinario.vt in. l. qui iurisdictioni præest.ff.de iuri.omni.iudi.vbi dicitur quòd is qui præest iurisdictioni nec sibi, nec suis ius dicere potest:facit.l.senatus. ff.de offi. præsi.plenè dixi in.c.cùm contingat.de fo.cōpe. ¶ † Nūquid autem potest esse arbiter siue arbitrator? [e] Doc.ꝙ sic.quia etiam in facto proprio quis potest esse arbitrator.vt.l.si libertus ff. de op. liber. & in.c.quintauallis.de iureiur. ista tamen ratio non procederet in arbitro:qa quis non potest esse arbiter in facto proprio,

de eden. ergo non bñ dicit.d.Abb. Andræ.Barba. Anto.Francis. ¶ Ad hanc materiam an scholaris doctorandus habēs vnum ex doctoribus collegij suspectū,possit illū recusare: credo opi.d.Abb.hîc eē verã: imò dico ꝙ doctorandus pōt approbari p solū Cancellariū studij qñ collegiū dolo versaretur contra scholarem:& Cancellarius ipse haberet peritiã: nisi ex forma statuti requireretur certꝰ numerus doctorū in approbando scholarem.vt pulchrè declarat Bal. in auť. habita. C. ne fi.p pa.& quæ reqrãtur in scholare vt debeat approbari à doctoribus: vide per. d. Car.in cle. ij.in.ij. qō.de magi.& an doctorandi potestas cōpetat Epo ex priuilegio, vel de iure cōi. habet p gl.in ea.cle.ij.de magi.& vide do. Abb.post Car. in ca.verum. de foro cōpe.& habetur p Hosti.in summa. de magi.in.§.j.

d ¶ Recusandi. Adde qñ habet causam consimilem. Are.consi.lv.

ZACHARIAS.

¶ Tu adde alias xij.causas quibus pōt iudex recusari.per Phili.Fran. in tit. de appel.c. postremò.col.pe. ponit Spe. sed nō tot.in tit.depositi §.pe.in ver. quid si ponens.& Lanf. in.c. quoniam cōtra. §. statuimus ver. recusationes. numero. j.in versi. præcedentis ad uocationis.& ibi in apost. Celsi ad ipsum.j.de probatio.

e ¶ Arbitrator. Adde Old.consi.cvj. & qđ voluit Ro. consi.lxviij.

etiam parte consentiēte: vt in.l. penul.ff. de arbit. sed dic quòd alio respectu potest esse arbiter in causa familiaris: qa interuenit consensus partium. nam possunt partes nō recusare iudicē. c. ad hoc aliàs. c. insinuātē. j. e. vbi patet ꝙ etiam dominus potest esse iudex in causa familiaris si non fuit exceptum. ¶ Vltimò scias quòd Io. an. hîc dicit ꝙ gl. non cautè loquitur, dum in prin. dicit hîc esse arg. quòd iudex pōt recusari si est dominus impetrantis.[a] nam secundū eum est hîc expressum: & sic non debet dici argu. Simile no. in. c. j. de pact. & ex hoc not. formosum modum inducēdi iura. vt vbi casus nō est clarus, inducatur text. in argumen. sed vbi text. est expssus, debet simpliciter allegari tex. posset tamen secundum eum dici quòd hîc nō fuit recusatus iudex, sed alter fuit surrogatus: sed dic melius quod imò text. probat de suspicione, & per consequens de recusatione: vt patet ibi: *habebat suspectum &c.*

SVMMARIVM.

1. *Appellari quo casu non possit ad Papam omisso medio.*
2. *Delegatus potest subdelegare vni vel pluribus.*
3. *Vnus ex delegatis, an possit causam pluribus subdelegare?*
4. *Iudex subdelegatus an possit cognoscere an sua sit iurisdictio.*

CAP. XVIII.

Cum te cōsulente.[b] Si delegatus Papæ committit causam non in totum: & à subdelegato appellatur ad Papam, per hoc non impeditur processus delegati Papæ. Vel clarius & sic. A subdelegato delegati Papæ q subdelegauit non in totum: non ad Papam sed ad ipsum subdelegatum appellari debet: & non diuiditur. ¶ † Not. primò vnum casum satis sing. in quo nō potest ad Papam appellari omisso medio.[c] regulariter contrà. vt in. c. ad romanam. ij. qō. vj. Et ratio huius specialitatis est: quia delegatus qui subdelegauit non in totum: repræsentat personam Papæ quo ad illam causam, vt in c. sanè. §. eo. & ideò ex quo Papa voluit istum tenere locum suum quo ad illā causam, temeraria est appellatio dū interponitur ad ipsum Papam qui iam habetur Papa in persona delegati. & idem casus ponitur. j. eo. c. super qōnū. §. porrò. ¶ Secūdò no. ꝙ delegatus subdelegās facit medium gradū: vnde nō debet appellari omisso isto medio. vt hîc. Hoc fallit si istud mediū esset inutile: vt puta si subdelegatus esset excommunicatus vel aliter impeditus: nam tunc potest appellari ad Papam. vt est tex. in. c. si is cui. j. eo. li. vj. Item fallit si negatur iurisdictio subdelegatis: vt quia dicitur Papam fuisse mortuum re integra. vt est tex. in. c. si à subdelegato. j. eo. li. vj. ¶ † Tertiò no. ibi: *vni vel pluribus.* quòd vnus delegatus potest causam subdelegare vni vel pluribus. concor. j. eo. c. pastoralis. j. respon. & eadem ratiōe dicunt Docto. ꝙ plures delegati possunt causam subdelegare pluribus quā ipsi sunt. ¶ † Sed est dubium satis probabile: nunquid vnus ex pluribus delegatis possit causam subdelegare pluribus sicut potest vnus solus: vt hîc. Inn. colligit hîc arg. ꝙ sic. refert alios tenere contrarium, ꝓpter absurditatem quæ posset sequi si isti plures subdelegati discordarent. Host. dicit ꝙ ista consideratione decet & expedit vt vni cōmittat. sed propter ratiōnē. c. prudentiam. ver. illa quippe. j. e. dicit ꝙ potest delegare pluribus. nec ob. si dissentiāt. quia prouisum est per. c. fi. de re iud. sed Ioan. an. dicit ꝙ illud. c. nō prouidet in isto casu. & bene dicit. quia loquitur quando plures iudices delegati discordant in sentētia: sed nos loquimur quando plures subdelegati vnius delegati discordant cùm procedunt cum collega subdelegātis: vt puta vnus ex duobus delegatis subdelegauit vices suas duobus: isti procedunt cum collega subdelegantis & discordant adinuicē. quo casu non est prouisum qualiter sit prouidendum. & ideò dicit Io. an. vtile esse prouidere vt non possit vnus cōmittere pluribus nisi insolidum: vt in simili dicitur in. c. pe. de electi. li. vj. ego credo quòd commissio optimè fieri potest pluribus per vnum: vt hîc & §. eo. c. quāuis. & ꝙ omnes subdelegati ab vno tenent locum vnius: ita quòd nil valet nisi maior pars conueniat in vnam sententiam. ad hoc alleg. tex. cum gl. in. c. pastoralis. in princ. §. de rescrip. vbi bo. text. facit cle. fi. de iur. pa. & not. Ioan. an. in simili in. c. scriptum. de elect. ¶ In ea. glo. ibi: *& non laicis.* hodie est prouisum in c. statutum. in. §. in nullo. de rescrip. li. vj. vbi dicitur quòd illis personis debet committere delegatus Papæ quibus committit ipse Papa: & quæ sunt illæ personæ habetur ibi in princip. Extra glo. dubitatur quid si subdelegans reseruauit sibi executionem sententiæ & non sententiam, nunquid habeat locum iste tex. Doct. ꝙ sic. & hodie est tex. in cap. si delegatus. infrà eo. libro. vj. Vnde quemcunq̧ articulum iurisdictionalem sibi reseruauerit, semper remanet iudex,[d] & debet ad eum appellari à subdelegato suo, nisi quādo negetur iurisdictio sua: vt est tex. in. d. c. si à subdelegato. ¶ † Sed hoc casu est dubium nunquid subdelegatus possit cognoscere an sua sit iurisdictio ex quo negatur iurisdictio subdelegantis. & de hoc in Specu. eo. titu. §. excipitur. vbi ponit opin. contrarias. sed tene ꝙ potest per tex. illius. c. si à subdelegato. in ver. admittere. & ibi hoc sentit Ioan. and. nec obstat ille tex. in eo quod non potest appellari ad subdelegantem: quia illud est ne appellans videatur sibijpsi cōtrarius. quia ex quo negat eum habere iurisdictionē, non debet ad eum appellari: sed quādo coram subdelegato proponit defectum iurisdictionis non reperitur in aliqua contradictione: quia iudicium redditur in inuitum. l. inter stipulantem. §. si stichum. ff. de verbo. ob. & in. c. intelleximus. de iudi. & hoc no. ꝓ intellectu huius. c.

SVMMARIVM.

1. *Iurisdictio tam ordinaria quàm delegata perpetuatur per litis contestationem: & per citationem in delegatis. 2. 4.*
2. *Delegatio expirat morte delegantis re integra: vide in discursu maximè nu. 7. etiam quòd delegatus ignoret mortem delegantis. 10.*
3. *Mandatum factum non expirat re integra morte mandantis quando est factum sub nomine dignitatis mandantis. 9. vbi aliter limitetur: vide in nu. 10. vbi ponitur quid si ignoretur mors mandantis.*
5. *Iurisdictio in dubio præsumitur concessa ordinaria, non delegata.*
6. *Citatio est principium & fundamentum iurisdictionis contentiosæ.*
8. *Appellari non potest de vicario generali Episcopi ad Episcopum. quia faciunt idem consistorium: sed bene de vicario speciali.*

CAP. XIX.

Relatum. ¶ † Per lit. contest. perpetuatur iurisdictio. vel sic: Morte delegantis nō expirat iurisdictio delegati coram quo lis erat contest. & non diuiditur. ¶ No. primò[e] ꝙ sicut mandatum extraiudiciale expirat re integra per mortem mādatoris:[f] vt in. l. mādatū. C. man. & in. §. rectè. insti. eo. & no. in. cle. fi. de procur. ita finitur mandatum[g] iurisdictionale re integra, differunt tamen in alio scilicet respectu perpetuationis: quia primo casu negotium dicitur esse integrum ante lit. contest. ita ꝙ expirat mandatum procuratoris si non fuit lis cōtest. vt no. in. d. clem. fi. & Bar. in. l. & quia. ff. de iuri. om. iu. ¶ † Sed ad perpetuationem iurisdictionis delegatæ non

---

a ¶ Dñs impetrātis. Adde qđ voluit Ro. consi. j. alleg.

SEB. SAPIA.

b ¶ Cū te consulēte. Vide tres intellectus quos ad istū tex. ponit. d. Abb. in. c. super qōnū. in prin. j. eo.

c ¶ Omisso medio. Adde quod do. de Rot. decisi. suis in ti. de appe. relictis per dom. Bert. tenent ꝙ si delegatus subdeleget causam donec causam duxerit ad se reuocandam, & subdelegatus deferat appellationi, ꝙ oīs potestas transfunditur in Papam.

ZACHARIAS.

¶ Adde tu materia pñtis. qōn. per istū tactę hîc, istū Imol. & Anto. de bu. in. c. cū bertoldus. & ibi Fel. co-lum. v. in princi. j. de re iud. eundem in. c. sup qōnum. §. porrò. ver. appellari nō potest. j. e. tit. Bar. soci. in suo tract. fallen. regu. xiiij.

d ¶ Remanet iudex. Adde Abb. cōsi. lxxxvij.

SEB. SAPIA.

e ¶ No. primò. Vide Rom. in consi. j. & in. l. ij. §. sed si quis. ff. de dona. Alexā. in. l. fundi venditor. col. ij. & iij. ff. de acqr. pos. Ias. post Alex. in l. eius. ff. si cer. pet. Bal. in cons. clxx. inci. Ad euidentiā in. j. parte. Cor. in consi. lxxxvj. circa primū. col. fi. in primo vol. & Soci. in consil. lxxxvij. inci in præsenti in. iij. parte.

f ¶ Mortē mandatoris. Adde Cald. consil. iiij. hoc eo. tit. & vide quādo non finiatur, per Ro. consi. cij.

g ¶ Finitur mandatum. Et limita nisi respectu sedis apostolicæ Papa delegasset: qa mortuo Papa nō expirat. c. ad abolendā. §. fi. de hære. secūdū Bal. in. d. l. & qa. vide Ang. qui sing. limitat in. d. l. & quia. And. Barb.

tæ non requiritur lit. contest. sed saltē sufficit citatio. vt j. c. prox. & j. latius dicam. ¶ † Secundò no. ꝙ delegās certam causam videtur in dubio delegasse nomine personæ, & non nomine dignitatis. hinc est ꝙ expirat mandatum re integra per mortem mandatoris. secus si delegasset nomine dignitatis: vt in. c. si gratiose. de rescri. li. vj. & not. in. l. centesimis. ff. de ver. ob. & sic limita omnia iura quæ dicūt morte mādatoris finiri mandatū. & in procuratore dic vt habetur in. d. cle. fi. ¶ † In glo. Ex hac gl. colliguntur duę opi. dum quæritur per quē actū perpetuetur iurisdictio delegati contra tacitā reuocationem quæ surgit ex morte constituētis. Primò ꝙ secundū leges requiritur lit. contest. & ita procedit iste tex. sed secūdū canones sufficit citatio: vt j. c. proxi. hæc lec. nullibi probatur apertè per ius ciuile: imò tex. videtur in contrarium in. l. & quia. ff. de iuri. om. iud. vbi tex. solū requirit ꝙ delegatus incepit vti iurisdictione. Item Marti. antiquus glossator iuris ciuilis tenuit opin. vt sufficiat citatio. Azo tamen tenuit primum dictum. & ad hoc inducit in quæstione facti istum tex. Sed fertur ꝙ contra eum fuit allegatum. c. seq. vbi expressè dicitur ꝙ sufficit citatio. & sic remansit confusus. Secunda lectu. est vt secundum vtrūq; ius sufficiat citatio: & hanc lect. sensit gl. dum in ista opi. alle. d. l. & quia. & hanc opi. sequitur gl. in d. l. & quia. & clarius ibi Bar. Tertia opi. extrà glo. ꝙ in delegatione principis non requiritur exercitium alicuius actus, sed per solam commissionē est perpetuata iurisdictio: & tenētes hanc opi. fundāt se ex illa. l. & quia. in ver. principaliter. sed illa lec. communiter nō tenetur. nam est contra istum tex. & c. sequens. & ad illam. l. respondetur ꝙ loquitur in iurisdictione ordinaria. & de hac materia vide latius in. c. licet j. eo. sed quantum pertinet ad intellectū huius. c. conclude sic. ꝙ aūt quæritur de iurisdictione ordinaria: & illa non expirat per mortem concedentis etiam re integra. vt no. Host. s. eo. c. quoniam Abbas. est tex. secundū communem intellectum in. d. l. & quia. & est ratio quia per concessionem ordinariæ iurisdictionis fit gratia ipsi concedenti, cùm per hoc habeat dignitatem. vt no. in cle. ij. de rescrip. gratia verò concessa non expirat, licet moriatur concedens re integra. vt in. c. si cui. de præben. li. vj. & ad validitatem & efficaciam priuilegij sufficit ꝙ perueniat ad noticiam priuilegiati. vt in. c. j. de conces. præben. li. vj. & in. l. absenti ff. de dona. Itē iurisdictio ordinaria radicatur [a] in personam illius cui conceditur: vnde immediatè per cōcessionem inhæret ossibus istius. & ideò per mortem concedentis non expirat: quia id quod nostrum est, sine facto nostro à nobis euelli nō potest: vt in. l. id quod nostrū. ff. de regu. iur. ¶ † Quomodò verò cognoscatur ꝙ sit commissa iurisdictio ordinaria an verò delegata: dic ꝙ si princeps vel lex seu cōsuetudo tribuit simpliciter iurisdictionem super vnam prouinciā, seu super vnā ciuitatē, vel castrum. seu concedit iurisdictionē simpliciter [b] super vniuersitate causarū, videtur concedere ordinariā, nisi exprimat [c] verbum delegamus. [d] vel facias authoritate nostra [e] & c. nam tunc facit eū delegatum. [f] ad hoc vide bo. tex. cum gl. in. c. j. de cle. ægro. li. vj. & in. c. cū aliquibus. de rescri. eo. li. hanc conclusionem firmat Host. s. eo. in. c. quoniā. & Bar. in. d. l. & quia. vide Inn. in. c. cùm ab ecclesiarū. de off. or. & scias ꝙ nō quilibet potest dare ordinariam, sed solū princeps, vel lex, vel cōsuetudo, vel vniuersitas dū eligit rectorem: vt no. in iuribus præalle. Aut quæritur de iurisdictione delegata, & de perpetuatione ipsius reperiūtur multæ opi. vt prædixi: inter quas est opi. Hostiē. in. d. c. licet. qui multum in hoc laxauit habenas. dicendo qualitercunq; delegatus incipit vti iurisdictione ante mortem delegantis perpetuata est iurisdictio: mouetur per illud. c. licet. vnde si eligit sibi notarium vel nūtium, fit perpetuatio secūdum eum. vide etiam gl. [g] in. c. si à subdelegato infrà eodem. libr. vj. quæ tenuit ꝙ si delegatus subdelegat ante mortē primi delegātis, perpetuatur eius iurisdictio [h] & subdelegando vsus est iurisdictione. Mihi placet illa opi. vt necessariò requiratur citatio. per text. j. c. proxi. & p c. fi. de offi. lega. cui impossibile est respondere nisi improprietur litera. facit. c. proposuisti. de foro comp. & l. si quis posteà. de iud. quod ꝓbatur ratione. nam in hac perpetuatione requirit ꝙ delegatus cœperit vti iurisdictiōe. vnde cùm perpetuatio ista fiat respectu partium, oportet ꝙ interueniat aliquis actus cum parte. ¶ † Sed citatio est principium & fundamētum iurisdictionis contentiosę. insti. de pœna te. litigant. §. fi. & c. cōtingit. de proba. ergo necessariò requiritur ꝙ pręcedat citatio. Item secundò multa iura specificè requirunt citationem: vt j. c. proxi. & c. fi. præalle. de offi. leg. ergo alia iura quæ dicūt generaliter, ꝙ iudex incepit vti: debēt intelligi & suppleri per citationis actum. Item & tertiò. c. proxi. requirit ꝙ negotium debet esse cœptum ante mortē delegantis: sed nō potest dici cœptum nisi sit deuentum ad aliquem actum qui sit de substātialibus negotij. vt probatur in. c. in causis. cū ibi no. de elec. & in cle. fi. de procu. ergo etiam necessariò requiritur citatio: qa (vt dixi) ista est primus & substantificus actus ordinis iudiciarij. & hāc opi. tenet Cal. in. d. c. licet. [i] & Arch. q. vij. c. nō ita. si quæris de ratione quare delegata iurisdictio extinguitur morte concedentis re integra. Responde per actum subdelegationis nō transfertur efficaciter iurisdictio in delegatum. hinc est ꝙ re integra ille qui subdelegauit in totum potest commissionem reuocare: vt in. c. quāuis. eo. tit. lib. vj. vnde cum iurisdictio re integra sit effectualiter penes delegantem: & per mortem ipsius extinguatur iurisdictio sua, per consequens extinguitur potestas delegata: quia extincto iure authoris extinguitur ius successoris. argu. in. l. lex vectigalis. ff. de pigno. Sed per exercitium iurisdictionis ante mortem delegantis iurisdictio radicatur in personam delegati. ita ꝙ efficaciter transiuit in eum. ideò morte ipsius non extinguitur iurisdictio. ¶ † Sed circa prædicta dubitatur, quid in iurisdictione delegata [k] ad vniuersitatem causarum, nunquid iurisdictio expiret morte concedentis non recolo de præsenti vidisse, sed credo ꝙ expiret. adduco tex. per locū à speciali in. c. ne aliqui. de hære. lib. vj. vbi dicitur ꝙ officium inquisitorum hæreticæ prauitatis non expirat etiam re integra per mortem constituentis, fauore fidei. ergo cessante

ZACHARIAS.

¶ Adde Alex. plenè & Ful. in. l. more. col. iij. ff. de iuris. om. iu. Pet. de ancha. & Gemi. in c. si. e. ti. li. vj. Bal. Rap. & Alex. in al le. l. & qa. & Spec. in tit. de iuris. om. iud. §. vj. ver. item mortuo. & seq.

a ¶ Radicat. Limita nisi esset accessoria, vt in vicario episcopi. qui licet habeat ordinariā, tamē mortuo epo expirat. gl. in cle. j. de offi. vic. And. Barb.

b ¶ Simpliciter. Adde qđ voluit Ro. consi. lix.

SEB. SAPIA.

c ¶ Exprimat. Vide Mod. in. l. & si prætor. ff. de offi. eius cui māda. est iuris. & Fel. in. c. fi. j. eo.

d ¶ Delegamus. Adde Ang. consi. ccxiiij.

e ¶ Authoritate nostra. Adde Ro. cō. ccxxxv. & melius cclxxxv. vbi ponit intellectū. c. qa frustra. vbi illa verba. & tamen dicit ꝙ habet locum in ordinario.

f ¶ Delegatū. Vide qđ pulchrè dicit Bar. in. l. ambitiosa. ff. de decret. ab ord. fa. & Bal. in. d. l. & qa. An. Barb.

g ¶ Etiam gl. certè tex. ibi probat cōtra illam glo. vide ibi do. And. Barb.

h ¶ Iurisdictio. No. ꝙ subdelegādo qs vtit iurisdictione cōtra no. in. c. pastoralis. de rescri. vbi habēs habitū iurisdictiōis & nō vsum subdelegat. ergo subdelegare nō est iurisdictionis. vide Ange. in d. l. & qa. do. Abb. in. c. seq. cōtra gl. d. c. si à subdelegato. And. Barb.

i ¶ Dicto. c. licet. Bar. in. d. l. & quia. dicit ꝙ. c. licet causam. ꝓbat veritatem. vide ibi Ang. qui dicit ꝙ de cōsuetudine ita seruatur ꝙ requiritur citatio. Andr. Barba.

k ¶ Iurisdictiōe delegata. vide q̄ not. Moder. in. l. more ff. de iuris. om. iu. vbi ponunt quòd plus habeat delegatus ad vniuersitatem causarū, ꝙ delegat⁹ ad singularem causam. de quo etiā latè tradit Soc. in repe. l. j. ff. qs & à quo appel.

a ¶ Dicta.l.& quia.Bal.tenet contrarium in.d.l. & quia.vide quæ remisi ad Bar.in.l.fundi.ff.de acquir.pos.vbi de hoc.And.Barba.

b ¶ Nuntius exequi.Adde Bal.consi.lxj.& vide nouis.in.l.fundi. ff. de acquir.posses.

c ¶ Consilium Sempronij.Adde qđ Ro.consi.cxix.dicit q͂ mandatū nō finitur morte mādātis fauore piæ cause etiā re integra. Anto.Francis.

d ¶ Ad perpetuandā.per quos actus perpetuetur iurisdictio:&an de necessitate ad illius perpetuationē requiratur li.cōtest. vide quæ hic plenè scripsi. vbi tenui q͂ iurisdictio perpetuatur p quēcunq; actū etiam citeriorem à citatione,qui non potest exerceri absq; iurisdictiōe puta per electionē notarij.& hoc p istū tex.& per tex. in l.&quia.ff.de iur. omnium iudi. ibi dū dicit text. geri cœpit &c.quia vt dixit Bar.in.d.l.& quia.&ibi plenè p Alexā.in. x.col.p solā citationē iurisdictio perpetuat. de quo etiā p Bal. in.l.fi.C. de p̄scri. xxx.an.no.&per Alexā. in.l.j.ff.de iuris.om.iud.& in l.si quis posteà. ff. de iud.& per glo. in cle.j.de iud. An aūt perpetuetur p actum nullum vide Bal.in.l. si pater. C.ne de statu defun. & cōclusio est q͂ nō perpetuatur. & ideo pōt reuocari per delegā tem:vt est gl.in.c. cū plures. hoc eo. tit. quod est verū tacitè.s.per mortē ipsius delegantis, non aūt expressè, per gl.in.c.venerabilis.hoc.e.ti. quā Rom. dixit singularē in suis singula. per alphabetū. in versicu.iurisdictio.

e ¶ Euitari correctio.Vide Bar. in l.j.§.deniq;.ff.qđ vi aut clam. Andræ.Barb.

f ¶ Vt lit.pen.Adde Roma.consilio cccxxx.

fauore fidei expiraret talis iurisdictio & tamē inquisitores in certa prouincia habent subdelegatum ad vniuersitatem causarum:vt no.Ioan. in.c.per hoc eo.titu.li.vj.Et quāquā iurisdictio delegata ad vniuersitatem causarum in multis æquiparetur iurisdictioni ordinariæ:iuxta no.per gl.& Bar.in.l. Pomponius.ff.de re iud.tamen in omnibus nō conueniūt,maximè vbi subest diuersa ratio:nam ratio extinguendi iurisdictionem delegatam quo ad particularem causam militat in iurisdictione delegata ad vniuersitatē causarum.quia iurisdictio remanet penes delegantem, & nomine proprio iste nihil habet vt in.c.sanè.§.eo.& in.l.j. ff.de offic. eius cui man.est.iuris. 8 ¶ † Hinc est q͂ de foraneo vicario appellatur ad Episcopū, quia ille habet delegatam,licet ad vniuersitatē causarum:secus in vicario generali Episcopi, qui est ordinarius: & facit idem consistoriū cum Episcopo:vt not. in cle.& si principalis.de rescri.& in.c.romana,de appel.li.vj.& in.c.ij. de consuetu.eo.li. 9 ¶ † Item limito no.omnia prædicta,q͂ expirat mandatum per mortem mandatoris, quādo per dationem mandati datur noua potestas ad actū,ita q͂ in exercitio actus mandatarius gerit vicem mandatoris.secus autem in præcepto quod fit aliàs habenti potestatem:nam cùm non detur noua potestas sed potius excitetur antiqua:vt in.c. licet. & in.c. pe.de offi.or.cessat ratio suprà dicta extinguēdi mandatum. vnde recipiens præceptum tenetur illud adimplere non obstāte morte præcipiētis.de hoc est tex.iuncta gl.in aut. vt nulli iudicum.§.& hoc verò iubemus.sentit Hosti. in.c.quoniam Abbas.§.eo.& tenet Bar.in. d.l. & quia. [a] Et per hoc dixi q͂ si iudex mandauit nuntio vt mitteret aliquem in possessionem, licet iudex moriatur re integra, tenetur nihilominus nuntius exequi [b] mandatum.qđ not. Ex quo infertur q͂ etiam si præceptū fiat aliàs habenti potestatem siue iussum præcipientis, nihilominus ex quo non fit noua delegatio tenetur recipiens præceptum exequi.pro hoc allego bonū tex.in.c.eam te.de rescrip. vide etiā per Spe.qui firmauit hāc opi.tit.j.§ restat.ver. item mortuo mādatore.vbi plus dicit,q͂ si mādatur aliquibus vt eligant cum consilio Sempronij,licet moriatur præcipiens, tenētur nihilominus isti mandatarij in electiōis actu requirere cōsilium sempronij: [c] & per hoc habes declaratum & multipliciter limitatum intellectum huius capituli.

SVMMARIVM.

1 *Iurisdictio delegata perpetuatur per citationem.vide in nume.3. vbi ponitur per quæ citatio requiratur.*

2 *Statuta & aliæ dispositiōes sunt reducendæ ad concordiam etiam per subauditos intellectus.*

4 *Citatio per edictum debet fieri,vbicunque nescitur quis sit citandus.*

5 *Iurisdictio delegata non perpetuatur per simplicem subdelegationem.*

6 *Appellans censetur renuntiasse appellationi,si litigare non desinit coram iudice à quo in illa causa: & intellige appellationi interpositæ,secus interponendæ:vide in nu.7. duas no.limitationes.*

8 *Fundare nemo se potest super actu quem improbauit.*

9 *Dictio quasi,est diminutiua.*

10 *Iurisdictio delegati re integra finitur per mortem delegantis:nec valet processus posteà agitatus,licet delegatus ignorauerit mortem delegantis.*

11 *Communis error an faciat ius.*

Prælatus qui communiter reputatur si non est,gesta per ipsum non tenent.

CAP. XX.

1 GRatum. ¶ † Si delegatus citauit ante mortem delegantis, perpetuata est iurisdictio. hoc primò.Et appellationi renuntiat qui coram iudice à quo appellauit litē prosequitur.hoc secundò.Cōmunis diuisio.Secūda ibi: *nos.* & quælibet pars subdiuiditur in duas:vt patet ex text. ¶ Casus literalis.Causa quædam commissa fuit iudici delegato,ipse statim citauit partes.lis verò cōtest. fuit post mortē delegātis.Quærebatur vtrū possit posteà in causa procedere delegatus.Secundò ponitur alia quæstio.Ecce aliquis appellauit à iudice:postmodum petijt terminum ad producendos testes &attestationes receptas:petijt postmodū publicari. quæritur an huic appellationi renuntiasse intelligatur.Ad primam quæstionem respon.Papa,q͂ citatiōe facta negotium est quasi cœptum.& præcipuè si delegatus non sit certus de obitu delegantis, vnde legitimè potest in causa p̄cedere.In secunda quæstione respondet, q͂ si vera sunt præmissa,appellationi renuntiasse videtur.B. ¶ Not.primò tex.expressum q͂ ad perpetuandam [d] iurisdictiōem delegatam ante mortem delegantis non requirit necessariò liti.contest.& sic istud.c.corrigit præcedens secundū Tan.& Gof. vel dic melius q͂ potius interpretatur:vt sic per istum text.suppleatur ad.c.præcedens maximè.nam si ille tex.ex toto esset correctus non fuisset positus in ista cōpilatione:vt.§.in proœ.huius compilationis. 2 ¶ † Et ex hoc dic q͂ si in eo.volumine statutorū reperiuntur duo statuta ferè cōtraria,debet euitari correctio [e] quātum potest,& reduci ad concordiam per subauditionem.per hoc tex.in.l.sciendum.ff. qui satisd.cog.iuncta aut. offeratur. C.de lit.contest.& quod ibi no. & vide pulchrè per Bar.in extrauag.ad reprimē.in ver.non obstantibus. 3 ¶ † Secūdò no.ibi: *proposito citationis edicto.* nā per istū tex.probo vltra alias opi.quæ habent q͂ ad perpetuandam iurisdictionem non requiritur q͂ citatio perueniat ad partes.satis enim est q͂ emanauerit à iudice:ita tenet gl.no.in cle.ij.vt li.pen. [f] & ad hoc ego adduco istum tex.in verbo. *proposito edicto.* nam aliàs fiebant citationes per edictum: quia scribebatur edictum in albo Prætoris,nec aliud requirit iste text. hodiè verò prohibetur regulariter citatio per edictum.debet enim specificè fieri per nuntium,seu literas. de quo vide plenè quod no.in cle.j.de iudi. 4 ¶ † Vnum tamen no.dictum Inn.tenebis menti q͂ vbicunq; nescitur quis sit citandus, adhuc hodie habet locum citatio per edictum. [g] Pro hoc.c.fi.qui ma.accus.possunt.& in.c.albericus.de testi. ¶ No.iij.ex ratione literæ ibi: *negotium sit quasi cœptum.* q͂ ad hoc vt perpetuetur iurisdictio delegati debet negotium commissum esse ad minus quasi cœptū. 5 ¶ † Et no.quia dicit negotium.per hoc infertur q͂ per subdelegationem non perpetuatur iurisdictio:quia per hoc non est negotiū commissum cœptum,nec quasi:licet aliud dixerit gl. [h] in.c.si à subdelegato.de offi.deleg.lib.vj.sed primū plus placet:nec ob. q͂ subdelegando vtatur iurisdictione:quia vtitur non delegata,sed ordinaria:& probatur apertè in.c.pastoralis in prin.j.eo. vbi dicitur q͂ iurisdictio dandi iudicem à delegato à principe est à lege concessa. vnde pondera illud verbum à lege:nam lex dat ordinariam:vt dixi in.c.præcedenti.Item præsupposito sed non concesso quòd vteretur delegata:tamen satis est quòd non fuit vsus circa negotium cōmissum:nam debet negotium esse cœptum:vt hîc.& adde ista ad no.§.c.proxi. 6 ¶ † Item no.q͂ appellans renuntiat appellationi si posteà

g ¶ Per edictū.Adde Paul.de cast.consi.clij.in primò impressis.

g SEB. SAPIA. ¶ Per edictum. Quando fiat citatio per edictū vide Alex.in consi.ciij.inci.perspectis.in.v.vol.& in consi.v.inci.In causa.col.j. in.ij.vol.And.sicu.in consil.xviij.col.iij.in.j.vol.& pulchrè per Riminaldū Ferrarien.in.l.si pacto quo pœnam.col.ij.in fi.C.de pactis.

h ¶ Dixerit gl.Vide cōtra illā gl.tex cū sua gl.i.c.pastoralis. de res.An.bar.

a steà litigat coram iudice[a] à quo: quia per actum contrarium subsequentem renuntiatur actui præcedenti: vt in c. solicitudinem. de appel. & .xxxij. q. j. c. cùm renuntiatur. & hoc intellige in appellatione interposita, non autem procedit indistinctè in interponẽda. vnde si grauatus infra tempus sibi præfixum ad appellandum litigat coram iudice, non per hoc renuntiat facultati appellandi. quia potest interim deliberare: ita sentit Inn. no. in c. solicitudinem. de appel. sed tu limita vt ibi. & vide per Io. And. in c. fi. de appel. li. vj. & bo. tex. cum ibi no. in. l. ad solutionem. C. de re iudi. ¶ Sed quæro tex. iste loquitur quando appellans petijt inducias: item postmodum renuntiauit productioni & allegationi: & petijt attestationes soléniter publicari. quid si alterum tantùm fecisset: vt quia solùm petijt inducias, vel solùm petijt attestationes publicari. Solu. dicit Inn. quòd idem: nam per hoc apparet ꝙ voluit redire ad priorem iudicem. Dicit Host. qualitercunq; appellans egit coram iudi-
7 ce priori. & hoc tene. quia semper subest ratio prædicta. ¶ † Hæc limita, nisi actus qui posteà geritur coram iudice à quo veniat ad augmentandum desiderium appellantis: ideò dixit glo. no. in c. si à iudice. de appel. lib. vj. ꝙ si appellãs comparuit coram iudice à quo & petijt etiam reuocari grauamen: & ad probandum grauamen producit testes: nõ per hoc videtur appellationi renuntiasse: quia nihil directè egit contra appellationem suam: quia per appellationem instat vt reuocetur grauamen. & ad hunc effectum posteà institit coram iudice à quo. Adde aliam solẽnem limitationem post eam quæ colligiť ex. c. cùm venissent. de eo qui mit. in posses. In gl. in verbo obtulit. & no. illam glo. quæ singulariter dicit ꝙ si actus gestus post appellationem coram iudice à quo non fuit approbatus in iudicio, ꝙ tunc per illum actum non videtur renuntiasse ap-
8 pellationi. † Quia non potuit iudex vel pars se fundare super eo
b quod impugnauit[b]: vt in regula ex eo. de regu. iu. li. vj. & in c. cùm olim. de censibus. optimè facit tex. in c. mulieri. de iureiuran. ¶ In glo. j. ibi: *legitimas exceptiones*. Dic, scilicet declinatorias: vt in c. pastoralis. de excep. & c. inter monasterium. de re iudica. & in. l. fi. C. de excep. & dic clarius quàm glo. ꝙ propriè & strictè negotium dicitur cœptum per lit. contesta. & tunc partes ingrediuntur principale negotium. prius enim potest disputari de legitimitate personarum: & per exceptiones declinatorias posset differri negotium principale: vt in d. c. pastoralis. per citationem autem negotiũ non est propriè cœptum quo ad effectum suprà dictum. ideò tex. dicit ꝙ est quasi cœptum: nam quo ad perpetuandam iurisdictionem
9 potest dici cœptum: quia iudex cœpit vti iurisdictione. ¶ † Et no.
c ex hoc & ex tex. ꝙ dictio quasi[c] diminuit ex proprio significato significatum eius ad quod adijcitur. & vide glo. de hac dictiõe quasi in c. parochianos. de deci. & bo. tex. cum glo. in. l. in facto. ff. de condi. & demon. quandoq; tamen est expressiua veritatis: & tunc ponitur impropriè: vt no. glo. in c. prout. de do. & contu. Et in eo, ꝙ glo. cõsequenter annectit an cœptum re integra transeat in hæredem actiuè & passiuè. aliquid dicit hîc Hosti. & minus perfectè. sed tu dic vt plenè dixi in c. significauit. de rescri. ¶ In gl. ij. in fine.
10 No. glo. & clarius hoc tenet in c. cùm venisset j. de testi. ¶ † Et cõclusio sit ista, ꝙ per mortem delegantis re integra expirat iurisdi-
d ctio delegati nec valet processus posteà agitatus[d] licet delegatus ignorauerit mortem delegantis: quia ignorantia nõ potest tribuere iurisdictionem non habenti: vt in. l. priuatorum. C. de iuri. om. iud. & c. significasti. de foro compe. Item iura loquuntur indistinctè. ergo non debemus facere differentiam inter ignorantiam & scientiam. xix. dist. c. si romanorum. c. solitæ. de maio. & obe. & per hanc rationem hoc tenuit Barto. in. l. & quia. ff. de iuris. om. iudi. & refert Inno. tenuisse contrarium in d. c. licet. sed primum dictũ sequuntur communiter Doc. hîc: & in d. c. cùm venisset. Nõ ob. contrarium glo. de. l. eius qui in prouincia. ff. si cer. peta. quia fatendum est ꝙ mandatum procuratoris reuocatur re integra per mortem constituentis: vt in. l. mandatum. C. man. clem. fin. de procu. & in §. rectè. insti. man. sed ne procurator ignorans damno afficiatur habeat actionem mandati vt recuperet expensas, & seruetur indẽnis ab omni interesse. vt. l. si mandassem. ff. man. Item mandatum procuratorium est bonæ fidei. iurisdictio verò delegata est stricti iuris: ideò secundum Inno. largior interpretatio fit in illa quàm in
11 ista. ¶ † Posset instari vltra Doct. de. l. Barbarius. ff. de offi. pręto. vbi apparet ꝙ communis error litigantium facit sententiam valere. ad idem. iij. q. vij. c. infamis. §. tria. ver. veruntamen. Sol. si tenetur opi. Inno. in ca. cùm dilecta. de rescrip. ꝙ illa. l. non habet locum in delegato: cessat contrarium. sed si teneremus contrarium (quod est verius) vt ibi dixi. dic quòd sibi non interuenit solùm error communis: sed emanauit officiũ ab habente potestatem, & durauit iurisdictio ipsius committentis. vt no. Inno. in c. nihil. de elect. Sed in casu nostro extincta iurisdictione remãsit solus error, qui non potest tribuere iurisdictionem. Et ideò si quis emit rem à prælato intruso qui nullum habuit titulum à superiore licet communiter putaretur prælatus, non tamen iste communis error facit cõtrarium valere: vt in c. alienationes. & ibi per Archi. xij. q. ij. & per Inno. in d. c. nihil. de elect.

SVMMARIVM.

1 *Clausula quòd si omnes &c. operatur quòd tunc vnus potest sine alio: quando certum est quòd alter est impeditus: aliàs secus. vide in nu. 2.*
3 *Clausula omnes aut duo &c. denotat quòd alij possunt cognoscere, licet non constet de impedimento consortum.*
Clausula si oẽs nequiueritis interesse, tu frater Episcope procedes. quid importet?
4 *Opinio in quam concurrunt plures doctores, est tenenda: nisi probabilibus rationibus conuinci possit.*
5 *Forma certa procedendi vbi datur, processus corruit non solùm quando est attentatum contra formam, sed etiam citra vel præter formam.*
6 *Citatus ab vno ex delegatis non constito de impedimento alterius, an teneatur comparere. 16. 17.*
7 *Iudices plures vel habentes aliquam potestatem, an possint illam exercere omnes in solidum, vel debeant insimul conuenire? vide plenissimè & melius quã alibi: & loquitur tam de ordinarijs quã delegatis.*
8 *Collegium consistit in duabus partibus omnium: nisi sit statutus certus numerus vt intersit.*
9 *Scholaris sufficit quòd approbetur à septem doctoribus.*
10 *Maior pars dicitur & consideratur non solùm respectu numeri sed dignitatis.*
11 *Iudicium cœptum coram vno ex ordinarijs parem iurisdictionem habentibus non potest coram alio finiri, nisi dato imperio primi.*
12 *Hæredes vnius domini habentis iurisdictionem, an ipsi habebunt in solidum, an debeant simul conuenire?*
13 *Iurisdictio quæ competebat vni soli, an sit indiuidua respectu plurium successorum.*
14 *Tutores & curatores vel eorum actores vnius populi vel administrationis, an possit vnus, vel debeant omnes insimul administrare, vel aliquem actum expedire? vide etiam de pluribus procuratoribus.*
15 *Executores testamentarij si sint plures dati, an vno nolente interesse vel mortuo possit alter exequi.*
16 *Citatio nulla & temeraria non arctat citatum.*
18 *Citatio prima facie iniusta non arctat citatum, nisi iudex iustificauerit citationem.*
19 *Sententia nulla an possit ratificari.*
Ratificatio an & quando retrotrahatur ad actum nullum?

a ¶ Coram iudice. Adde do. de Ro. deci. cccclxxiij. incip. si ille q à sentẽtia. in nouis. de appel. vbi dicunt ꝙ producẽs iura sua corã iudice vt nõ ꝓcedat ad executionẽ sentẽtiæ ꝙ nõ vř renũtiare appellationi: secus si aliqd peteret qď nõ posset nisi per iudicẽ expediri.

b ¶ Impugnauit. Adde Ro. consil. clxvij. & .lix. vbi dicit ꝙ confessio impugnata per iudicẽ, non opitulať.

c ¶ Dictio quasi. adde Old. consi. clv. Anto. Francis.

¶ De hac dictiõe quasi. dicas ꝙ si apponatur in statutis nõ denotat improprietatẽ: sed ꝓprietatẽ: vt sin. voluit Bart. in. l. fi. in vlt. col. in prin. ff. de sica. & in. l. diuortio. in. §. si fundũ. in. i. opp. post Dy. ff. sol. m. aliqñ etiã denotat proprietatem & veritatem. vt not. in. l. j. de transa. & in. l. Luci⁹ Titius in fi. ff. de admi. tut. & vide Bald. in. l. in suis. ff. de li. & posthu. vbi dixit ꝙ dictio quasi: & dictio quẽadmodũ, est nota imꝓprietatis & diminutionis. & alleg. l. si cũ dotem. in. §. fi. hîc alle. & . l. si qs. ff. de condi. & demon.

SEB. SAPIA.

d ¶ Posteà agitatus. Vide latè p Alex. in. l. eius q in prouincia. ff. si cer. pe. vbi etiam Pau. de ca. & Moder. & latè per Moder. in l. more. ff. de iuris di. om. iud.

20 *Aliqui ex delegatis non possunt soli in causa procedere, etiam parte volente*
21 *Nuntijs an & quando detur fides.*
22 *Impedimentum si allegetur licet non sit: & fuerit pronuntiatum impedimentum esse, pronuntiatio valet.*
23 *Delegatus qui habet proficisci extra suum domicilium, an habeat expensas?*
24 *Sententia lata non visis videndis non valet: licet postea appareat quod illa quae erant videnda nō faciant ad rhumbum.*

a ¶ Imagines hominum. Adde quod dicit Laertius de quodam philosopho q cū vidisset hominē indoctū sedentem sup lapidē dixit: lapis super lapidem.

b ¶ Non possunt. Adde ꝙ hoc fallit in beneficialibus: qa si in vero duo non possint, licet nō cōstet, tertius procedere potest secundū Ro. sin. suis per tex. in c. veritatis. viij. dis. & per dictū Inn. in c. dilectus. de app. & ita dicit tenere do. de Ro. decis. cccclix. est in nouis. clxvj. inci. Si duo ex tribus. hoc eo. tit.

c ¶ In quā plures Doct. inclinant. dūmodo sint numero & authoritate superabūdātes. ita not. Bal. in l. j. ff. de offi. quaesto. & in l. j. ff. de sena. Ange. in l. si idē. §. fi. ff. de iu. om. iud. & Alex. consi. vij. & cōsi. xviij. vol. iiij. qđ tamē limita vt p Lanfrā. in c. quoniam contra. §. statuimus. §. testium. versi. quaero nunquid in causa & ibi in apostil. Benedi. va. & Celsi ad ipsum. j. de proba. Et quid si nō appareat quae sit cōmunior, dic quòd superior est cōsulēdus. Ita no. Ma. mathe. in tractatu suo opp. & in praelleg. l. j. de offi. quaest. & Paul. de ca. cōsil. lxxxviij.

SEB. SAPIA.

d ¶ Pro consilio. Adde tex. in c. nouimus. de ver. sig. ibi. & quorūdam sit opinio. & in l. j. ff. de off. quest. Feli. in c. j. in vlti. charta. & in c. ne innitaris. de cōstitu. si tamē per aliquē adducit melior rō, tunc dicitur cōis opi. c. j. in ver. rationabili. de

CAP. XXI.

1 Rudentiam. ¶ † Si causa delegat tribus cum clausula quòd si non omnes duo vestrûm &c. nisi prius appareat de impotentia tertij, duo procedere non possunt, & si procedunt, nihil agunt. h. d. vsq; ad §. adijcimus. Et diuiditur istud principium: nam format duas quaestiones. secundò simul illas soluit ponendo rationem decidendi. & secunda ibi: *in hoc casu.* ¶ Casus literalis. In prima parte ponitur talis quaestio. Ecce causa committitur tribus iudicibus cum tali clausula ꝙ si omnes interesse nequiuerint, duo nihilominus in causa procedant: duo illorum tātum citāt reum. quaeritur vtrum ille teneatur venire. post istam quaestionem statim facit aliam quaestionem: iudices citāt reum, in termino constituto comparuit coram duobus tertio absente, nec se excusante, nec committēte vices. Quaeritur vtrùm duo praesentes possint in causa procedere, & eam per sententiam diffinire. Ad primam quaestionem non respōdet Papa directè: sed respondendo ad secūdam intelligitur prima soluta. dicit Papa quòd cùm aliquis non ostenderit legitimè se cum alijs interesse non posse, vel aliàs constare canonicè non poterit: alij in causae cognitione procedere non debent: ꝙ si fecerint, non valebit. quia integrum est iudicium quod plurimorum sententijs confirmatur. Et Papa libentius causam committit duobus quàm vni: & tribus quàm duobus: & qui contra facerent, formam rescripti non seruarent. per hoc intelligitur prima quaestio soluta: quia si tres citant partes & duo illorum tertio absente procedere nō possunt: ergo & si duo tantùm citant, reus ad citationē eorum venire non tenetur. Ber. ¶ No. ex principio ibi: *supplicas informari.* quòd intellectus hominis dicitur informari ex responsione iuris: vñ sicut anima informat corpus: vt in cle. j. de sum. tri. cum glo. ita scientia informat intellectum. vnde videtur ꝙ intellectus hominis sine sciētia potest dici sine forma, quasi sit quedam materia inutilis. Hinc meritò dicit Cic. in lib. offi. quòd multi sunt homines, & pauci sunt homines: multi sunt homines nomine, & pauci re: ad denotandum quòd prorsus ignari non merentur dici homines, sed potius imagines hominum[a]. sicut in simili dicit tex. ꝙ multi sunt sacerdotes, & pauci sunt sacerdotes: multi nomine, sed pauci effectu: vt. xl. dis. c. multi. Et ex his verbis scholaris debet sumere formosum modum consulendi doctorem: petendo scilicet informari de dubijs in iure consistentibus. 2 ¶ † Nota. ij. effectum istius clausulae: si omnes nequiuerint interesse &c. importat eñ hunc effectum, vt reliqui possint procedere tertio nequente interesse. tamen antequā constet de impedimento tertij non possunt[b] insolidum reliqui procedere, & sic exercitium iurisdictionis non est penes plures delegatos insolidum: sed ita est apud omnes vt non sit penes singulos. de quo infrà latius. 3 ¶ † Alium effectum habet clausula: omnes aut duo vestrū, aut vnus procedat: nā vbi apponitur haec clausula quae hodie est multum in vsu romanae curiae, quilibet potest procedere, licet non constet de impedimento consortum. de hac clausula dic vt plenè habetur & not. in c. cùm plures. j. eod. lib. vj. Quandoq; apponitur clausula denotans praerogatiuam: vt cùm dicitur si oēs nequiueritis interesse tu frater Episcope procedas: nam alij sine isto procedere nō possunt sed iste sine alijs sic dato impedimento. de quo in c. coram. j. eo. tit. 4 ¶ † No. iij. ibi: *integrum sit iudicium &c.* praesumendum esse pro pluralitate Doctorum & iudicum. vnde sententia vel opin. videtur firmior & verior quādo plurimorum iudicio est confirmata. nam facilius inuenitur quod à pluribus sapientibus quaeritur. vt in ca. de quibus. xx. dist. Hinc Salamon in prouerbijs suis. Dissipantur cogitationes vbi non est consilium: & ibi salus, vbi multa consilia. Et ex hoc infertur qualiter sit iudicandum quando dubium est positum in cōflictu opinionum. debemus enim illam opi. amplecti in quam plures Doc. inclinant.[c] hoc verum, nisi illa opin. possit conuinci probabilibus rationibus. vt dixi post Ioan. and. in c. j. de const. & dic vt ibi: & faciūt praedicta quòd magis sit praesumendum pro consilio[d] alicuius collegij Doct. quàm pro cōsilijs particularibus. 5 † No. ibi: *citra formam &c.* & tene menti ꝙ vbi datur certa forma procedēdi, processus corruit non solùm si aliquid attentatur directè contra formam: sed etiam quia verum est dicere istū excessisse fines mandati. & sic not. ꝙ vbi datur certa forma, paria sunt agere cōtra, vel citra[e]. vide bo. glo. cum text. in c. si cui. de ele. lib. vj. vbi quasi idem probatur. nam ibi praeter, & citra aequiparantur. & intellige quod dixi citra formam, quando ad actum est data certa forma. sed vbi non datur certa forma, est differentia vtrum agatur contra, vel praeter, vel citra. nam vide instantiam. Episcopus nō potest statuere contra ius. & tamen potest statuere praeter, vel citra ius: vt no. in cle. ne romani. de ele. vbi bo. gl. plenius per Io. an. in c. fi. de offic. archi. ¶ In gl. ij. Pro clariori intellectu huius gl. diuide eā in quatuor partes principales. in prima oppon. contra text. in eo quod Papa videtur hìc fuisse diminutus in non respondendo ad primam quęstionē, sed solùm ad secundam. hinc sumpta occasione glo. examinat quid iuris de prima quaestione. vtrùm citatus à duobus ex tribus iudicibus teneatur comparere. & procedit hoc ordine. nam primò allegat pro parte negatiua: secundò pro parte affirmatiua. tertiò soluit sequēdo partē negatiuam. Et respōdet ad op. ꝙ Papa non fuit diminutus. quia ex respōsione ad secundā infertur ad decisionē primi. & sic ista pars prima posset subdiuidi in plures partes. in secunda parte principali glos. quęrit pone: quòd duo ex tribus datis cū clausula

his q̃ fiunt à ma. par. cap. c. si testes circa primum. in ver. multitudinē iiij. qō. iij. vide deci. in consi. xxiij. in vlti. col. ver. nō ob. si dicat. & Ias. in l. vt vim. colū. pe. ff. de iu. & iu.

ZACHARIAS.

e ¶ Cōtra vel citra. ita no. Bal. in l. cōparationes. col. ij. C. de fi. instr. & in l. si tutor. C. in qb. cau. rest. in integ. non est ne. sed aduerte. qa hoc non est indistinctè verū in forma tradita à iure: qa si non seruet in absolutione ab excōicatione forma iuris valebit tñ absolutio. vt not. Cardi. post gl. in cle. j. §. j. qō. vj. de seque. pos. & in cle. j. q. xxx. ver. opp. ij. de deci. secus si ab homine. de quo tn dic vt per Bal. in l. non possunt ff. de legi. & Alc. consi. xxiij. volu. iiij.

Anto. Francis.

¶ Circa istas dictiones: citra, contra, & praeter. primò dicas ꝙ dictio citra: cū copula pcedēti denotat cōtinuitatē temporis: vt per Bart. in l. Celsus. in poen. col. circa fin. ff. de vsuca. & per Bal. in l. iudicia. C. de rei vend. & p Inn. in c. inter dilectos in j. co. de fi. inst. & per do. Abb. in c. j. in iiij. colū. vbi etiam per do. Anto. & Imo. de proba. & per lanfran. in c. quoniā contra. in versi. testiū depositiones de pba. quādoq; etiā ponitur pro cōtra. vt per Bal. in l. falsus. in iiij. col. in iij. op. C. de fur. De dictione autē contra. quid importet habetur in l. contra iuris. in prin. ff. de pac. & per Cy. & doc. in l. à caligato. C. de nupt. & vide no. gl. in l. duob' in §. fi. ff. de iure iu. Et adde quòd q̃nq; ponitur pro extra. & q̃nq; po

nit̃ ꝑ citra .vt in c.in Christo pater.de cõse. di.iij. & in.c.sciendum. viij.q.j.&ĩ.c.indu ciæ .§. offerat̃.iij. q.iij.De dictione aũt præter quõ ponat̃, habet̃ per Bar.ĩ.l.j.ff.de pig. ac.& in.l.nã qđ liquidæ.in.§.fi.de penu.le.& ꝑ Bar. in.l.si tutor.in.§. si tutor.de tute.& rõ. dist.& Bal.ĩ.c. j.in.§.sed etiã res. ꝑ quos fi.inue. in vsi.feud.& ꝑ Ol. in cõsi.xlix.& vide Inn.in.c.dudũ el.ij.de elect. vbi dicit ꝙ in dispensationibus nõ includit sed remouet vitiũ obiectionis.& vide Bar.in l.seio.in.ij.vxori. de annu.le.vbi dicit ꝙ est dictio exclusiua.quod etia voluit Bal.ĩ.l.si ita legatũ.in pri.ff.de leg.j.& in.l.si cũ ita.de do. præle. vbi dicit ꝙ si legãtur.c.pter dotem. ꝙ etiã dos videt̃ esse legata.& vide plenè per do. Car.in clemẽ.j.de sum.tri.& in cle. j.in.§.pe.de hær.. & in cle.iij.ĩ prin. de pœnis.vbi dicit ꝙ qñ sequit̃ ꝑ positionẽ affirmatiuã includit. sed qñ negatiuã stat positiuè & exclusiuè.de quo etiam habet̃ ꝑ Dy.in regula peccatũ. de reg.iur.li.vj.& vide etiã Bar.in.l.si eũ.in.§.fi.ĩ.ij.col. ff.si quis cauti.& per Bar.& Bal.& Saly.in.l. actione. C.de transact. Et dũ dicit̃ ꝙ absolutio ab excõicatione nõ seruata forma iuris valet ad das tex.in.c. quõ. xj.qõ.iij.& in.c. euidẽter.j.q.j.& vide glo.in ver.in hibentes.in cle.j. de iurepa.& vide Io.an.in.c.pisanis de resti.spol. vbi etiã p.d.Abba.in iij.col.vbi dicunt ꝙ si per rescriptũ est data forma in absolutione ab excommunicatione si illa seruetur ab solutio est nulla.

sula citant partem,& est dubium nunquid si tertius se excusauit,an in hoc dubio teneatur pars comparere ad citationem duorum in tertia parte gl.quærit quid si duo processerunt sine tertio ante purificationem clausulæ nunqd tertius debet habere processum ratum, & sic ex ista ratihabitione processus conualescat. In quarta parte glo.quærit,nunquid partes possint consentire vt duo possint procedere sine tertio ante purificationem clausulæ.& secunda pars principalis ibi, *sed tu ponas.* Tertia ibi: *sed pone.* Quarta ibi: *Item quid si partes consentiunt.* ¶ 6 † Redeo ad primum.in quo Ioan.and. post glo.concludit in effectu quòd citatus à duobus ex quo clausulam non constat esse purificatam non tenetur comparere.& circa hoc ponit notabilem differentiam inter potestatẽ ordinariorum & delegatorum. dicens quòd plures ordinarij habẽt iurisdictionem & exercitium insolidum:ita quòd vno absente alius potest procedere.secus in delegatis & in arbitris.quia licet isti habeant iurisdictionem insolidum cùm iurisdictio sit tãquam res incorporalis & indiuisibilis,non possit consistere pro parte tamen exercitium iurisdictionis non cõpetit istis insolidum sed apud omnes simul.Primò prosequar quid in ordinarijs.Secundò qd in delegatis.& generaliter: quia articulus est pulcher,& articulus non bene explicatur à canonistis hîc vel alibi,assumo aliqua no.hîc per Doct.& plura annectam hîc.& ex dictis Bart. per Doct.omissa.& vide de materia per Bart. in.l.j.§.si plures.ff.de exerci.& in.l.Pomponi⁹. ff.de re iudi.aliquid in.l.inter tutores.ff.de admi.tuto.& vide bo.gl.in.c.vt officium.in ver. separatim.de hære.lib.vj.& in.c.ij.de arbi. eo. lib.& iunge illas simul,quia melius explicant istum passum quàm facit ista gl. ¶ 7 † Et dic generaliter cùm quæritur nunquid plures habentes aliquam potestatem possint illam exercere insolidum,an verò debeant omnes conuenire. Et dic aut hæc potestas [a] competit pluribus vt collegio,vt puta quia collegium habet iurisdictionem vt capitulum,vel priores hui⁹ ciuitatis,& tunc iurisdictio non est apud singulos,nec exercitium,sed apud corpus collegij fictum vt repræsentatum per singulos simul collectum,vt in.c.irrefragabili.§.excessus.&quod ibi not.de offi.ordi.& xij.q.ij.c.qni manumittitur. ¶ 8 † Vnde ad validitatem actus oportet quòd saltem duæ partes collegij sint præsentes l.nulli.&.l.planè.ff.quod cuiusq; vniuer.no.& in.l.iij.C.de decre.decu.libro.x.& valet quicquid facit maior pars istarum duarum partiũ. vt in capitu.j.de his quæ fi.à maior.par.ca.&.l. quod maior.ff.ad muni.& vide bo.glos.& tenementi in dicto capitu.secundo.de arbit.lib. vj.& est bo.glo.iuris ciuilis.l.vbi absunt.ff. de tuto.& curato.da.ab his.& hoc verũ nisi pluralitas vel numerus sit de substantia,quia tũc non sufficiunt duæ partes: sed requiritur numerus requisitus à lege.Exemplum in numero Episcoporum requisitorum ad depositionem Episcopi,vel alterius clerici. de quo. xv. quæstio.vij.capi.si autem.& ca.felix. ¶ 9 † Item exemplum secundum verum intellectum in vij.Doct.requisitis ad approbationem scolaris.nam communiter tenetur quòd tot sint quot velint Docto.de collegio. requiritur ad minus quòd scholaris approbetur.à.vij.vt no. gl.in.l.magistros.& facit textus in.l.fina.C.de profes.& medi.libro decimo.& no.Ioan. An. in capitu.primo.de celeb.miss.sentit gloss. in genere in dicto cap.secundo.& hoc casu quando iurisdictio competit pluribus vt collegio, est dubium qualiter sumatur maior pars solũ an respectu numeri.an secundum aliam considerationem.Gloss.multum not.in dicta.l. vbi absunt. 10 † Dicit quòd non consideratur hoc casu maior pars solùm respectu numeri,sed etiã respectu dignitatis & probitatis. & sequitur Barto.in dicta.l.Pomponius quia si velit dicere quòd si minor pars collegij est dignior dignitate seu meritis,tunc facit maiorem .quod non tradas obliuioni.[b] Sed ego dubito an hoc dictum sit verum:& puto quòd ista duo requirãtur copulatiuè,quòd sit maior pars respectu numeri,& etiam dignior respectu meriti. vnde iura nostra apertè dicunt illud esse validum quod fit à maiori & saniori parte:& sic copulatiuè requiruntur illa duo.Pro hoc capitu.quia propter.de elect.& in capitu.ecclesia .j. &.ij. eodem titu.& hoc crederem verius. aut potestas competit pluribus,& tunc quoddam est officium publicum authoritate & vtilitate: quoddam est publicum authoritate,sed vtilitate priuatum:quoddam officium priuatum vtrinq;,tam scilicet respectu authoritatis quã vtilitatis.Primo casu quædam est potestas ordinaria.Exemplum in pluribus iudicibus ordinarijs. quædã est potestas delegata,vt in pluribus delegatis. Nam officium ipsorum est publicum authoritate & vtilitate.quia fuit inductum authoritate publica,& ad vtilitatem publicam.primo casu cùm potestas est ordinaria aut sunt plures ordinarij ad diuersa officia: & tunc quilibet habet iurisdictionem & exercitium insolidum,quia quilibet habet pro se & sine consocio,& hoc nõ habet dubium,exemplum in diuersis Prælatis qui præsunt in ecclesia Dei:nam Episcopus exercet iurisdictionem per se:Archiepiscopus etiam per se: & idem in Patriarcha & alijs Prælatis,vt in cap. cùm ab ecclesiarum.& capitu.duo simul.de offi.ordi.cum si. Aut plures sunt deputati ad vnum officium.Exemplum si Papa deputaret duos legatos in eadem prouincia:vel Episcopus constitueret sibi duos vicarios in eodem loco non distinguendo eorum officia:& in hoc consistit dubium nostrum.Gloss.hîc voluit quòd vnus potest exercere demum alio impedito.Hostien.tenet quòd omnes simul debent conuenire, nisi lex vel consuetudo, vel princeps qui debet eis iurisdictionem dedisset insolidum,sed gloss.ibi in dicto cap.vt officiũ. & in dicto capit.secundo.de arbit. libro sexto. simpliciter tenet, quòd quilibet ordinarius procedere potest separatim, licet non detur impedimentum alterius.& ista opinio verior est,& communior.[c] & eam tenet gloss.in dicta l.Pomponius.Item Bar.in.d.§.si plures.& in.l. vnica.ff.de off.con.& ibi videtur tex.ad idem l.Imperator.ff.ad muni.& hanc opini.sequor. ¶ 11 † Et salua istam gl. in parte.nam si causa fuit cœpta coram vno ex ordinarijs: non potest coram alio promoueri & finiri, nisi detur impedimentum primi,vt est textus nota. in dicta lege, Pomponius. & ex hoc dicit ibi

de quo etiã vide per Phil.franc.in ca.qua fronte.de appel.& per do. Cardi.in cle.j. in qõ.xxx.de deci.

SEB. SAPIA.

a ¶ Et dic aut hæc potestas. Vide Bar.& latè Alexã.in.l. Põponi⁹ ff.de re iudi.Sali. in.l.cũ magistratus.C.qñ prouo. non est ne.Alex. in.l. rescriptũ. in prin.ff.de pact.Fely.in.c.auditis.de præscrip.Abb.in in consi.lvij.inci. Attingam.co.iiij. in.j.volu.

b ¶ Quod non tradas obliuioni.Ad de Angel. consil. clxvij. ¶ Adde Iac.reb. in.l.nominationũ nu.iiij.& in Apostil.Celsi ad ipm. vbi remissiue tractat.C.de decu. li. x.Cardi. manda. in tractatu suo de elec.parte.j.c.xx ij.in glo.in verbo & sanior.& quod posui in apostil. ad istum in.c.de ecclesia.lo.ij.in apostil.in ver.sed & sanioritae. nu. xj.s.de ele ct.

c ¶ Verior est & cõmunior. Adde Aret.cõsi. xxvj. Ro.consi.ccxliij.

Bar. ꝙ ſi Epiſcopus habet duos vicarios, quili
bet ſeparatim poteſt procedere, ſed ex quo cau
ſa eſt inchoata coram vno non poteſt alter ſe
impedire: niſi primus ſit impeditus: quod be-
ne not. hæc procedunt quando iuriſdictio or
dinaria fuit à principio penes plures, q̄n eñ̄ ha
buit originē penes vnū, ſed deriuauit in plures
12 i. venit. † Exēplū in pluribus hæredib⁹ alicuius
domini habentis iuriſdictionē, dubiū eſt nun-
quid iſti plures hæredes cûm ſucceſſerint loco
vnius poſſint ſeparatim exercere iuriſdictio-
nem, an debeant ſimul conuenire. do. Ant. hîc
refert Guli. de cu. in. l. Pomponi⁹. tenere quòd
non debent ſeparatim procedere. argumen. in
l. ij. ff. de ver. obli. ſed credo quòd non rectè re
ferat, quia reperio Bar. per eandem. l. tenere cō
trarium. in. d. l. Pomponius. & per alia iura ſi-
milia:[a] & iſtud credo verius: quia negari nō po
teſt quòd iſti omnes nō ſint ordinarij, & quòd
habeant iuriſdictionem vt ſinguli. vnde ſicut
primus poterat ſolus exercere iuriſdictionem
ita & iſti plures hæredes. dicit tamen notā. ꝙ
vbi tractaretur de commodo vel incommodo
ſociorum non poteſt vnus ſolus exercere iuriſ
dictionem ſine alijs. vnde non poſſet vnus rela
xare mulctam ſeu condemnationem, quia ten
dit ad incommodum aliorum: vt in. l. hęredes
mei. §. peto. & quod ibi no. ff. ad trebelli. quod
eſt bene no. Et alibi in. d. l. inter tutores. poſuit
notabile dictum, quòd ſi iſti plures filij ſeu hæ
redes diuidunt ſibi iuriſdictionem, potius eſt
diuerſa adminiſtratio[b] quàm iuriſdictio: quia
iuriſdictio non poteſt diuidi nec valet diuiſio
in præiudicium ſuperioris. Ex quo infertur ꝙ
ſi vnus ex iſtis delinqueret in adminiſtratione
alteri tributa, non poteſt ab alio puniri, quia
ſunt pares ī iuriſdictiōe, vt dixi, & iuriſdictio
eſt penes quemlibet in toto territorio: par aūt
in parē non habet imperiū:[c] vt in. c. innotuit.
de elect. & l. ille à quo. §. tempeſtiuum. ff. ad tre
13 bel. & in. l. nam magiſtratus. ff. de arbi. ¶ † Ad-
uerte tamen diligenter. quia Bar. loquitur quā
do iuriſdictio illa erat feudalis.[d] nam tunc cer
tum eſt quòd eſt indiuiſibilis: quia feudum nō
debet diuidi. vt in. l. imperialem. §. præterea. de
pro hi. feu. alie. facit. c. licet. & quod ibi no. de
voto. Si autem iuriſdictio non eſſet feudalis:
tunc credo aliter dicendum. quòd aut compe-
tit iuriſdictio in diuerſis locis, puta in plurib⁹
caſtris: neque ſonat in nomen dignitatis, quia
non comitatus nec ducatus: & tunc ſatis puto
quòd plures hæredes poſſunt ſibi diuidere il-
la loca etiam quo ad territoriū, & iuriſdictio-
nem, ſicut potuiſſet inter eos diuidere ille de-
functus. Si verò eſſet dignitas: nō poteſt diuidi
& primogenitus debet ſuccedere, de quo in
c. licet. alleg. ſi verò iuriſdictio non eſſet feuda
lis, nec ſonaret in nomen dignitatis, nec com-
peteret in vno loco tantùm: puta in vna ciuita
te, vel in oppido, tunc ſatis puto quòd iſti non
poſſunt diuidere iuriſdictionem quo ad terri-
torium, ne in eodem loco videantur duo do-
mini quaſi monſtrum. contra ca. quoniam in
pleriſque. j. de offic. ordina. Item quia hoc ten-
deret in publicum præiudicium illius loci[e], &
ſic non videtur hoc poſſe fieri. arg. l. fi. C. ſi cō-
tra ius vel vti. pub. & hæc not. quia non habes
alibi ita collecta. Si verò poteſtas eſt delegata,
& tunc aut plures ſunt delegati ad vniuerſita-
tem cauſarum. & gl. & Bar. tenuerunt in. d. l. Pomponius. ꝙ poſ-
ſint ſeparatim procedere ſicut ordinarij. hoc tamen non ita firma
uit Bar. in. d. §. ſi plures. ſed locutus eſt ſub dubio. fortè tu vide in
hoc quod dixi. s. eo. c. cauſam. vbi tenui oppoſitū. Aut ſunt delega
ti ad vnam, vel ad plures cauſas: & tunc ſi ſimpliciter ſine aliqua
clauſula non poſſunt ſeparatim procedere, & ſi procedunt non ꝓ
ceſſus, vt in ca. cauſam. s. eo. tit. & hîc &. c. vno delegatorū. j. eo. te-
net Barto. in. d. §. ſi plures. & in. d. l. Pomponius. & ratio ponit̃ hîc
in gl. nam plures delegati dati ab vno ſuper eodē articulo repræ-
ſentant perſonā vnius. c. paſtoralis. de reſcrip. vnde vnica iuriſdi-
ctio repræſentat delegātem apud omnes: meritò cū ſint loco vni⁹
& vnica ſit iuriſdictio non poſſunt ſeparatim procedere. Vnum
tamen non omitto, ꝙ ſiue ſint ordinarij, ſiue delegati ad vniuerſi-
tatem cauſarum etiam tenendo opi. quòd poſſint ſeparatim pro-
cedere, ſi cauſa eſt inchoata coram omnibus, non debet finiri niſi
per omnes, niſi aliter detur impedimentum. de hoc eſt tex. ſecun-
dum intellectum gl. quē ſequitur Bar. in. d. l. Pōponius. quod no.
nam ſicut quādo cauſa cœpta per vnum alius nō pōt ſe expedire,
ita & quādo cauſa cœpta per oēs, ſi nō ſunt dati delegati cū clauſu
la ꝙ ſi nō omnes. vt in tex. noſtro. dic vt. j. latius ſubijciam in. q. iij.
14 ¶ † Venio ad ſecūdum membrum principale diſtinctionis, q̄n of-
ficiū cōpetēs pluribus eſt authoritate publicū[f] & vtilitate priuatū.
Exemplū in pluribus tutoribus[g] & curatoribus, habent enim iſti
officium authoritate pnblicū, ſed concernit vtilitatem priuatam.
& ſubdiſtingue. nam quædā eſt poteſtas ordinaria & principalis,
vt eſt ipſorū tutorū & curatorū. & quædam eſt poteſtas acceſſo-
ria & quaſi delegata, vt in actoribus datis à tutore. Primo caſu po
teſtas competit inſolidū. vnde quilibet tutor & curator pōt admi
niſtrare officium. vt. l. fi. C. de autho. præſtan. niſi ſit talis actus per
quem finiatur tutela, quia tūc debent omnes cōuenire. vt eſt text.
no. in. d. l. fi. & per hoc infert̃ ꝙ ordinarij vel delegati ad vniuerſita
tem cauſarū nō poſſunt ſeparatim exercere aliquē actū per quem
finiatur eorum iuriſdictio. quod no. Secundo caſu poteſtas nō cō
petit inſolidum quemadmodum. s. dixi in delegatis. & hoc firma-
uit Bar. in. d. §. ſi plures. Tertium membrū principale quando offi-
cium eſt authoritate & vtilitate priuatum ſubdiſtingue: quòd aut
ſunt iſti deputati alicui vniuerſali negotiationi, vt ſunt plures exer
citores, ſeu inſtitores, & habēt iſti poteſtatem inſolidū[h], niſi aliud
ſit dictum in commiſſione, vt eſt tex. no. in. d. §. ſi plures. Aut ſunt
deputaai ad certa ſeu ad particularia negotia: & tunc non habent
poteſtatem inſolidum, niſi ſit dictum. Exemplum in pluribus pro
curatoribus ab eodem datis. vt. l. pluribus. ff. de procura. & in. c. ſi
duo. eo. tit. libro. vj. Fallit ſi deputantur in cauſa ſpirituali. de quo
dicendum: vt in ca. ſi duo. & in. c. penultimo. de electio. lib ſexto.
Fallit ſecundò ſecundum Bart. in dicto. §. ſi plures. in pluribus exe-
cutoribus in teſtamento datis. alleg. c. fin. de teſta. libro ſexto. licet
non rectè excipit illum caſum: quia plures executores non habēt
ſimpliciter poteſtatem inſolidum: ſed vno abſente vel nolente in-
tereſſe duo poſſunt ꝓcedere. & hoc caſu loquitur tex. in. d. c. fi. vn
de ſi alter eſſet præſens & vellet intereſſe, non poſſent reliqui pro
15 cedere ſine eo vt ibi. ¶ † Quinimo eſt pulchrū dubiū, quid ſi ſint
duo executores, an vno nolente intereſſe vel mortuo[i] poſſet alter
ſolus exequi: de quo vide per Fed. conſi. lxvij. Dy. in. c. Ioannes. de
teſta. prædicta procedunt quando iſti habentes officium priuatū
aſſumuntur extra iudicium, & aſſumuntur à pluribus ad iudican-
dum, vt ſunt arbitri. nam non poteſt vnus ſine alio procedere. vt
in. l. Pedius. & l. Item ſi vnus. ff. de arbit. ſed de iure canonico tene
quod habetur in. c. ij. de arbit. lib. vj. & per hoc habes ſatis plenè &
clarè an poteſtas pluribus competens cenſeatur delegata inſolidū,
16 aut pro parte. ¶ † Et ex his infero ad principalem qo. huius gloſſ.
nunquid citatus à duobus ex tribus delegatis teneatur comparere
ſi conſtat quòd tertius ſe non excuſauit. & dico quòd non, quia vt
ſuprà concluſi, delegati habent pro parte poteſtatem, nec poſſunt
ſeparatim procedere. citatio verò eſt actus iuriſdictionalis: ergo
citatio duorum eſt nulla & temeraria[k] quæ non habet arctare cita
tum, vt in cap. bonæ. el. ij. de elect. & quod no. in. c. ſi Epiſcopus.
iij. q. & in. c. veniens. de accu. & in. l. non videtur latitare. ff. de iu-
di. & hoc ſatis probatur hîc. maximè iuncta gl. in ver. *citra formam.*
& hanc opi. tenent communiter Doct. hîc. & Bar. in. d. l. Pompo.

¶ Venio

a ¶ Iura ſimilia. vide Bar. idem tenē tem in cōſ. clxxxix. inci. primò q̄ritur vtrū iuriſdictio. col. iij. & Bartho. Soci. in conſ. cclxxij. inci. non proſequendo ordinem in prima parte.

b ¶ Adminiſtratio. Adde Bart. conſi. xciiij.

c ¶ Non habet imperiū. Adde q̄d do. de Rota deci. incip. Si duo barones. ff. de iud. in antiquis. dicunt ꝙ ille qui deliquit, amiſit imperium ideò ab alio puniri poteſt.

d ¶ Feudalis. An iuriſdictio feudalis poſſit diuidi. vide Feli. in. c. quæ in eccleſiarū. charta pe. ver. hanc deciſionē. de cōſti. vide etiam Alexā. in conſi. lx. inci. viſis dubitationibus. in. iij. volu. & dñm Fran. cur. in conſi. lxviij. inci. do. Io. & Bartho. Soci. in conſi. clxv. & conſi. cclxxviij. in. j. parte.

e ¶ Loci. Vide Alexan. in conſ. xxv. incip. Attentis. colum. pe. in. v. vol. & Soci. in conſil. clv. in prima parte. tenentes cum Abb. hîc.

f ¶ Publicū. Vide Ang. in conſi. lvj. incip. quæ reformatio. & Aret. in cōſi. lxvj. incipi. viſo. co. iiij. qui tenent idem quod hîc.

g ¶ Tutoribus. Adde vt per Are. cōſi. alleg. xxvj.

h ¶ Inſolidū. Adde vt per Anch. conſil. cccxxxiij. &. cccej.

i ¶ Vel mortuo. adde Bal. conſi. ccclix. iiij. lib.

k ¶ Temeraria. Adde. d. de Ro. deci. cx. inci. ſi citat ab vno ex tribus. in nouis.

17 ¶ † Venio nūc ad secūdā principalē.q.gl.Quid si duo ex tribus delegatis citant partē:& ignorat vtrū tertius se excusauit:nunquid pars teneat comparere.gl.concludit q̄ sic.Ex quo nō est certus q̄ citatio sit temeraria.qa in dubio tenet quis comparere:vt in.l.si quis ex aliena.ff.de iudic.Sed tu distingue melius post doct.q̄ aut isti duo exprimunt aliquā causam probabilem,puta quia dicunt q̄ tertius se excusauit:& tunc tenetur comparere. quia ex hac assertione factū redditur dubiū.argu.l.iij.C. quibus ad lib.procla.non licet.& hoc casu procedit.l.si quis ex aliena. Aut duo simpliciter citant:& non tenetur cōparere:quia primo aspectu citatio est iniusta, nec tenetur pars diuinare.& si diceremus cōtrarium,sequeretur absurdū q̄ ad citationē cuiuscunq; priuati teneret quis cōparere.cū possibile sit eum habere iurisdictionē delegatam. 18 ¶ † Et ideo no.dicit Inno.in.c.ij.de do.& contu.q̄ vbi citatio prima facie est iniusta,non tenetur citatus cōparere,nisi iudex citationē iustificauerit,nec potest puniri vt contumax,licet iusta causa subsit,ex quo nō fuit expressa.& hoc sufficit quo ad secundam.q. 19 ¶ † Quo ad tertiā.q.concludit gl.q̄ tertius absens nō potest ratificare processum duorū,quia cū ipsorū sentētia sit nulla nō pōt rata haberi,quia quod nullū est,ratificari nō pōt. vt in.l.quod in initio.ff.de reg.iu.In hoc articulo Inn.processit multum confusè & intricatè nimis subtilizādo vltra quā expedierit,sed vt habeas rem claram cōclude sic: q̄ aut sententia est lata penitus ab alieno iudice,& tunc nō potest haberi rata per iudicem proprium. quia licet non possim habere ratum quod meo nomine gestū nō est,vt in regula ratum.de reg.iur.lib.vj.tn̄ nō omne qd̄ est gestum nomine meo possum ratum habere:[a] secundū Inn.& bene. Vnde in hoc dat ipse theoricam notabilem, q̄ vbicunq; actus est nullus ex defectu solennitatis cuius suppletio non dependet à potestate mea:imò si egomet exercuissem actum sine solennitate actus non valeret.nō possum tunc habere ratum id quod fuit gestū nomine meo:quia actus est nullus ex facto non dependenti à potestate mea.sententia enim lata à iudice nō suo corruit ex defectu solēnitatis substantialis,cuius suppletio non dependet à potestate mea,cūm ego subijciar dispositiōi iuris.secus autem si suppletio solennitatis dependeret à potestate volentis ratificare.exemplum in Papa.nam ipse potest ratificare sententiam nullam.& ita procedit.iij.q.vj.c.hæc quippe.Ex hoc dicit Inno.q̄ sententiam excōicationis latam in subditum per alienum iudicem nō possum ratificare:quia excōicatio à prin.fuit nulla,vnde nō potest stare in pendenti.quia natura excōicationis est vt statim liget,vel sit nulla,vnde tempore ratificationis nō reperitur aliquid quod possit ratificari.& hęc dicta sunt verissima & notabilia.& vide quod no.Io.and. in regula ratum.in mercu.& per gl.ix.q.ij.c.j.aliquid no. in.l.j.C. qui pro sua iuris.& in.l.ij.C.communia vtriusq; iudi.Et quanquam Inno.videat postmodum recedere à prædictis,tamen intelligendo vt supradicta restringantur ad alienum iudicem,prorsus non fuit aliquo modo recessum.aut sententia fuit lata à iudice non prorsus alieno, vt puta à duobus delegatis tertio absente & non excusato[b],& tunc Inno.in effectu videtur velle quòd sententia duorū tenet,nisi fuerit exceptum & appellatū.mouetur principaliter,quia iurisdictio est indiuidua apud quēlibet istorū delegatorū.& per cōsequens cōpetit exercitiū nisi elidatur per exceptionem.& ideò si pars non excipit tenet processus,maximè,quia partes litigando corā duobus vident iurisdictionem eorū prorogare,nec fit prorogatio de persona ad personam,sed de casu ad casum. quia duo habent iurisdictionē tertio excusato.Nec obs. secundum eū si dicat q̄ processus est cōtra formā rescripti,quia duplex est forma.quædā concernit vtilitatē priuatā.quædā publicam,& huic partes renuntiare nō possunt.& ita intelligit.c.cū dilecta.de rescript.qn̄q; forma concernit vtilitatē priuatā ipsarū partium.& tūc partes possunt expresè & tacitè huic formæ renuntiare,ita intelligit istum tex.& istud dictū sic intellectū est in se verissimum & notandū,& probat.j.eo.ti.c.fi.sed non conuenit huic literæ,vt.j. dicam.plus etiam dicit Innoc. q̄ si partes errant in facto:quia credūt duos posse procedere nihilominus per istū cōsensum erroneū prorogatur iurisdictio,quia vt dixi nō est vera prorogatio de persona ad personam.Idem refert idem esse si coram vno[c] ex tribus fuisset litigatū.hæc dicta Inn.nullo modo placēt nec doc.vident cōiter approbare.& iudicio meo hîc est tex. de directo contra eum.nā hîc præsupponit q̄ partes cōparuerunt coram duobus,nec præsupponitur exceptio. & nihilominus Papa cōcludit q̄ processus duorū est nullus ex defectu formæ & potestatis:nec est verum q̄ ista forma concernat vtilitatem partium,quia fuisset remissa partibus non excipientibus.cuius contrariū hîc dicit. Item fauor publicus est & non priuatus vt iudiciū exerceatur per plures:vt sit magis firmum & incorruptibile. nam partib⁹ sæpe nociua est pluralitas doctorum seu iudicum,propter expensas & exenia:& ideò cōsideratur potius vtilitas publica.nec est verum q̄ iurisdictio sit tota penes quēlibet,quia ex hoc sequeret q̄ tot essent iurisdictiones separatæ quot sunt personæ iudicū. quod est falsum.cū oēs delegati repræsentent personam vnius,vt s.dixi.vnde eadem iurisdictio quæ est penes vnum:est penes alium.Itē saltē negari nō pōt q̄ exercitiū nō cōpetat insolidū,sed est oīno interdictum singulis.etiam si non excipiatur per partē.tex.est hîc.&.s.eo.c.causam. 20 ¶ † Et ex his infero ad vltimā qōnē gl.simpliciter approbando opi.suā.quòd partes nō possunt cōsentire etiam expresè vt duo procedant sine tertio.rationibus pręedictis.& per hoc habes hanc glos.clarissimè declaratā & suppletam. 21 ¶ † In gl.in verbo.*certum nuntium*.ibi;*approbatæ fidei*.vult ergo quòd iste nuntius debet esse probatæ fidei.item destinatus cū literis.vt in fi.gl.sed ex hoc resultat quædam contrarietas,nam si portat literas non oportet quòd sit probatæ fidei,quia vtitur nudo ministerio.nec agit hîc de magno præiudicio.Inno.tamen requirit quòd sit bonæ fidei:& opi.& famæ.sed Host.dicit etiam quòd pōt esse infamis dūmodò sit canonicè destinatus. allegat ca. sciscitatus.de rescrip.Item dicit Goff.quòd nuntio creditur sine literis[d].nam si propter ea semper haberet portare literas non esset necesse vt nuntius esset.& dicit Vi. quòd etiam credit isti nuntio sine iuramento.Ego credo quòd illud verbū certū,tollat oēs istas difficultates. oportet ergo vt sibi credat vt sit nūtius indubitatus,puta iuratus,vel ita fidelis & notus vt meritò de eo non sit dubitandū.& in eo quod gl.in seq.q.dicit quòd fides impedimenti debet fieri corā alijs coniudicibus,bene loqt quia ex quo iurisdictio est recasura in personas iudicū, ipsi sunt iudices super impedimento.& ad hoc bo.tex.in c.si contra vnum.eo.tit.lib.vj. 22 ¶ † Et si malè pronuntiāt: puta quia dicunt impedimentum tertij vbi non subest. tenent doc.quòd valet sententia.quia hoc faciunt authoritate legis,& bene dicunt per ea quæ dixi in.c.super literis.de rescri. 23 ¶ † In glo.in verbo. *non ostenderit*. No.glos. in eo quia vult quòd delegatus qui debet proficisci extra domicilium suum poterit à principio petere expensas à partibus.hoc dictum non placet Host.quia sic indirectè posset negligere mandatum Papę.Item cum expensæ adhuc non sunt certæ nō potest eas petere.debet ergo primò ire,& posteà expensas petere.Ego credo dictum glosę posse procedere quando iudex esset ita impotens vt non posset suis expensis itinerare. Et ad contrarium glossæ, dic aliter. quòd fortè iste ignorauit diem sta-

SEB. SAPIA.
a ¶ Ratū habere.vide Bal.& Ang.relatos per Felin.in c.ea quæ.in vlti.co.j.de re iudi.

SEB. SAPIA.
b ¶ Non excusato. Vide latè Pau.de ca.in.l.j.in repet. C.de iuri.om.iu.

c ¶ Coram vno.Vide Fulg.in consil. clxvij.incip. visa copia instrumenti.vbi tenet q̄ si tribus vel duob⁹ est commissa causa simpliciter, nō pōt fieri prorogatio in vnū tātūm.

ZACHARIAS.
d ¶ Sine literis.Adde de hoc plenè p Ia.rebuf.in.l.prohibitum.in prin. & ibi in apostil. Celsi.vbi tractatur diffusè hęc.q. & quid in nuntio principis.C.de iure fisc.lib.x.

tutam à iudicibus.& de modo requirendi coniudicem: 24 vide bo.glo.j.e.c.cũ causa.¶ † In gl.in ver.canonicè.in fi. Item pôt probari per testes ꝙ erat seruꝰ, vel infamis, vel excõmunicatus, vel alia impotentia detentus.& de multi plici impotentia dixi in.c.sciscitatus.præalleg.Sed hîc ca dit notabilis qõ.quæ pôt adduci ad multas . q. cõsimiles. Pone ꝙ tertius in veritate fuit impeditus, sed non cõsta- bat duobus de impedimento tempore processus, nunqd valebit sententia si posteà probari potest verũ impedi- mentũ. Inno.hîc loquitur alternatiuè.primò dicit, ꝙ nõ valebat processus, ex quo isti ignorabant se habere pote statem insolidum, sed potest dici contrarium secundum eum: quia ex quo suberat impedimentũ purificata fuit ipso iure ipsa conditio. Et eodẽ modo loquitur Inno.in simili.q.in.c.cùm ex officij.de præscri.sed Host. videtur hîc simpliciter tenere ꝙ nisi prius constet de impedimẽ- to nõ debet valere processus: & hoc videtur innuere ista litera.& hanc opi.tenent hîc Moderniores. tenet etiam Bar.in similibus terminis.in.l.multum.ff.de cõdi.& de- mon.& in.l.ij.ff.de iudi.& in.l.si finita.§.Julianꝰ.ff.de dã. infec.&.l.hæc autẽ.ff.ex qui.caus.in pos.ea. In omnibus enim istis locis dat notabilem theoricã.ꝙ vbi quis igno- a rat fundamentũ potestatis suæ nõ tenet sententia[a].& idẽ dic in alijs actibus.quæ sententia mihi placet.& facit ad hoc.l.qui in aliena.&.l.si is ad quẽ.ff.de acquir.hæred. & ad idẽ.c.ex parte asteñ.& quod ibi dixi.de conces.prębẽ. induco casum qui iudicio meo hoc satis probat in.c. cũ super abbatia.j.eo.tit.Ratio huius conclusionis est.quia nihil valet explicari sine voluntate & potestate.vñ igno rata potentia non potest volũtas ex toto applicari ad po testatem: vt in iuribus præalle.& hoc tene.licet aliter di stinxerit Io.an.in regula eum qui certus.de regul.iur . in mercu.& tene menti hanc theoricã. quæ tamen potest aliquatenus restringi per.d.l.ij.de iudi.

a ¶Non tenet sen- tentia.Adde Ro. consi.ccccxlvj.& s.limitaui vt hoc non procedat in beneficialibus.

a ¶Non tenet sen- tentia.do.Pet. de ancha.aliter videt loqui in.c.sciscita tus.de rescrip.ibi dixi.

SEB. SAPIA.

b ¶Noluntatẽ.Vi de ad materiam Feli.in.c .sciscita- tus.co.pe.ver.sed do.Io.An.s.de re scrip.vbi quærit an de noluntate tertij sufficiat cõ stare per vnam re quisitionem.

SVMMARIVM.

1 *Clausula si non omnes poteritis.includit noluntatem.&c.4.*
2 *Nolens non dicitur non posse.*
3 *Princeps non præsumitur multum velle alteri præiudicare, nisi expresserit.*
5 *Delegatus potest præcisè cogi à delegante superiore ad acceptandum.6.*

1 Adiicimus.¶ † Clausula si non omnes pote ritis sub impotentia includit noluntatem[b] quo ad purificandam iurisdictionẽ cõiudicum.Primò decidit vnum casum. Secũdò aliũ consimile.ibi: *Idem quoq;*.& hoc dicit vsque ad §.sexta.¶ Casus literalis.Hîc dicit,ꝙ vbi in cõmisio- ne opponitur ꝙ si oẽs interesse nequierit duo nihilomi- nus exequant, si aliquis illorũ cũ posit noluerit interesse alij nihilominus procedere possunt: quàuis ille sit de hoc arguendus ꝙ mandatũ apostolicũ exequi cõtẽnit.& idẽ dicendũ est per oĩa qñ scribitur duobus cũ illa clausula, quod si ambo &c.Ber.No.ꝙ contẽnẽs exequi delegatio nẽ à Papa sibi factã est grauissimè arguendus.nũquid au 2 tem posit puniri pœna exteriori.dicã.j.cũ gl.¶ † Primò pro declaratione tex.oppo.nam nolens interesse cũ pos- sit nõ dicitur non posse.vt in.c.sciscitatus.in fi.de rescri. Sed Papa dedit iurisdictionem duobus sub conditione, s.data impotentia tertij.ergo videtur ꝙ vbi datnr sola noluntas non est adimpleta conditio.& per consequens non est purificata coniudicum iurisdictio: quia deficien te conditione deficit conditionalis dispositio: vt.j.de con di.ap.c.per tuas.Sol.hæc fuit ratio dubitandi.nã videba tur ꝙ nullo modo possent duo ꝓcedere, ex quo tertius nolebat interesse cũ posset.Item faciebat.quia Papa so- let apponere duas clausulas separatas, in quarũ vna deno tat impotentiã, in alia noluntatẽ, vt in.c.sciscitatus.pręal le.vbi dicit ꝙ si Papa in cõmisione dixerit: si ambo nequeritis, aut nolueritis interesse alius procedat.tunc enĩ purificatur potestas cõsocij alio nequeunte aut nolente interesse.Solu.possumus dicere ꝙ quo ad noluntatem altero nolente interesse nõ est purificata cõditio.& ideò si non vult cũ posit est grauissimè arguẽdus: vt hîc. sed quo ad consocios satis est purificata cõditio, quia si tertiꝰ non vult præcisè interesse: verum est dicere ꝙ oẽs simul non posint interesse.nã si tu nõvis mecũ interesse ĩ scho lis, verũ est dicere ꝙ ego nõ possum tecũ interesse. & sic quo ad collectionẽ oĩm purificatur illa clausula impotẽ tiæ, & ita intelligo.ista clausula verò denotans nolunta- tẽ solet apponi nõ quo ad purificationem iurisdictio- nis coniudicum, sed quo ad excusandum istum qui non 3 vult interesse.¶ † In gl.in ver *cùm posit*.No.ex gl.ꝙ non tenet quis exequi delegationẽ sibi iniunctã per Papã cũ graui dãno rerũ suarũ.Et licet hæc gl. simpliciter dicat absq; periculo.doc.& bene intelligunt de periculo graui quia rarò vel nunquã contingit ꝙ sine aliquali dãno re- rũ suarũ quis posit distrahi à negotijs suis.ad hoc.l.sed si quis.ff.queãd.test.aperi.Et licet tex.loquat hîc cùm cau- sa fuit cõmisa sub clausula impotentiæ, tñ ego idem pu- to cũ causa fuit cõmissa simpliciter: quia nõ est verisimi le ꝙ Papa velit arctare delegatũ ad executionem manda ti cũ graui periculo rei familiaris.ar.in.c.super eo.s.e.& in.c.apostolicæ.de dona.sed si apparet de præcisa inten- tione Papæ: tunc parendũ est sibi, licet mandatũ videat 4 graue.arg.c.in memoria.xix.di.¶ † In glo.in verbo.*noluerit*.in fi. Vult ergo glo.ꝙ subintelligatur sub clausula no- lũtatis clausula impotentiæ.quod non est verũ: quia ista diuersa: vt probatur in.c.sciscitatus.sed gl.hîc dixit ꝙ nõ videbatur fieri posse aliàs saluare decisionem huius.§.for 5 tè timore contrariũ q̃.s.feci.sed tu dic vt.s.dixi. ¶ † In glo.in verbo: *arguendus*.ibi: *sciscitatus*. Aduerte quia ille tex.nõ probat ꝙ iste sic est puniẽdus, sed solũ dicit ꝙ iste nõ excusatur si pôt interesse & non vult.Et fortè ob hoc gl.in fi.recedit ab ista opinio.& tenet ꝙ satis est eum ar- gui & reprehẽdi cũ consocius posit procedere.quasi di cat ꝙ vbi impediret ex toto processus causæ iste qui non vult exequi est puniendus.& hoc dictum satis placet. nã eo casu quo consocius pôt procedere non agitur de ma- gno præiudicio, nec est præcisa resistentia mandati apo- stolici.Et quod hîc dicitur in Papa idem dic in ordina- rio: nam ordinarius pôt cõpellere subditũ suum ad acce- ptandũ delegationẽ suã: vt in.c.pastoralis.in prin.j.eo. & in.c.pastoralis.j.de off.ord.j.rñs.& in.l.vnica. C. q ꝑ sua 6 iurisd.¶ † Vltimò no.& tene menti quæstionẽ quæ seq- tur in glo.nunquid nolẽs exequi mãdatũ apostolicũ, pos sit puniri vel redargui per iudicẽ ordinariũ vel coniudi- cem.Et concludit gl.quòd à cõiudice nõ est dubiũ : quia par in parẽ &c.Et no.quòd, nõ pôt quis etiã reprehende re cõiudicem, nedũ eum punire: sed in ordinario loci est magis dubiũ.Io.an.in.c.fi.de rescri.tenuit idẽ quod glo. hîc.sed Host.in sum.eo.tit.§.quòd sit.eius officium. ver. per quẽ dicit quòd ratione peccati poterit puniri per or dinarium.loquitur tamen alternatiuè.dicerem sic.quòd aut quæritur nunquid ordinarius posit compellere de- legatum ad exequendum, & dicendum est ꝙ non q̃ non spe- ctat ad eius officium, sed Papæ.Aut quæritur nunquid posit eum punire ratione peccati, quia contempsit exe- qui mandatum superioris & potest dici quòd sic : quia hoc casu non punit eum vt delegatum, sed vt perseuerã tem in crimine, & cessat maioritas.de qua in glo.ex quo noluit acceptare delegationem.& vide ad materiã quod dixi in cap.fin.de rescript.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio excõicationis repellit actorem à limine iudicij tam coram*

coram ordinario quàm delegato, quid autem à reductione ad arbitrium boni viri? vide in apostillis.

2 *Exceptio excommunicationis debet probari per excipientem intra octo dies.*

3 *Exceptio excommunicationis si fuit apposita coram delegato, quid habet facere delegatus?*

4 *Delegatus Papæ an possit absoluere incidenter excommunicatum coram eo litigantem.*

5 *Differentia inter nolle & non velle.*

6 *Exceptio opposita & nondum probata, an faciat supersedere processum.*

7 *Exceptiones dilatoriæ dum opponuntur, non debet lis super eis contestari, iurari de calumnia, & libellus offerri.*

8 *Iuramentum calumniæ sufficit tantùm semel præstari in causa.*

9 *Rescriptum impetratum super causa iam inchoata est surreptitium, nisi in eo fiat mentio de processu coram alio iudice inchoato.*

10 *Rescriptum impetratum ab excommunicato est nullũ ipso iure, adeò quòd non conualidetur sequuta absolutione.*

Nullum quod est conualidatur ex tractu temporis.

11 *Excommunicatus an quis præsumatur per denuntiationem publicè factã, vel quia ista est publica fama.*

Sexta. Suprà visum est de his quæ opponunt in personam iudicis, nunc subijcit de his quæ opponuntur in personam actoris.&.h.d. vsq; ad.§.si verò. Si reus coram delegato obiecit excommunicationẽ actori quam non probat intra tempus debitum auditur actor, si verò probat delegatus, absoluet actorem: si excommunicatus est propter causam sibi commissam. si propter aliã, nec est de casibus reseruatis Papæ, ad excõmunicatorem suum illum remittet, qui si non vult eũ absoluere, delegatus Papę eũ absoluet.h.d. Primò ponit principalem quęstionem, quam soluit.ibi: *hanc dubitationem*. Secũdò ponit qõnem incidentem. *si verò*. ¶ Casus literalis. Petrus impetrauit causam cõmitti cõtra Martinũ iudicibus super aliqua quæstione: pendente ista quæstione Martinus fecit citari Petrum prędictum pro alia causa coram ordinario vel coram delegato, quia Petrus iuri non parebat fuit excõicatus ab ordinario vel delegato. dum esset excommunicatus cœpit cõuenire Martinũ corã suis iudicibus delegatis. Martinus reus objicit Petro actori ꝙ in iudicio stare non potest cũ sit excõmunicatus. quæritur si reus non velit statim ipsum probare excõmunicatum: aut non possit, vtrũ actor audiri debeat donec reus probauerit ipsum excõicatum. Ad hoc respondet Papa ꝙ si reus statim vel intra terminum competẽtẽ nõ probauerit quod objicit, actor postmodũ audiat. vtrũ tamen si cõstiterit, vel per confessionem actoris, vel alio legitimo modo actorem excõicatũ extunc ab ipsis iudicibus delegatis secundũ formã ecclesiæ, debet absolui, tamen si ab ordinario vel delegato propter aliam iustam causam fuerit excõicatus, ad suum excõicatorem debet remitti ab soluendus.& si ille malitiosè ipsum non absoluerit iudex delegat⁹ ipsum absoluat: dummodò nõ sit tale genus excõmunicationis cuius absolutio sedi apostolicæ reseruatur, quare ex quo principale sibi committitur & accessorium cõmissum intelligitur. ex solutione prædictæ quæstionis oritur alia, quæ est talis. Iste actor excommunicatus absolutus est præstitõ iuramento ꝙ stabit mandatis ecclesiæ. quæritur coram quibus debeat stare iuri de causa illa: pro qua fuit excõicatus, an coram suo excõicatore: an coram istis delegatis? respondeꝛ ꝙ corã suis excõicatoribus debet iuri parere pro causa illa pro qua fuit ab eis excõmunicatus, nisi causa illa specialiter fuerit delegata: sed si excõmunicatores in causa illa malitiosè procedere distulerint: tunc delegati isti in causa illa per recõuẽtionem procedere poterunt, & suam iurisdictionem in causa illa tanquam accessoriã exercebunt. Ber. ¶ No.j. modũ & practicã objiciendi excõicationem contra actorem, vt repellatur à iudicio.

1 ¶ No.ij. ꝙ actor excõicatus[a] potest repelli à iudicio nõ solùm cũ a agit coram ordinario, sed etiam coram delegato.[b] ¶ † Not.iij. ꝙ b infrà terminũ competentẽ, vel statim debet probari excõicatio 2 opposita actori.& hodie est tempus statutum & determinatũ in c c.pia.de excep.lib.vj.nam debet probari infrà octo dies.[c] de quo 3 hîc in glo. ¶ † Item no. practicam procedendi per delegatum cùm agens coram eo probatur excommunicatus.& dic latius quã colligatur ex litera quòd aut probatur excõmunicatus ante impetrationem rescripti, & debet delegatus pronuntiare se non iudicẽ. quia non valet rescriptum impetratum ab excommunicato, nisi in causa d appellationis[d] vel absolutionis. de quo dic: vt habetur in.c.j.de rescrip.lib.vj.& hoc casu nõ procedit iste tex. aut probatur excõmunicatus post impetrationem rescripti, & habet locum iste tex. quo casu delegatus hoc ordine procederet. nam si fuit excõicatus propter causam si e bi commissam, tunc ipse absoluet,[e] seruato tamen iuris ordine.& ita intelligo §.cæterum.in ver. à iudicibus delegatis. aut fuit excõmunicatus propter aliam causam, & aut est talis excõmunicatio cuius absolutio reseruatur Papę, & non potest delegatus absoluere, sed debet eum remittete ad Papam, vt in ver. *dummodò*. aut nõ est reseruata absolutio Papæ: & debet eum remittere ad suũ excõicatorẽ, siue sit ordinarius vel delegatus, & si ille absoluere vult bene quidem. si verò non vult absoluere eum. aut allegat iustam causam: puta quia ille fuit excõmunicatus pro manifesta offensa seu contumacia & hoc probat, & non tenetur eum absoluere, nisi ille primò satisfaciat. vt in.c.ex parte. el.j. de verb.sig.in.c.venerabilibus §.secus.de sent. excõmu.lib.vj. Si verò allegat aliã causam probabilem non notoriam, non debet eũ absolue re, nisi præstita cautione. vt.d.c.ex parte. Si verò malitiosè non vult eum absoluere, põt ipse delegatus eum absoluere.& constabit de malitia excommunicatoris, si j. tempus sibi statutũ à delegato non absoluit, nec allegauit iustã cau4 sam in cõtrarium. ¶ † Ex prædictis & ex text. no. ꝙ delegatus Papæ etiam ratione accessorij ad causam sibi cõmissam nõ põt absoluere ab excommunicatione cuius absolutio reseruaꝛ f Papæ:[f] & põt esse ratio, quia in certis casibus absolutio reseruatur Papæ in signum specialis priuilegij. ista verò quæ reseruanꝛ hoc modo, nõ transeũt in aliũ, nisi ex speciali priuilegio: vt in.c.quod trãslationẽ.de off.le.& sic no. casum in quo vno cõmisso nõ trãseũt oĩa sine quibus g principaliter cõmissum expediri non põt.[g] & hoc rõne prædicta. Et ex his & ex tex. per locũ à speciali arg. ꝙ à quocũq; citra Papã sit lata excõicatio potest delegatus Papæ incidenter absoluere. ¶ Itẽ no. ꝙ rõne accessorij delegatus 5 impedit se de cã sibi nõ commissa. ¶ † Vltimò no. ibi: *non velit*. de significato huius verbi. Nã secundũ Inno.& Vin. differentia est inter nolle & non velle. nã verbũ nolo, denotat ꝑcisam resistentiam & contemptũ. verbũ aũt non volo denotat simplicem resistentiam: quasi velit facere sed non modo ille qui nõ vult. quãdoq; tamen ista sumuntur promiscuè. de quo etiã ꝑ gl.in.l.j.ff.de tribu.act.& l.qui se patris.C.vnde liberi. ¶ † In gl. in ver. *donec*. in fi. Dic me6 lius ꝙ rõ dubitãdi potuit esse: quia iste nolebat aut non poterat probare excõicationẽ incontinenti: sed fortè petebat dilationem longiorẽ: vñ erat præsumptio ꝙ opponebat malitiosè cã differendi processum sup principali.& ideò dubitaꝛ vtrũ ad præcludẽdã viã malitijs potuisset ꝓcedi super principali & sup exceptione excõicationis: sed in decisione prouideꝛ contra istã fraudẽ, vt nõ differaꝛ ꝓcessus sup principali, sed exceptio excõicatiõis debet ꝓbari in cõtinẽti j. terminũ cõpetẽtẽ.& hodie est ꝓuisũ vt j. octo dies ꝓbetur: vt.s.dixi.& subijcitur in

SEB. SAPIA

a ¶ Actor excõicatus. Vide ad hanc materiã multa p Feli.i.c.fi.j.de except. vbi ponit an excõicatio repellat à iudicio seculari.

b ¶ Coram delegato. Adde an petẽti reductionẽ ad arbitrium boni viri obstet exceptio excommunicationis. Cal.cõsil.j. de arbi.

c ¶ Infrà octo dies Adde an probeꝛ per denuntiationẽ vide per Car. ĩ cle.j.q.e.de exce. qui dicit probari Rota tñ deci. cclvj.inci.licet.Inn. & deci.cons.cccc. inci.si quis petit. distinguere videꝛ ꝙ si opponaꝛ in vim dilatoriæ ꝙ probet. secus si in vim peremptoriæ.

c ¶ Infra octo dies. Multa circa istos octo dies ponit Io.de ligna.in tractatu de cẽsura ec cle.colũ.lix. vide quod ad proposi tũ not.in.l.sed & si per prætorẽ.§. si feriæ.ff.ex qui bus cau.maio.referꝛ p Fel.in.c.fi. in fi.j.de except.

d ¶ Causa appellationis. Adde vel ab ignorãte se ex cõicatũ: quia talis bñficiũ & literas apostolicas impetrare potest. vt tenẽt dñi de Rota deci. suis in antiquis.inti.de rescr.

e ¶ Absoluet. Adde an post annũ possit absoluere. Cal. cõsi.iij.hoc.eo.ti.

f ¶ Papæ. Adde Roma.cõsi.cccliiij.& an pœnitẽtiarius Papæ possit absoluere hoc casu. vide Cal. cõsi.xij.& an excõicatus à sacro cõcilio possit à Papa absolui absq; consensu cõcilij. vide Roma.consi.alle.

g ¶ Non põt. sequitur do. Ias.in.l.ij. ff.de iurisdi.om. iudi.

a ¶ Litem contestari. Adde domi.de Ro.deci. suis. de lit.contesta.

b ¶ Surreptitium. Adde Pet.de ancha.consi.xv.Ro.consil.cccxxx.

SEB. SAPIA.
c ¶ Rescriptum. Vide ad hoc multas ampliationes & limitationes per Fely.in.c.sup literis.col.vij. versic. sexta regula.de rescri. & aduerte quod do.Abb.hic vult quod illud quod dicit quod quando non fuit expressum illud quod si Papa sciuisset non ita de facili concessisset, non solum procedit in rescriptis ad beneficia vt in.d.c. ex tenore. sed etiam in rescriptis ad lites.

SEB. SAPIA.
d ¶ Excoicatus. Vide Rotam in ti.de exceptio.dec.viij in nouis.vbi facit differentiam an exceptio opponatur in vim dilatoriæ,& tunc probatur per denũtiationẽ,aut opponitur in vim peremptoriæ,& tũc secus.& quod facilius procedat in probando excõmunicationẽ in vim dilatoriæ.quam in vim peremptoriæ, vide Ro.in cõs.cccxlix.inci.dum quæritur huic tñ distin. aliquãtulum ob. tex.hic in ver. legitime probauerit.& tex.in.d.c.pia.in ver.apertissimis documẽtis.

e ¶ Per famam. Adde quod Ro.cõsi.ccclxxxvij.dicit quod fama est sufficiens vt quis euitetur tanquam excoicatus.

¶ Adde quod nec etiã probatur per literas quibus fuit denuntiatus excõicatus.vt no.gl.& Pe.de ancha.in.c.pia.de exce.li.vj. Phil.Franc.in.c.dilectus.in.ij.no.de app. Iste in.c.pastoralis.§.verũ de app.& Rot.deci.cclvj.inci.licet.in nouis.

7 glo.seq. ¶ † In glo.in verbo, *ex confessione*.in fi. No.singulariter istã gl.ad quã quotidie recurritur & remittitur. Et in effectu gl.tangit tria & concludit quod in exceptionibus dilatorijs debet lis contestari,& iurari de calumnia,atque libellus offerri.dicit tñ quod si ista omittuntur non propter hoc corruit processus,quia iura annullantia processum in defectũ illarũ solẽnitatũ non loquuntur in processu super exceptionibus dilatorijs. Host.aũt distinguit.dicit enĩ quod super exceptionibus quæ proponũtur ante lit.cõte.debet fieri cõte.lit.sed super exceptionibus quæ proponuntur post lit.cõtest.non est necesse litẽ cõtesta. quia sufficit prima cõtestatio.fatetur tñ quod non seruabitur ita stricte ordo iuris super exceptionibus dilatorijs sicut super processu pricipali. Dicit etiã nullibi caueri quod super exceptione dilatoria debeat iurari de calũnia. Cõis opi.videtur indistincte vt sup exceptiõibus non sit necesse litẽ cõtestari[a], nec libellũ offerre.nec de calũnia iurare. Hãc opi.tenuerũt Io.de lig.Bal.& cõiter Moderniores sequẽtes:& idẽ Spe.in tit.de lit.contest.in.§.pe.in prin.& in ver.sed nũquid.& hęc opi.mihi placet,& probatur rõne.lit.cõte.fit per petitionẽ in iure propositã,& rñsionẽ ad eã secutã.vt in.c.vnico.de lit.cõte.sed ille qui excipit,nihil petit.vt in.c.ij.de ordi.cog.nec valet argu.gl.quod cõfitendo vel negãdo se excõicatum fit cõte.lit.quia hoc non est verũ,quando per cõfessionẽ factã ante libelli oblationẽ non inducitur lit. cõte.vt no.gl.in.c.dudũ.el.ij.s.de elec.& in.l.j. C.de confes. Itẽ iuramẽtũ calũniæ debet præstari in exordio litis.i.in ipsa lit.conte.& potius pręstatur post lit.cõte.quã ante,vt patet j.ex ordine titulorũ.nã primo tractatur de lit.cõte.& postea de iuramẽto cal.

8 ¶ † Itẽ iuramẽtũ semel tñ pręstatur in causa.vt j.de iura.cal.c.j.ergo super exceptionibus dilatorijs non est præstãdũ iuramẽtũ calũniæ.fateor tñ quod põt exigi iuramẽtũ malitiæ per.c.ij.§.fi.de iura.cal.lib.vj. Idẽ dico de libello.nã libellus non præstatur nisi super causa principali.quinimo dico quod exceptiões non tenetur quis dare in scriptis,sed satis est quod scribatur in actis,vt no.Hos.in.c.quoniam.de proba.licet gl.aliter hic dixerit. Fallit tñ in exceptione recusationis proposita contra iudicẽ, quia illa debet dari in scriptis,non tñ per modũ libelli.vt l.apertissimi.&.l.cũ spẽalis.C.de iud.& vide quod no.Spe.in ti.de excep.§.viso.in ver.sed nũquid.

9 ¶ † In gl.in verb. *aliam iustam causam*.ibi: *vel de processu ordinarij*. No.gl.& tene.eã menti quod ĩpetrans rescriptũ sup cã iam inchoata corã ordinario,debet facere mẽtionẽ de processu ordinarij,aliãs rescriptũ est surreptitiũ.[b] Similẽ gl. habes in.c.vt debitus j.de appel.& probatur hoc dictũ a simili:nã sicut non valet rescriptũ sup cã iam inchoata corã alio delegato,nisi de processu corã illo habito fiat mẽtio.vt in.c.inter monasterium de re iu.ita pari rõne annullatur rescriptũ,si non facit mẽtionẽ de processu inchoato corã ordinario. Nã si Papa sciuisset,non ita de facili dedisset rescriptũ[c].ar.in.l.vbi acceptũ.ff.de iud.& in.c.ex tenore.de rescri.

10 ¶ † Et in fi.gl. non bene dicit.quia rescriptũ impetratũ ab excõicato,regulariter est ipso iure nullum,nec cõualescit secuta absolutiõe:de quo dic vt habes in.c.j.de rescrip.lib.vj. Et ad.c.pia.alle.in glo. respõdet quod loquitur de processu habito corã ordinario,& pro ratione diuersitatis vide gl. in.d.c.j.& istũ tex.intellige quando rescriptũ fuit impetratũ ante excõmunicationem.vel si vis intelligere quod posteã dic quod fuit impetratũ in casu concesso:vel seruatis seruandis.de quo in d.c.j. ¶ In gl.in verbo. *ad excommunicatorem*.in fi.gl.communiter sequuntur doct.hic. Quidã tñ tenuerunt cõtrarium per.c.venerabilibus.in §.vbi autem.de sentẽ.excõ.li.vj.vbi dicitur quod absolutio tenet,licet iniuste sit facta. Itẽ mouetur,quia istæ remissiones fiunt de vrbanitate. vnde tenet absolutio eis non factis.vt in.c.cũ ab ecclesiarũ.&.c.ad reprimendã.de offi.ordi. sed prima opi.plus mihi placet.nã iura allegata pro contraria opi.loquuntur in eo,qui habet iurisdictionẽ super absolutione:sed delegatus iste non habet aliquã ptãtẽ super causa sibi non commissa,nisi quando aliter causa sibi cõmissa expediri non põt,vt hic &.s.e.c.j. Sed ex quo excõicator erat paratus absoluere istum actorem,ergo non poterat iste delegatus absoluere ex defectu potestatis. ¶ In glo.in verb. *explorati*.in fi.dic melius vt dixi.s.

11 ¶ † Extra glos. quæro.nunquid per denunciatiõnẽ publice factam quis probetur excommunicatus?[d] & dicitur primo quod non,quia ille qui denuntiat nihil de nouo agit.l.hæredes palam.ff.de test.& possibile est quod nulla excommunicatio præcessit saltem quæ tenuerit,ergo denuntiatio necessario non probat excommunicationem.nam & quandoque denuntiatur ille excommunicatus, qui in veritate excommunicatus non est.exemplum in.c.licet.de sen.excommu.li.vj. Probatio autem debet concludere necessario :vt in c.in præsentia.de proba.& non probat hoc esse quod ab hoc contingit abesse.vt in.c.ij. de transla.episcopi.& in.l.neq; natales.C.de probatio. Ad idẽ optime facit.c.pia.de except. lib. vj.vbi dicitur quod excommunicatio debet probari apertissimis documentis seu lucidis probationibus.ob ista forte contraria gl.dubitauerunt de ista.q.in.c.licet præallega.& in .d. c.pia. Hos.tenet hic quod probatio denuntiatiõis sufficit ex quo publice fuit facta.arg.c.j.de po stu.præla. Credo quod vbi agitur de modico præiudicio,vt in casu nostro,sufficiat hæc probatio,quia præsumitur pro his quæ notorie acta sunt , & pro iudice exercente officium suum.vt in.c.in præsentia.de renun.& in.c.ad audientiam.de præscrip.& optime facit.d.ca. licet.sed vbi ageretur de graui præiudicio,forte hæc denuntiatio non sufficeret,quia necessario non concludit excommunicationem, vt prædixi.& regulariter verba enuntiatiua non probant maxime prolata in absentia partis .facit quod no.gloss.in.l.optimam.C.de contrahen.& commit.stip.&.c.si Papa.de priuileg.li. vj.& in.c.illud.de præsump. Nunquid autem sufficiat probare per famam,[e] videtur quod sic per.c.cũ desideres.in.§.ij.de senten.excommu. vbi tex.not.dicit quod si per famam constat aliquem esse excommunicatũ:cogitur ille aut se purgare:aut petere absolutionem saltem ad cautelam.ita infamatus de crimine põt per suspensionem compelli ad se purgandum. vt.ij. q.v.c.si quis presbyter.& in.c.inter.de purga. ca. Solu. Egi.mouet hic istam.q.& finaliter cõcludit quod ista probatio famæ non sufficit. nam cum non habeat vim nisi vnius testis: vt no.iiij.q.iij.c.si testes.§. Item sæpe.sequeretur quod vnus

Ãnto.Franci.
¶ Circa hoc quod dicitur quod fama est sufficiens vt quis euitetur tanquam excõmunicatus. Dicas hoc forsan esse verum,quando fama esset vehemens, & haberet originẽ a iusta suspicione, nõ autẽ alias.sicut in simili dicimus quod testes ẽt viles admittuntur contra multũ diffamatũ.vt per Inn. in.c.cũ.I.&.A.de re iud.& per Alex. de imo.in.l.fi. ff. de qõ.& per Sal. in.l.ea quidem.in vlti.col.C.de acc. & quæ dicatur fama vehemens relinquitur arbitrio iudicis.vt per Bart. in cõsi.suo incip. dño paci de burgo.& per Saly.in l.fi.C.de qõ.& pro hoc facit,quia fama ẽt non vera est iusta causa credendi.l.fi.& ibi bar. ff.de acqui.hære. & in.l.cũ quidam in.§.quod dicitur. eo.tit.pro hoc ẽt facit.quia fama probat in his quæ sunt parui præiudicij. secũdum Bald.in l.de minore.in.§. tormẽta.ff.de.q. vel etiã per Alex. & per Bald.in.l. vbi adhuc.in.viij. col.C.de iure do. & ideo in proposito cum videatur esse paruum præiudicium quod aliquis euitetur vt excõmunicatus, ideo debebit euitari,eo maxime, quia fama inducit manifestum. secũdum Specu.in ti. de inquisit. & in §.j.in fi.de quo tamen vltimo habetur per glo.in.c. scelus.ñ.q.j. quæ videtur contraria per.c.super eo.de consan.& affi.

vtrum per decretalem derogatum sit decretali Alexandri. secunda fuit vtrum appellationi illius qui appellauerat occasiõe constitutionis Inno. sit deferendum: super his duobus articulis respondet Papa. Et primò ad primũ, dicens quod per constitutionem Innocẽ. non derogatur constitutioni Alexand. imò in constitutione Innoc. supplentur quæ in decretali Alexandri fuerant prætermissa. Et subijcit statim tenorem illius vsque ad. §. nos autẽ. Et ibi ponit verba constitutionis Innocen. dicens quòd licet is cui causa committitur appel. re. non possit eã alij sine prouocationis obstaculo delegare, tamen si aliquẽ articulum deputauerit alicui audiendum, ab illo non poterit appellari: dũmodo de partium detur, vel recipiatur assensu, si delegatus ipse cõmittit exordiũ litis, vel finem causæ, vel totum negotiũ ab illo tanquã à iudice poterit prouocari. Posteà verò in. §. intentionis. declarat Inno. quę habentur in constitutione illa, licet is cui. dicẽs quod delegatus ab ipso potest committere principiũ, & finem, & medium causæ sibi commissæ coniunctim & diuisim secundũ quod visum ei fuerit expedire, vt iudicialis authoritas liberius valeat expediri, non obstante quod dicitur in lege, scilicet quod iudex debet cognoscere per seipsum in principio, & in medio, & in fine: quia ipse delegatus antè, quã ferat sentẽtiam videre debet omnia quæ acta sunt diligenter. & hoc vsque ad. §. verũ. Ber. ¶ † Not. ibi: *exponitur*, & ibi: *prætermissa supplentur*. quod ille qui exponit[a] seu declarat non dicitur supplere, vel corrigere, seu derogare: quia exponẽs seu declarãs nihil de nouo.[b] facit ad hoc. l. hæredes palam. ff. de testa. ¶ Item no. ex eisdem verbis & tene menti, quòd differentia est inter exponere, & supplere, vel derogare seu corrigere: nã exponens nil debet supplere, sed solùm declarare: supplens verò non debet corrigere sed derogare, sed solùm addere circa non prouisum. corrigere verò est emendare prius facta. vide bo. glo. in clemen. statutum. de elec. & faciunt hęc ad multa. nam permittitur confitenti[c] vt possit suam confessionem exponere. non enim debet illã corrigere[d] seu supplere: vt in. c. cùm dilecti. j. de accusa. Itẽ no. ex eisdem verbis quòd vnum ius debet suppleri & exponi per aliud ius. nam omnia non possunt eo. c. cõtineri. Et per hoc arguit Host. contra eos qui sunt prompti ad iurium correctionẽ. Nã euitanda est quantũ fieri pòt, iuriũ correctio: & vbi iura videntur contraria, debet studiosus reducere ad concordiam, exponendo seu supplendo per ea quæ dicuntur in alijs iuribus. Ad hoc facit quod no. ponit Bartol. in extrauaganti ad reprimendum. in versi. non obstantibus. & facit. l. sed & posteriores. cum seq. & quod ibi not. per Bart. ff. de legib. 3 ¶ † Not. ibi: *sine prouocationis obstaculo*. quod delegatus etiam principis non potest subdelegare causam appellatione remota. Ex quo infertur quòd ista clausula respicit solã personam[e] cui annectitur. & dic quòd nemo citra principem potest causam appellatione remota. committere. ad hoc facit. l. j. §. fina. ff. à quibus appella. non licet. facit. c. veniens. infrà de iureiurando. & ratio est: quia nullus citra Papam potest tollere iuris dispositionem:[f] maximè fundatã super iure naturali. appellatio enim est quædã defensio. vt in capitul. suggestum. infrà de appellatio. & est hoc remedium à iure inductum pro defensione aduersus iniquitatem sententiæ: ideò inferior à principe non habet hanc facultatem: vnde dic quòd etiam legatus de latere non posset remouere appellationem: pro hoc quod notat gloss. singul. in. c. final. de hæredi. libro sexto. facit clementina, ne Romani. de electio. & regula, indultum. libr. sexto. Item tollere appellationem est quodammodo tollere ius alterius. quod solus princeps potest. iuxta not. in. c. constitutus. de religio. domi. & vide ad hanc materiam quod plenè dixi in. c. pastoralis. de appella. 4 ¶ † Not. ibi: *delegatus à nobis vel iudex quicunque*. argumen. optimum, & quasi expressum, quod delegatus inferior à principe potest committere aliquem articulum saltem non iurisdictionalem causæ sibi commissæ. de quo infrà latius dicam. 5 ¶ † Not. ibi: *dum modo de partium &c.* iuncto versicu. *verùm*. infrà eodem. quòd deputatus ad nudum ministerium potest recusari: vt suspectus. & sic videtur hîc textus, de quo facit magnũ festum dominus Antoni. quòd merus executor potest recusari vt suspectus. in contrarium tamen videtur textus in capitul. nouit. de appellatio. & ibi plenè dixi. iste tamen textus non loquitur in mero & proprio executore: sed in deputato ad articulum merum sine iurisdictione qui potest occultè grauare partem, meritò potest recusari vt suspectus: vt puta, si committitur alicui nuda examinatio testium: nam in scribẽdo & cautè seu calidè interrogando potest lædere partem. vel si deputatur ad arbitrandum expensas quæ potuerunt fieri circa refectionẽ alicuius domus, vel quid simile. nam licet isti non habeant iurisdictionem, possunt tamen occultè lædere[g] partem. & sic intellige istum textum, quem nota: sed si deputaretur merus, & proprius executor ad exequendum iam discussa & decisa per superiorem, tunc prætextu suspicionis non posset iste recusari: & sic propriè loquitur capitulum, nouit[h]. quia iste non potest lædere partem quin notoriè constet: vt puta si deputatur ad denuntiãdum aliquem esse excommunicandum, vel ad citandum, vel quid simile: vt dixi plenissimè in dicto capitulo nouit. & vide quod notat Ioannes Andræas in dicto capitulo, pastoralis. 6 ¶ † Item not. in versicu. *quod si*. quòd litis contesta. propriè non fit nisi coram iudice, nec propriè sententia fertur nisi per iudicem: & sic ista requirunt iurisdictionem iudicialem. Ex quo infertur quòd coram arbitro propriè non fit litis contestatio. quia non est iudex, nec propriè ab arbitro fertur sententia. ad hoc quod not. in. l. j. C. de arbitris. 7 ¶ † Not. in versiculo, *intentionis*. ibi: *liquidè &c.* & tene menti quòd intentio scribentium potest liquidè deprehendi ex tenore scripturæ. facit. l. licet. ff. de legatis primo. vbi dicitur quòd potest dici euidẽs quòd ex coniecturis elicitur: & hoc multùm facit ad interpretationem statutorum: vt non dicatur extensio id, quod deprehenditur ex tacita & coniecturata mente statuentis. de quo per Bart. in. l. omnes populi. ff. de iust. & iur. & per Ioannem Andræ. in regula, pro possessore. in mercuriali. ¶ Item nota, quòd potest quis delegare principium & medium causæ, & solùm sibi reseruare sentẽtiã: & sic potest quis ex actis plenè instrui de meritis causæ, licet causa non

fuerit agitata corã eo, debet tñ prius vniuersa quæ acta sunt inuestigare: quod facit pro iurisperito qui assumitur ad consulendũ quæ sint partes iudicis in certa causa. nã debet vniuersa acta diligenter inuestigare. ¶ In gl. j. ibi: *quæ. j. sequitur.* dic melius ꝙ hîc non ponit illa constitutio, sed tñ eius tenor: vt dicit Inno. & bene. nam si cõstitutio Inn. nõ præcessisset istã decre. non potuisset oriri dubiũ. de quo hîc. & vt clarè intelligas tex. dicas ꝙ primò præcessit cõstitutio Alexãdri. de qua in. c. cũ te. s. eo. vbi in effectu dicebatur, ꝙ si delegatus Papæ subdelegat cognitionem ipsius causæ sententia sibi reseruata si contingat appellari à tali subdelegato, nõ per hoc talis delegatus causam indefinitã relinquere debebat: quasi innueret ꝙ à subdelegato delegati Papæ nõ potest appellari secũdum vnum intellectũ. postmodũ emanauit quædã cõstitutio Inn. quã olim habebam⁹, sed hodie non habemus: & hoc: quia tenor ipsius in effectu fuit hîc positus qui incipit à ver. nos aũt statuimus. vsq; ad ver. intentionis. & illud verbũ statuimus est præteriti tpis: & refert illud quod statuerat in sua constitutione, & per illam constitutionẽ videbatur quibusdã ꝙ cõstitutio Alexãdri esset correcta: quia in constitutiõe Inn. innuebat ꝙ si delegatus subdelegasset articulum iurisdictionalem, ab eo tanquã à iudice poterat prouocari: si verò subdelegasset nudũ ministerium, tunc non poterat appellari nisi modũ excederet, dummodo fuisset deputatus de partiũ cõsensu: & sic innuebatur ꝙ certis casibus poterat appellari à subdelegato, etiã deputato ad nudum ministerium. & super hac contrarietate fuit hîc aditus Inno. Papa, qui in effectu respondet: vt habetur in prin. literæ. & in ver. intẽtionis. ꝙ per suam constitutionẽ nõ derogatur constitutioni Alex: sed exponit, vel suppletur per suã constitutionẽ. & dic ꝙ. c. cũ te. potest habere plures intellectus. Primus, ꝙ loquitur qñ appellatur ad Papã omisso subdelegante qui reseruauerat sibi iurisdictionẽ. nã talis appellatio est friuola: quia fuit omissum mediũ. vnde illa decre. nõ prohibet appellari à subdelegato: sed solũ disponit ꝙ non valet appellatio si appellatur ad primũ delegantẽ. Sed constitutio Inn. debet intelligi de appellatiõe legitimè interposita. vt declaratur. j. in. §. seq. Secũdus intellectus, vt procedat illud. c. qñ committũtur subdelegato mediæ causæ. i. articulus nõ iurisdictionalis, & tunc ab eo nõ potest appellari, vt ibi. sed constitutio Inn. supplet nisi modũ excedat, vel nisi recusetur vt suspectus, & nolit recusationẽ admittere: nã tunc potest appellari. & secundũ hunc intellectũ clarè patet ꝙ cõstitutio Inn. in nullo derogat constitutioni Alex. sed exponit & supplet ad illã addendo. Tertius intellectus est, qñ fuit appellatum à subdelegato ad Papã: & sic omisso medio delegatus hoc nõ obstante debet partibus iustitiam ministrare: quia debet cognoscere de tali appellatione: quia licet talis appellatio non valeat ad effectũ vt cognoscat Papa: valet tñ vt cognoscat delegatus ad quem debebat appellari: vt est tex. in. l. j. §. si quis in appellatione. ff. de appel. & iste esset valde singularis intellectus.

8 ¶ † In gl. in ver. *derogatur.* in fi. vult ergo gl. opponere de. l. j. §. qui operas. ff. ad tertul. vbi tex. innuit ꝙ ille qui interpretatur, corrigit. cuius cõtrarium innuit hîc tex. Gl. non soluit. Doc. dicunt ꝙ in lata significatione interpretans [a] dicitur corrigere: vt in contrario: secus in stricta significatione: vt hîc. & vide gl. in. l. j. ff. de orig. iur. & in cle. statutum. de elect. in ver. declaramus. & dic clarius ꝙ interpretatio est duplex. quædam consistit in interpretatione linguarum, sicut interpretamur eucharistiam id est bonã gratiam: ab eo quod est bonum &c. quædam consistit in obscuritate sensus, seu dubietate verborum: vt quãdo quis interpretatur verba dubia alicuius constitutionis. & de ista dicimus, ꝙ est eius interpretari cuius est condere, vt in. c. inter alia. de sen. excom. vnde propriè ille qui interpretatur non corrigit, sed declarat rẽ obscuram: & hoc stricto modo. sed largo modo dicitur corrigere seu emendare: quia saltem emendat quo ad corticem verborũ ponendo magis clara: sed quo ad sensum nõ corrigit: & sic intelligatur. l. hæredes palam. ff. de testa. & scias ꝙ differentia est inter interpretationẽ, deriuationem, etymologiã, & diffinitionem. de quibus vide per Pau. in proœ. cle. ¶ In gl. in ver. *committit.* ibi: *lit. contest.* Aduerte, quia obscurè loquit gl. sensus suus est iste, ꝙ cõstitutio Alexandri quæ prohibebat appellationẽ à subdelegato debet intelligi qñ fuit commissio facta post lit. cõte. i. qñ commisit media causæ. s. articulum nõ iurisdictionalẽ: puta nudã examinationẽ testium. secus si cõmisisset principium vel finẽ. & sic gl. sentit secundum intellectũ quẽ. s. dedi ad illud. c. cũ te. & declara istam gl. vt ibi dixi. ¶ In glo. in ver. *interposita.* ibi: *ad papam. s.* Aduerte glos. hîc sentit secundũ intellectũ ad illud. c. cũ te. vt appellatio non valeat à subdelegato interposita, quando. s. fuit interposita ad Papam, quia debuit appellari ad ipsum subdelegantem non in totum. & vterque intellectus est bonus vt. s. dixi.

9 ¶ † In gl. in verb. *quicunque.* ibi: *ergo si ordinarius.* Aduerte. nã gl. videtur velle restringere tex. ad ordinariũ: quasi innuat ꝙ delegatus inferioris à principe non possit alteri subdelegare etiã certum articulũ. sed Hosti. & cõiter Doct. seq. tenent contrariũ: quia tex. hîc loquitur generaliter. dicit enĩ: *delegatus à nobis vel iudex quicunque &c.* & sic per illud verbũ quicunq; apertè innuit ꝙ quilibet iudex etiã si sit delegatus inferioris à principe potest subdelegare articulũ non iurisdictionalẽ. articulum verò iurisdictionalẽ subdelegare non potest. [b] ad hoc iste tex. in ver. *quod si.* vbi dum loquit de articulo iurisdictionali fecit solũ mentionem de delegato Papæ. Bar. tñ in. l. & quia. ff. de iurisdi. om. iud. apertè tenuit ꝙ possit subdelegare certũ articulum [c] causæ: quia sicut delegatus ad vniuersitatẽ causarũ potest subdelegare vnã causam: vt not. in. c. cũ causam. de appel. ita & delegatus ad certã causam potest subdelegare vnũ articulũ. pro hoc. l. j. ff. quis & à quo app. in. §. j. & dicitur expressum hoc in cle. j. de offi. deleg. & per hoc reprobat Cyn. in. l. à iudice. C. de iudi. Sed certè quatenus Bart. sentit de articulo iurisdictionali expressè loquimur contra. c. cùm causam. præalleg. nec ob. cle. j. quia loquitur in delegato Papæ. nec ob. aliud arg. quia delegatus ad vniuersitatẽ causarũ censetur quasi ordinarius: vt no. gl. in. d. c. cũ causam. sed delegatus ad vnã causam est merè delegatus. Item si posset cõmittere vnum articulũ sic posset cõmittere aliũ, & parum sibi reseruare: & sic circunueniret mandatũ superioris. ad idem ꝙ non possit nisi sit articulus non iurisdictionalis: vide Inno. hîc qui hoc tenuit apertè in c. cùm Bertoldus. de re iudic. Idem sentit glos. in aut. vt defun. seu fune. eorum §. penul. & ad. l. j. dic ꝙ habet plures intellectus: vt ibi not. & quidam illam intelligunt in delegato ad vniuersitatem causarum: [d] quod etiam sentit gloss. in. c. dilecti. de appel. vel loquitur secundum Bart. ibi in vicario alicuius potestatis: quia si subdelegat causam nõ debet appellari ad eũ, vel ad potestatẽ: sed ad superiorem potestatis. iste intellectus mihi nõ placet, nec puto dictum in se verũ: quia si vicarius alicuius delegat causam, debet appellari vel ad ipsum delegantẽ, vel saltẽ ad ipsum qui dedit vicariũ: qa regulariter debet semper appellari ad delegantẽ, ex quo apud eũ remansit fundamentum iurisdictionis: vt in. d. c. dilecti. iuncta glos. vide gloss. in. c. si quis contra clericũ. de fo. cõpe. prædicta limita, nisi expressè inferior delegando dederit potestatem subdelegandi: vt est gloss. not. in. c. is cui. de offic. deleg. lib. vj. & sequitur Bartol. in. d. l. & quia. ¶ Ex prædictis deciditur nunquid delegatus inferioris possit committere receptionem testium. Abbas & Doc. communiter post eum distinguunt, quòd aut vult cõmittere hũc articulum cum iurisdictione, & non potest per prædicta. Aut sine iurisdictione puta quia ipse iudex prius approbauit personas ipsorum

✝SEB. SAPIA.

a ¶ Interpretãs. De ista materia quot modis sumat interpretatio: & an dicatur corrigens interpretari. vide Bar. in. l. ab executione. ff. de appel. & in. l. oẽs populi. in. ii. q. principali. ff. de insti. & iure.

ZACHARIAS.

b ¶ Subdelegare nõ potest. Adde præsupposita ista opi. pro vera: cuius tñ cõtrarium tenuit Bar. in. l. more. ff. de iurisd. om. iudi. Bal. in. l. à iudice. C. de iud. & Rotã deci. clxiiij. incip. Itẽ ꝙ delegat⁹. in antiquis. cuius tñ contrariũ est veritas. vt hîc & plenè. per Doc. in. c. cũ Bertoldus. de re iud. & Card. in cle. j. de offi. delega. Fallit tñ in delegato proconsulis vel legati de latere. vt no. scribẽ. maximè Mod. in c. ij. de off. leg. lib. vj. Itẽ in delegato ad vniuersitatem causarũ. no. Spec. in ti. de li. concep. §. fi. versi. & si sit ei data potest. s. ad hoc vt no. Bar. vbi s. & iste in allega. c. cum Bertoldus.

c ¶ Certum articulum. Adde Cæpo. consil. lxviij.

d ¶ Vniuersitatem causarũ. Hunc intellectũ reprobat Alex. in. l. j. ff. de dam. infect. vide Mod. in. l. j. §. fi. & in. l. fi. ff. de offic. eius cui man. est iuris.

ipsorũ testium examinauit interrogatoria & capitula: & tunc põt committere: quia habet solùm exequi nudum ministeriũ: vnde ista nuda receptio si fieret die feriata teneret. ad quod vide glo. not. in cle. vnica. de offi. delega. vnde hęc nuda receptio solet cõmitti notario. de quo vide quod not. in. c. quoniã. j. de proba. & vide quod dixi in c. cũ causam. de testi. ¶ † In gl. in versi. *quàm executorem.* No. j. ex ista gl. quis dicatur propriè executor. & facit ad statuta quæ intelliguntur secundũ propriã significationem. vnde executor propriè dicitur qui habet exequi factũ discussum & decisum per superiorẽ: vt facit nuntius cũ exequitur sententiã iudicis. Impropriè verò dicitur executor qui habet examinare aliquẽ articulum sine iurisdictione. nam iste non purè exequitur: sed agit & examinat. & ideò tex. §. porrò. j. e. dicit ꝙ iste melius dicitur auditor quã cognitor vel executor. & ponit gl. exemplũ de eo, cui cõmittitur vtrũ testis sit admittẽdus: sed exemplum non est bonũ: quia iste habet interloqui: vnde pone exemplũ in nuda receptione testium: vt. s. dixi. vel qñ habet calculare rationem inter partes. ¶ Not. ij. ꝙ iste auditor habet iurisdictionem respectu exequẽdi sibi iniunctum, nõ autẽ in examinatione negotij. & no. in hoc istam gl. singulariter. & satis videtur probari in. c. ex literis. hîc alleg. ¶ † Vltimò not. ex fi. glo. ꝙ in appellatione interponenda hodie nõ est differentia inter auditorẽ & iudicem, nam si grauat potest appellari. aliàs secus: vt hîc & in. c. vt debitus. j. de appel. in hoc Doc. multùm instãt: sed conclude breuiter veritatem quo ad iustificandã appellationẽ non est differẽtia: quia semper debet iustificari ratione grauaminis. sed in modo iustificandi est differentia etiam hodie: nã iudex procedit, ex suo officio vel arbitrio, vnde ab eo possum appellare prętendendo primò grauamen per eũ mihi inflictũ, sed ab auditore non possum appellare si exequitur sibi iniunctũ licet me grauet: quia non est ipse qui grauat me, sed ille qui cõmisit. est enim ipse tanquã pica & organũ cõmittentis: & ideò si sentio grauamẽ debeo appellare à cõmittente & non à commissario. Item est differẽtia: quia oblatio probationis iustificat appellationem corã iudice: vt in. c. interposita. de appel. secus corã auditore: quia cũ auditor procedat extraiudicialiter, non tenetur recipere probationes grauaminis: [a] vt plenè dixi in. c. interposita. & sic etiã hodie posset saluari differentia quæ hîc ponitur inter iudicem & auditorẽ. ¶ † In glo. in verſ. *dummodò.* ibi: *supple.* hoc dicit gl. metu contrarij quod posset formari. nã appellatio fundatur super grauamine: vt in. d. c. vt debitus. sed licet quis sit mihi suspectus, nõ propter hoc me grauat: ergo non possum appellare à iudice suspecto, cuius contrariũ innuit ista litera. Sol. dicit gl. intellige ꝙ iste suspectus potest recusari, non autẽ ab eo potest appellari. hoc tñ impropriat literã: ideò dic ꝙ prius debet præponi recusatio, & si non vult eam admittere, potest tũc ab eo appellari: quia tunc grauauit in non admittendo: vt probatur. j. in. §. fi. in fi. text. ¶ † In gloss. in ver. *litis exordium.* ibi: *propriè verò.* No. bene istam glo. ꝙ in lit. contestatione dũtaxat dicitur propriè lis exordiri seu inchoari. [b] quòd propter statuta & alias dispositiones facientes mentionem de exordio litis. & pro hoc facit. c. ex parte. el. ij. j. de ver. si. vbi lis dicitur mota per litis contest. nam ea quæ præcedunt sunt potius ordinamenta ad litẽ inchoandã. ¶ In glo. in ver. *causæ finem:* quasi dicat secus si cõmitteret nudam prolationẽ sñiæ: quia tunc proferens non est iudex: sed nudus minister iudicis. exemplũ. cùm Eps sententiã per se compositã recitat per notariũ. vt in. c. fi. de re iudi. lib. vj. ¶ † In glo. in ver. *diuisim.* idẽ tenet Inn. vt s. posit cõmittere diuersis personis diuisim, diuersis tñ tẽporibus. nõ enim debet eodẽ tpe vni cõmittere principiũ, & alteri mediũ vel finem, quia posset surgere intricatio. & esset contra mentẽ huius literæ, in verbo, liberius. & cõtra mentẽ. c. fi. de rescrip. & c. dispendia. eo. tit. lib. vj. potest ergo committere principiũ vni, quo expedito poterit eidem vel alteri committere aliũ articulũ: quo expedito poterit committere finem. & ita cõmuniter transeunt Doc. Sed ego non video quare non possit committere ita diuisim à principio, ita vt procedat non non simul sed suis tẽporibus, puta si vni cõmitto exordium litis, alteri media causæ: reliquo sñiam ferendam. [c] nam hoc casu si procedũt diuersis tẽporibus, non repugnant iura superius alleg. ¶ In gl. in verbo: *alij delegare.* Vult ergo gl. ista ꝙ nullus citra principẽ potest delegare causam criminalẽ. tu dic & plenius vt dicã in. c. quod sedem. j. de offi. ord. ¶ † Secũdò ponit gl. differentiã inter ius canonicũ & ciuile: vt de iure ciuili non possit iudex appellationis delegare causam: secus de iure canonico. & hîc Host. dicit ꝙ de iure canonico hoc non probať: licet consuetudo sit in oppositum: sed hoc dictum Hostiẽ. vt dicit Ioan. Andr. & bene est contra. c. vt litigantes. de offic. or. lib. vj. & j. eo. c. pastoralis. vbi Archiepiscopus sub delegat causam appellationis: & ideò tene dictũ glo. † In gloss. in ver. *in principio.* in fi. Vult ergo gloss. hîc ponere vnam differentiam inter leges & canones: vt secundum ll. iudex non possit committere principium causæ & medium & reseruare sibi sententiam: secus secundum canones, vt hîc. Sed aduerte: quia dictum glo. procedit secundũ vnum intellectum qui colligitur ex cortice authenticæ ad hæc. C. de iudi. & videtur sentire ibi gl. sed Vltramon. vt recitat ibi Cy. & sequitur Bar. dant aliũ intellectum & meliorem: vt intelligatur qñ iudex vult cõmittere suo consiliario seu assessori. hoc enim non potest facere. & est ratio, quia consiliarius seu assessor non habet iurisdictionem, sed tantũ habet consulere iudici: vt in. l. j. & quod ibi not. ff. de offi. assess. & ideò non potest assessor ferre sententiam, nec exercere aliquem articulum iurisdictionalem. ideò dicimus ꝙ laicus posset esse assessor iudicis ecclesiastici. vt not. Inn. in. c. ij. de iudic. vbi plenè hunc articulum examinaui. non ergo prohibet illa auť. quominus ordinarius possit committere alicui principium causæ tanquàm iudici delegato: & sic intelligendo nulla erit differẽtia in hoc inter canones & leges: & hoc tene menti.

Marginal numbers: 10, 11, 12, 13, 14 (left column); 15, 16 (right column).

[a] ¶ Grauamina. Ad de do. de Ro. decis. suis. de rescri.

SEB. SAPIA.

[b] ¶ Seu inchoari. Vide Mod. in. l. causas. C. de trãsa. vbi ponunt quando dicatur lis mota. & facit. l. apertissimi. in ver. antequ lis inchoetur. C. de iudi.

SEB. SAPIA.

[c] ¶ Sententiã ferendam. pro ista opi. facit quod in simili dicit Bald. in. l. siue pars. C. de dilat. & quod dicit glo. in. c. constitutionem. de sentẽ. excom. lib. vj.

SVMMARIVM.

1. *Citatio est iurisdictionis.*
2. *Iudex electus de consensu partium, non potest nisi ex noua causa recusari.*
3. *Sententia nulla ex taciturnitate non censetur approbata: secus si est aliqua licet lata præter vel citra formam iuris.*
4. *Forma certa vbi datur, paria sunt aliquid facere cõtra: præter: vel citra formam.*
5. *Assessor alicuius delegati an debeat eligi de cõsensu partium?*

Verùm. Continuať iste. §. ad precedentia. Nã suprà dixit Papa ꝙ per suam constitutionẽ non intẽdebat derogare constitutioni Alexandri: quia principalis intẽtio sua fuit prout habeť in verſ. *intentionis.* Sed quia posset dubitari an & qñ posset appellari à subdelegato subijcit istum. §. & h. d. in summa vsq; ad. §. *porrò.* A subdelegato cũ iurisdictione appellari põt, secus si sine iurisdictione. nisi modũ excedat: tunc enim potest recusari, nisi datus sit de partium consensu. ¶ Casus literalis. Dicitur in præcedenti. §. ꝙ iudex delegatus potest cõmittere principium, medium, & finẽ, & coniunctim & diuisim: sed nõ dixerat ꝙ possit appellari. vnde in isto. §. dicit si totam causam cõmittit alicui, vel principiũ, & finẽ ab eo tanquã à iudice licitè prouocatur. Cũ autẽ mediũ causæ cõmittit, ab ipso tãquã à iudice appellari non põt, nisi mãdati fines excedat, vel

ZACHARIAS.
a ¶ Vel præter seu vltra. Not. Car. distinguendo tñ in forma tradita à iure vel ab hoīe. in cle. j. q. xxx. de deci. Inn. in c. cū dilecta. s. de resc. & Alex. in l. cū lex. ff. de fideiuss. Sed ego limitarē procedere hoc dictū, si forma sit tradita cū potestate alicui nō habēti potestatē: φ tūc procedat dictū istius, secus si tradita est forma habēti ptātem faciendi sine forma. gl. est sing. in cle. j. secūdum Car. ibi: in princ. & q. vij. de iurep. Antoni. Francis. ¶ Circa dictionē vltra. Dicas φ regulariter stat inclusiuè, vt si legatū vinum vltra dolia seu vasa, videntur etiā legata vasa: vt not. Bar. in l. cum ita. in vlti. q. ff. de do. præ. pro quo est text. in. l. si vltra. C. de fideic. & vide tex. in. c. Raynuti⁹. in ver. vltra dotem. de testa. & vide gl. in cle. j. in ver. furem. de vsu. & Bald. in. c. j. §. j. col. de duo. fra. de nouo bene. inue. in vsi. feu. & habetur per Bart. in. l. Celsus. in vlt. col. ff. de vsuca. & per Pau. de ca. in cōsi. cxj. inci. Sup primo quæsito. vbi dicit φ est dictio repetitiua. & vide d. Car. in cle. ij. de magi. vbi dicit φ dictio vltra exclu dit maiorem sum mā non minorē, & vide etiam per Innoc. & d. Abb. in. c. literæ. in vlt. col. de dila.

SEB. SAPIA.
b ¶ Delegationis. De veritate huius articuli vide Ale. & Ias. in. l. à iudice. C. de iudi. vide etiā. d. Abb. in. §. in glo. in ver. nec potest. j. eod.

meritò sit suspectus: & ideò bene statuit in cōstitutione sua licet is cui &c. φ si talis auditor detur de partiū voluntate, nō valeat posteà recusari. B. ¶ Not. j. φ à iudice potest appellari, nō autē ab auditore, nisi modū excedat. & dicitur auditor is cui cōmittūtur media causæ sine iurisdictiōe: iudex verò dicitur is cui cōmittitur articulus iurisdictionalis: puta vel tota causa, vel principiū, vel finis. & declara hunc tex. vt plenè. s. dixi in gl. super ver. *quàm executorem.* ¶ Not. ij. ex hoc & ex tex. φ media causæ expediri possunt sine iurisdictione: nō tñ intelligo semper quia in præfixione termini, & citatione, ac interlocutionibus requiritur iurisdictio: vt in. l. à procedēte. C. de dila. & quod ibi not. facit quod no. gl. in. c. cū causa. s. eo. & c. prudentiā. ¶ 1 † Vbi patet φ citatio est iurisdictiōis. vnde intellige tex. de articulis causæ, & de nuda receptione testiū, vel de calculo rationis, & similibus. ¶ Itē not. hîc expressum tex. φ deputatus ad nudū ministeriumpotest vt suspectus recusari. quod declara vt plenè dixi. s. eo. c. in prin. super tex. ¶ 2 † Item not. φ deputatus de partium consensu nonpotest recusari: quod intellige nisi ex noua causa vt. s. eo. c. insinuante. ¶ 3 † Op. contra text. nā videtur φ ab auditore nō sit necessaria appellatio: quia si modū excessit, processus est nullus, quia contra formā mandati: vt in. c. cùm dilecta. de rescrip. Sol. dicit Abb. contrariū procedere qñ contra formam procederet: secus si vltra. nā tunc debet appellari ne pars videatur tacitè prorogare potestatē illius: vt. j. eo. c. cū olim. ¶ 4 † Not. hoc dictum: quia nescio alibi, φ potestas non habentis iurisdictionem potest prorogari de re ad rem etiā per tacitum consensum: sed dubito an dictū sit verū: tene tñ semper menti: quia Doct. non reprobant apertè: non tñ placet mihi illa differentia an contra formā vel vltra sit processum: qa vbi datur certa forma, paria sunt procedere contra formā, vel præter, seu vltra[a]. vt in. c. prudentiā. s. e. & ibi dixi: & ideò solū esset fienda differentia vtrū forma concernat vtilitatē publicam vel priuatā partium. nā primo casu non potest remitti per cōsensum partiū. secūdo sic: vt in. c. si. j. eo. & not. dixit Inn. in. d. c. prudentiā. & ideò tunc necessaria est appellatio, ne partes tacendo videantur renūtiare formæ datæ per iudicē in earum fauorem. & notabis hoc semper: & habet locū etiā in nudo ministerio. vt hîc secundū vnū intellectum. Itē dic φ appellatio potest esset vtilis etiā si actus esset nullus, vt saltē euitetur grauamē facti. Nā à sñia nulla potest appellari: vt in. c. dilecto. de app. & not. in. l. si expressum. ff. de app. ¶ In gl. in ver. *statuimus.* ibi: *sed consulendo dixit.* hoc dicit gl. quia de necessitate nō tenetur iudex in cōmissione habere cōsensum partiū licet partibus sit ius saluū recusandi subdelegatū seu auditorem: vt probatur. j. §. quē verò. ¶ Et ex hac gl. & ex tex. not. φ verbū statuo quandoqz importat consilium & nō præceptum. & hoc qñ materia non est necessaria vt hîc. ¶ 5 † In glo. in vers. *recipiatur assensu.* ibi: *de consensu partium est eligendus.* sentit hæc glos. quòd assessor debet eligi de consensu partiū si partes conuenire volunt: sed hoc nō probatur hîc: licet gl. alleget argumentū nisi consultiuè: vnde potius probatur contrarium. nam si delegatus potest deputare auditorē sine consensu partium: vt. s. dixi. & probatur. j. eo. §. quē verò. fortius potest sibi eligere assessorē, cùm officium assessoris principaliter versetur in cōsulendo iudici in his quę sunt iuris: vt. l. j. & quod ibi not. ff. de asses. Et hanc partē tenet hîc Inn. dicens iudicē posse eligere quem vult, maximè cùm ex facto eius teneatur. & no. hoc verbum, pro hoc. l. j. & l. nullus iudicū. & quod no. in eis. C. de asses. & ad prædicta vide tex. in. c. statutum. §. assessorem. de rescrip. li. vj. vbi etiam habetur de salario constituendo pro assessore. & quod no. Spec. in titu. de salarijs. §. fi.

SVMMARIVM.

1 *Delegatus Papæ si delegat totam causam, non remanet iudex. secus si delegat partem. vide. j. §. proxi. nu. 3.*
2 *Delegatus an possit dare potestatem subdelegandi?*
5 *Delegatus Papæ potest subdelegare reseruata sibi executione.*
A subdelegatio an appelletur ad delegantem? 4. 5. vide. j. §. si verò. ad finem.

§ Porrò. Continuatur ad præcedentia. suprà visum est an & qñ à subdelegato possit appellari: nunc subijcit ad quē sit appellandum. & hoc dicit in summa. A subdelegato non in totū appellatur ad subdelegantē, non aūt ad primum delegantē. secus si in totū. h. d. vsqz ad. §. *quem verò.* ¶ Casus literal. Dictum est in. §. *verùm.* φ qñ iudex cōmittit totam causam, vel principiū, vel finē ipsius, ab ipso potest appellari. cum verò committit mediū, appellari non potest, nisi mādati fines excedat. in. §. isto ostendit ad quem sit appellandū. & primò quando cōmittit totā causam, debet appellari ad Papā & non ad delegatū: quia committendo totam causam definit esse iudex. si verò aliquid sibi de iurisdictione reseruat, tunc ad delegatum, & nō ad delegātem debet appellari: quia tūc remanet iudex. si verò cōmittit mediū causæ alicui: puta testiū examinationē, vel alium articulum, & ab illo appellatur ad Papam pro eo quòd mandati fines excedit, vel sit suspectus delegatus, nō obstante tali appellatione vt parcat laboribus partiū & expensis causam indefinitā secundū decretalem Alexandri relinquere nō tenetur: & sic intelligitur decretalis Alexādri qñ committitur medium causę: & sic apparet quod Inno. suppleuit de principio, fine & toto negotio. 1 B. ¶ † No. j. quòd delegatus Papæ potest in totū iurisdictionem sibi commissam alteri subdelegare: potest etiā pro parte: sed primo casu nō remanet iudex: secūdo sic. ¶ Not. ij. φ cui committitur articulus medius. i. articulus non iurisdictionalis proprie nō potest dici cognitor nec executor sed auditor: quia habet potius audire partes quàm in eas iurisdictionē exercere, vel causæ cognitionē inter eas assumere. ¶ 1 † In glo. in ver. *transfert.* ibi: *quia illam non habet ex commissione sed à lege &c.* hæc ratio referenda est ad primū dictum gl. & non ad secundū. nā glo. in prin. dixit duo. Primò quòd licet delegatus Papæ posset in totum alteri causam subdelegare: non tamen potest dare potestatem subdelegato subdelegandi: quia licet ipse potuisset subdelegare: hoc tñ non habet ex cōmissione, sed à lege. vt. j. e. c. pastoralis. quasi velit dicere φ ista facultas fuit tributa personæ ipsius delegati, non autē transit accessoriè vel vi delegationis[b]. & no. hoc dictū. per hoc enim posset limitari gl. not. in. c. is cui. j. eod. tit. lib. vj. quæ dicit φ delegatus inferioris pōt subdelegare si hoc fuit sibi indultum à delegante. debet enim intelligi qñ delegātus erat ordinarius, secus si delegatus. & ratio diuersitatis est: quia delegatus non habet iurisdictionem vltra sibi commissa: sed ordinarius habet potestatē vniuersalem. vnde virtute huius iurisdictionis potest dare potestatem subdelegandi. ¶ In eadem gloss. ibi: *cùm teneatur exequi mandatum.* ad hoc contrarium gloss. non respondet. sed dic quòd delegatus principis non dicitur transgredi mandatum superioris: cùm lex sibi concedat: vt possit subdelegare. Cessat enim peccatum ex quo est legis permissio. xxiij. quæstione. iiij. c. qui peccat. & in. l. gracchus. C. de adulter. ¶ 3 † In eadem gloss. ibi: *sed nunquid delegatus:* hæc particula glossę vsqz ad finem, est hodie expedita. i n. c. si delegatus. infrà eodem. libro sexto. vbi deciditur quòd potest delegando reseruare sibi executionem, & virtute huius reseruationis debet ad eum appellari à subdelegato. Nec obstat dictum glossæ, quòd executor non habet iurisdictionem: quia illud procedit quando alicui per iudicem committitur nuda executio: sed ipse iudex qui habet exequi, bene habet iurisdictionē in executionis actu: vt probatur in capitu. quærenti. suprà eodem. & in. l. à diuo pio. in. §. si super rebus.

4 rebus.ff.de re iud. ¶ † In gl. in ver. *non ad eum.* Aduerte: quia ista gl. adducit duas leges, quæ non solũ videnẽ con trariari huic literæ, sed etiam sibijpsis adinuicẽ. nã.l.j.C. qui pro sua iuris. simpliciter dicit ꝙ si delegatus subdele gat, appellandũ est ad ipsum delegatum subdelegantẽ, & non ad primum delegautẽ. vt & .l.j.§. fi.ff. quis & à quo. videtur innuere totũ oppositum. simpliciter enim dicit ꝙ qñ appellatur à subdelegato delegati, nõ appellatur ad ipsum subdelegantem, sed ad ipsum primũ. Glo. ista dat duas solutiones. prima, vt illæ leges reducanẽ ad distinctionem huius §. & est bona responsio. nã per hanc reductionẽ etiam ipsæ leges reducunẽ inter se ad concordiã. vt prima lex procedat qñ delegatus cõmisit non in totũ sed quia illæ leges nõ distinguunt an in totum vel in partem fuerit facta cõmissio. ideò gl. non confisa de hac solutione dicit alternatiuè tñ, ꝙ aliud est secundum leges. Sed per hanc responsionẽ non reducuntur illæ .ll. ad cõcordiam inter se. & Legistæ vario modo dicunt. Bar. inter cætera ibi dicit ꝙ prima .l. loquitur in delegato principis. secũda in delegato inferioris: vt sic magis deferatur primo quã secundo. Sed cõtra hoc dictum est tex. hîc. loquitur enim in delegato principis:[a] & ideò tene primam solutionẽ, quia promptũ est iura iuribus cõcordare: nec de facili debemus inducere diuersitatẽ inter leges & canones, sed vnum ius debet iuuari & suppleri per aliud. x. dis. c. si in adiutoriũ. facit tex. s̃. eo. in prin. nã & ratio necessariò cõcludens militat pro decisione huius text. nã si cõmisit in totũ, non remansit apud eũ iurisdictio, cũ iurisdictio delegata nõ sit radicata in persona delegati sed delegantis: vt in. c. sanè. s̃. eo. vnde cùm desijt esse iudex nõ debet ad eũ appellari: secus si cõmisit nõ in totũ, quia tunc iurisdictio remansit penes eũ. & pro parte est deriuata in personam delegati. ¶ † In glo. in ver. *si causa.* ibi: *alij contrà dicunt.* & hanc opi. tenet Host. vt tunc. s. sit appellandum ad delegatũ qñ sibi fuit cõmissa causa appellatione remota & ipse subdelegauit non in totũ, vt tunc non possit appellari ad Papã virtute clausulę. & videtur prima frõte probabilis opi. sed contrariã opi. quã ponit hîc gl. tenẽt Io. And. & cõmuniter Doc. se. vt non obstãte ꝙ illa causa sit sibi simpliciter cõmissa, nihilominus sit ad eũ appellandũ. hoc videtur probari. in. c. si delegatus. j̃. eo. lib. vj. vbi nihil dicĩ de ista clausula, & ponitur distinctio de qua hîc. ad idẽ. c. eũ te. s̃. eo. & tenẽdo hãc lec. quę est cõis: habes casum in quo non põt appellari ad Papam omisso medio. & rõ huius decisionis est, quia delegatus in hac causa repræsentat personã Papæ: vñ cũ appellans habeat iudiciũ Papæ paratũ in personã delegati frustra appellaĩ ad ipsum Papã: quia aut appellaĩ ad eum vt alteri subdeleget: & in vanũ laborat cũ habeaĩ hîc delegatũ. aut vt Papa eidẽ cõmittat: & tunc magis frustra, cũ ex prima cõmissione hoc possit. Et ex his infero, ꝙ à subdelegato delegati alterius quã Papæ potest appellari ad Papã[b] omisso medio: quia cessat ratio prædicta cũ nõ habeat hîc iudiciũ Papæ. & pro hoc secũdo intellectu facit iste tex. in versi. *vt parcatur laboribus & expensis &c.* vnde non fundat se super virtute clausulę sed super laboribus partium & expensis.

☞ ❧ SVMMARIVM. ❧

1 *Delegatus Papæ & eius subdelegatus non potest recusari sine legitima causa: licet secus sit de iure ciuili.*
2 *Recusatio iudicis coram quo est probanda?* 3.

Quem verò. Continuaĩ potius ad §. *verum.* quã ad §. pręcedentẽ: nam ibi fuit dictũ ꝙ ad hoc vt nõ possit recusari subdelegatus seu auditor deputandus est cũ partium consensu. Sed ne crederet aliquis ꝙ de necessitate esset requirendus partiũ consensus: subijcit hîc Papa istum §. & hoc dicit in summa. Auditor datus sine partiũ consensu recusari põt vt suspectus, non tñ sine cã. ¶ Casus liter. In prox. §. ver. ꝓ eo ꝙ mãdati fines excedat, vel meritò sit suspectus. & alio §. verũ. dixit nisi mãdati fines excedat, vel meritò sit suspectus. vñ ne valeat recusari prouidè statuimus: vt de partiũ detur vel recipiatur assensu. per hoc videbaĩ ꝙ simpliciter possit recusari, nisi datus esset de cõsensu partiũ neutra partiũ poterit recusare, nisi corã delegato iustã recusationis cãm ostendat. B. † No. j. ꝙ non 1 solũ delegatus Papę sine causa legitima recusari nõ põt:[c] vt in. c. suspicionis. j̃. eo. sed etiã subdelegatus delegati Papæ. quod clarius probaĩ j̃. eo. in § eius ergo. Idẽ procedit non solũ cum cõmittitur articulus iurisdictionalis: sed etiã si cõmittitur nudũ ministerium, & in hoc no. vnam differentiã inter ius canonicũ & ciuile. nam de iure ciuili recusatur delegatus etiã principis, licet non probeĩ recusationis causa: sed satis est vt recusatio nõ appareat calumniosa. iuxta ea quæ habenĩ & notantur in. l. apertissimi. & .l. cũ specialis. C. de iudi. secus aũt est de iure canonico: quia semper exigiĩ vt probeĩ legitima recusationis 2 cã: vt hîc. & in. d § eius. & in. d. c. suspitionis. cũ si. ¶ † Itẽ not. hîc tex. apertum ꝙ suprà pluries fuit collectũ ꝙ etiã simplex auditor potest recusari vt suspectus. Corã quo verò debeat proponi & probari illa recusatio contra auditorem seu subdelegatum. dicit Hostien. ꝙ proponẽda est coram auditore seu subdelegato, & probãda coram delegato subdelegante: & iste est casus in quo recusatio non probatur coram arbitris, sed coram ipso delegante. Idẽ est si recusatur delegatus ordinarij vel vicarius Episcopi, vt probatio suspitionis debeat fieri corã ipso ordinario & Episcopo. & ista probantur in. c. si contra vnũ. 3 j̃. eo. lib. vj. ¶ † Sed dubiũ est quid si delegatus subdelegauit in totũ, & ille subdelegatus recusatur: nunquid probabitur corã delegato. dubiũ facit: quia ex quo subdelegauit in totum non remansit apud eum iurisdictio: & sic videtur quòd debeant assumi arbitri: vt in. d. c. suspitionis. Inno. sentit oppositum: quia ex quo delegatus nõ incepit exercere iurisdictionẽ nõ videĩ efficaciter in eum iurisdictio transmissa: vnde cùm adhuc re integra possit reuocari per delegatum: vt in. c. quãuis. j̃. eo. lib. vj. meritò dicunt quòd debet probari corã isto delegato. & pro hoc facit: quia remoto subdelegato iurisdictio redit ad ipsum delegatum, ergo ad eum spectat cognitio. arg. d. c. si contra vnum. Sed quæro, quia iste tex. solùm loquitur in deputatione auditoris. Quid si deputatur delegatus ad actum iurisdictionalẽ nunquid possit subdelegare sine consensu partium? dic quòd sic eadẽ ratione. pro hoc facit quod not. in. c. si quis cõtra clericum. de fo. compe. nam cùm delegatus habeat à lege vt possit subdelegare, non tenetur in exercẽdo ius suũ habere consensum partium: quia nemini facit iniuriam qui vtitur iure suo: vt in. c. cùm ecclesia. de elect. & pro hoc quod not. j̃. in § seq. ¶ In glo. in verbo. *si non possunt:* & idem dico in ordinario volente delegare. per. l. vnicam. C. qui pro sua iurisd. & per. c. vt litigantes. de offic. ordi. lib. vj.

☞ ❧ SVMMARIVM. ❧

1 *Delegatus nõ potest subdelegare appellatione remota, licet ipse fuerit delegatus cum dicta clausula.*
2 *Subdelegatus à delegato principis non censetur delegatus principis, & ideò non potest iterum subdelegare.*
3 *Surrogatum non sapit aliquando naturam illius in locum cuius surrogatur.* 3.
3 *Vnus ex duobus delegatis à Papa si fuerit subdelegatus à suo collega, erit in eadem causa delegatus & subdelegatus, & resultabit effectus de quo hîc.*
5 *Iurisdictio ordinaria & delegata si simul concurrant, censetur dignior delegata ad effectum. de quo hîc.* 8.
6 *Delegatus principis non potest dare potestatem suo subdelegato subdelegandi.*
7 *Iura habentia plures intellectus debent intelligi secundum intellectum magis dubitabilem.*

❧ SEB. SAPIA.
a ¶ Principis. Vide Alexandrũ in l.j.ff. de damno infe. vbi facit regulã quòd nõ est idẽ de iure ciuili quod de iure canonico. post ea tenet quòd est idem. & dicit quòd ista est cõmunis opi.

❧ SEB. SAPIA.
b ¶ Ad Papã. Vide oĩo. d. Abb. in c. cùm Bertoldus. in vlti. colũ. de re iudi. vbi etiã Fel. circa fin. vide etiã aliam limitationẽ ad hũc tex. quam ponit glos. & do. in. §. si verò. j. eo. per illum text.

ZACHARIAS.
c Recusari non potest. Ex causa tamen sic etiã de iure canoni. vt not. plenè in. c. cùm olim. j̃. eo. & glo. in c. ad hæc. s̃. de rescript. Quod ego amplio etiã si esset datus proprio motu. secundũ. d. Philip. fran. in. c. postremò. q. vij. de appel.

Ant. Francis.
¶ Tu adde circa hoc qñ iudex est datus motu proprio. qa ista clausula motus proprij non tollit defectũ personæ, & ita delegatus cum hac clausula poterit illegitima causa recusari, vt est not. gloss. in cle. si Ro. in ver. quãto cunꝗ. de pręben. & vide Io. an. & Cal. in cle. cùm dilectus. de iure pa. & vide Car. in cl. ij. de præben. qui dicit quòd licet talis clausula tollat subreptionem: tamen non ampliat gratiam, nec lędit ius tertij, nec inducit dispẽsationem alicuius inhabilitatis: vt per d. de Rota, in decisio. cxiiij. & in decisio. ccccxlv. inci. motus proprius. in antiquis. de cuius clausulæ materia vide quæ plenè habẽtur in cap. si motu proprio. de rescript.

Si verò. ¶ † Si vnus ex duobus de
legatis principis cũ clauſu
la appellatione remota ſubdelegat alteri
acceptãti, nõ poteſt acceptãs ſubdelega-
re, nec appellatione remota procedere:
quod tñ ante acceptationẽ poterat. & ſi ab iſto fuerit ap
pellandũ, appellabiť ad Papã etiã ſi fuerit ſubdelegatus
non in totũ. h. d. ſecundũ intellectũ veriorẽ. Et cõtinua-
tur iſte. §. ad. §. *porrò*. Nã ibi ꝓſequutus fuit author qñ ap-
pellať ba vno delegato, hîc qñ fuerũt duo delegati & vnꝰ
commiſit alteri vices ſuas. ¶ Caſus literalis. Dictũ eſt. s̃.
in. §. nos autem. quòd delegatus à papa cui cã cõmiſſa eſt
ap. remota. pt cõmittere alij vices ſuas. & cognoſcere ap
pel. remota i n. §. iſto oſtendit ꝙ illud non eſt gñaliter ve
rũ hoc mõ. duo ſunt à principe delegati appellatione re
mota, vnus committit alteri vices ſuas, iſte qui recipit iu
riſdictionẽ à conſocio ſuo delegatus eſt à Papa appella-
tione remota: nõ tñ põt alij cõmittere vices ſuas, nec ꝓ-
cedere appellatione remota. quãuis dicatur in literis ꝙ
alter in cã ꝓcedat ſine reliquo appellatiõe remota, ſi nõ
pñt ambo pariter intereſſe: & reddiť ratio. qa quod ex
iuriſdictione ſibi à principe delegata: non põt cum iuriſ
dictione à cõdelegato commiſſa. vñ in hoc caſu: ſi appel
leť ab iſto, ad Papã eſt appellãdũ, nõ ad delegatũ: ꝓpter
rationem ſuperius aſsignatam: vt. §. porrò. quia totã iu-
riſdictionẽ conſocius ſibi cõmiſit. Ber. ¶ † Not. j. bonã
limitationem ad iura dicẽtia ꝙ delegatus inferioris à prĩ
cipe non põt ſubdelegare: vt in. c. cùm cauſam. j. de appel.
& in. l. à iudice. C. de iudi. procedũt eñ illa iura ẽt in ſub
delegato delegati principis: qa non trãſiuit in commiſsio
ne priuilegium quod habet à lege vt ſubdelegare poſsit:
& ſic delegatus principis amittit in commiſsione priui-
legiũ: & ſic videť illud priuilegiũ perſonale, quod perſo
nam ſequiť & extinguitur cũ perſona, vt in regula priui
legium. de reg. iu. lib. vj. Itẽ procedunt iura illa etiã in eo
qui eſt pro parte delegatus principis, & pro parte dele-
gatus inferioris. vnde ratiõe partis delegatæ ab inferiore
non põt ſubdelegare totã cauſam. quod eſt bene not. Et
ex hoc & ex tex. not. ꝙ delegatus ſubdelegãdo in totum
nõ facit ſubdelegatũ cenſeri delegatũ principis. aliâs iſte
poſſet ſubdelegare. & ſic habes hîc caſum ꝙ ſurrogatus
in locũ alterius non per oĩa cenſetur iure ſurrogantis. vi
deť (vt vides) ꝙ ſubdelegatus delegati principis nõ habet
priuilegiũ ſubdelegandi, quẽadmodum habet ipſe prin-
cipis delegatús. vt in. c. proxi. in prin. ¶ † Itẽ not. ꝙ dele
gatus principis nõ poteſt ſubdelegare cũ clauſula appel
latiõe remota, licet ipſe fuerit delegatus cum dicta clau-
ſula. videť enim ꝙ illud fuerit priuilegiũ perſonale. prin
ceps enim cõfiſus eſt de perſona ſui delegati ꝙ nõ aliter
iudicaret quã ipſe, ideò fortè appoſuit illam clauſulã ap
pellatione remota. ideò hoc priuilegiũ non eſt tranſmiſ
ſibile in ſubdelegatũ. facit quod habeť in ſimili in. l. vni-
ca. C. de ſen. præfec. præ. ¶ † Vltimò not. & tene menti,
ꝙ compoſitũ ex diuerſis ſpeciebus nõ habẽs per ſe certã
naturã ſeu determinationẽ[a] qñq; recipit naturam vnius
qñq; alterius ex ſpeciebus ex qbus componiť. Nã (vt hîc
vides) in perſonam iſtius collegę concurrunt iuriſdictio
nes diuerſæ ſpeciei. ſ. iuriſdictio delegata & ſubdelegata.
& hoc caſu ꝓpoſito cenſeť qñq; ex toto iuriſdictio ſub
delegata. & quo ad ad actum procedẽdi appellatione re-
mota: & quo ad facultatem ſubdelegandi. quãdoq; cen-
ſetur tota delegata ab ipſo principe, vt reſpectu appella
tionis interponendæ. nam appellatur ab iſto ad princi-
pem omiſſo ſubdelegante, ac ſi tota iuriſdictio eſſet de-
legata ab ipſo principe: non autem poteſt ſubdelega-
re, nec appellatione remota procedere: ac ſi tota iuriſ-
dictio eſſet ſubdelegata. ¶ † Et hoc facit ad multa. &
videtur optimè concordare. c. per hoc. de hæreti. lib. vj.
vbi dicitur ꝙ ſi Epiſcopus iure ordinario procedit cum
inquiſitore hæreticæ prauitatis qui eſt delegatus, debet
in diſcordia eorũ adiri Papa, ac ſi tota iuriſdictio eſſet à
principe delegata: ita ꝙ iuriſdictio partim ordinaria tra
hitur ibi ad naturã delegatæ: quia delegata dignior[b] pro
pter reuerentiã delegantis. Et ex illo tex. & iſto infero ꝙ
ſi contingit appellari ab Epõ & inquiſitore ſimul proce
dentibus, nõ eſt appellandum ad Metropolitanum Epĩ:
ſed potius ad ipſum Papam. Sed quæro cur variať hęc iu
riſdictio in iſto tex. quia (vt dixi) quãdoq; cenſeť tota de
legata, qñq; ſubdelegata. Sol. dicit Hoſt. ꝙ quatenus prę
iudicat honori & iuri ipſius delegati, cenſeť tota ſubde-
legata: quia ex acceptatione collegę inficitur tota iuriſdi
ctio ſua: ſed reſpectu iuris ſuperioris quod verſať in ap-
pellatione interponẽda debet tota cẽſeri delegata, ne ex
facto delegati pręiudicetur iuri ipſius ſuperioris. vel dic
& aliter ꝙ aſſumit hîc totũ compoſitum naturã alterius
ſpeciei ſecundũ quod iuri minus derogatur. nã ſi appel-
laretur ad ſubdelegantẽ reſultaret magna abſurditas, qa
ſubdelegans cognoſceret de facto ſui collegæ: cũ tamen
par in parẽ non habeat imperium: vt in. c. innotuit. s̃. de
elec. & appellatio debet interponi ad maiorẽ, non autẽ
ad parem: vt in. c. ij. de cõſue. lib. vj. ſed ꝙ ad Papã appel-
letur nullũ abſurdũ oritur: reſpectu verò facultatis ſub-
delegandi cenſeť tota ſubdelegata: quia ſi diceremus cõ-
trarium, ſequeretur abſurdũ ꝙ ſubdelegata iuriſdictio
poſſet ſubdelegari. nulla aũt abſurditas ſequitur ſi delega
tus non vtitur ſuo priuilegio in actu ſubdelegãdi. & idẽ
dic reſpectu clauſulæ appellatione remota. In gl. in verſ.
vices ſuas. ibi: *totum commiſiſſe videtur*. Not. bene gl. & idẽ
tenet Inn. & pro hoc facit: quia indefinita æquipollet vni
uerſali: vt in. c. vt circa. de elec. li. vj. & in. l. fi. ff. de vi. tri.
& oleo leg. in. c. quia circa. de priui. ¶ In glo. in verſi. *nec
poteſt*. in fi. dicit Inn. ꝙ hæc gl. eſt cõtra tex. ideò delenda
foret. nam hîc in tex. diciť clauſula iſta perdit virtutem ſi
delegatus ſubdelegat alteri vices ſuas, nec videtur ꝙ etiã
hodie aliquid operetur. & dic ꝙ operatur virtutẽ ſuam
reſpectu cuiuslibet appellationis quæ à iure nõ appro-
batur: vt in. c. paſtoralis. de appel, & dic vt ibi plenè dixi.
¶ In glo. in ver. *nec cauſam*. ibi: *ſed illa non tenet*. dic me-
lius ꝙ ibi delegatus inferioris ſubdelegauit articulũ non
iuriſdictionalẽ quod poteſt: vt dixi. s̃. in prima parte hu
ius. c. ¶ In ea. gloſſ. *c. quod in dubijs*. reſponde ad hoc con
trarium per id quod dixi poſt vltimũ notabile. nam quã
doq; maius dignum trahit ad ſe minus dignum, quando
que econtrà. ſecundum quod minus iuri præiudicatur:
& in hoc tene menti iſtum text. ¶ In eadem gloſſ. ibi: *de
pig. ex literis*. dicit Ioan. Andræ. quòd iſta iura contraria
loquuntur de honore annexo rei: ideò tranſit cum ipſa
re. ſed de honore ſeu priuilegio perſonali, dicendum eſt
vt not. in regula priuilegium. de regulis iuris. libr. vj. Et
ex his verbis ſentit Ioan. Andræ. & bene quòd poteſtas
ſubdelegandi eſt priuilegium perſonale. quod videtur
probari. j. c. proximo. in princi. ¶ † Et facit hoc optimè
ad id quod. s̃. dixi in. §. porrò. vt delegatus principis non
poſsit ſuo ſubdelegato dare poteſtatem ſubdelegandi:[c]
quia priuilegium perſonale extinguitur cum perſona:
& perſonam ſequitur: vt in dicta regula priuilegium. &
ſic non placet contraria opinio, quam ipſe ſentit in. c. is
cui. infrà eodem titulo. libro ſexto. vbi hęc plenè videas.
¶ In gloſſ. in verſicul. *ſi non poſſunt*. ibi: *patet ex iſto. §.* ſed
certè hoc non patet expreſsè: nam hîc non dicitur quòd
iſte qui delegauit fuit impeditꝰ. ſed facit tex. in. c. ij. in eo
quòd ex ſola iuriſdictione à principe ſibi delegata po-
iſte ꝓcedere, quaſi clauſula impedimẽti fuerit purificata,
& ſic intelligẽdo ꝓcediť opinio gl. ¶ In eadẽ glo. ibi: *ſed
quæritur vtrũ delegatus*. hæc ꝑticula vſq; ad verſicul. *ſed
pone*: hodie eſt expedita ꝑ c. quãuis infrà eodẽ libro ſex-
to. vbi approbať opinio huius gl. & dic vt ibi. ¶ In eadẽ
tio ex defectu iurisdictionis: facit qđ in simili dixi in.c. cùm cõtingat.de rescri. ¶ † Secũdò quæro quid si ordinarius nõ curat certificari de mãdato, nũquid possit exequi? Doc. ꝙ sic: ex quo præsumit de mãdato. nã hic tex. nõ dicit ꝙ non põt exequi: sed nõ cogitur: & si pars appellaret ab ordinario nõ teneť admittere appellationẽ: qa cũ ipse sit nudus executor appellatio debet interponi à delegato q iniunxit mandatum: vt no. fuit. s̃. eo.c. super quæstionũ. ¶ Quæro tertiò † quid si ordinarius malitiosè dicat se dubitare de mandato allegando maximè falsitatem rescripti: iuxta id quod habetur in.c. super eo. de cri. fal. Sol. dicit Hos. ꝙ quatuor remedia hoc casu cõpetũt. Primũ, vt delegatus exequatur per se qđ potest: vt in.c. in literis. s̃. eo. secundũ: vt puniat ipsum ordinariũ sit cõstat ꝙ malitiosè opponit. tertiũ, quia punitur quo ad Deũ. quartũ, quia poterit cõdemnari in. xxx. li. auri si malitiosè opponit annullãdo rescriptũ principis. l. ij. in fi. C. de leg. ¶ In gl. in ver. *iniungo*. Not. bene istam gl. quia est multũ no. maximè respectu theoricæ quam tradit in fi. & multũ allegari solet ista gl. in iudicijs. & vide ad materiã qđ no. Inn. j̃. de eo qui fur. ord. rece. in.c. innotuit. & vt habeas conclusiuè istã materiã prosequere per tria mẽbra. primũ est cũ quæritur qualiter verè ꝓbetur mandatũ delegatiõis. secũdũ qualiter præsumitur iurisdictio delegata vel ordinaria. tertiũ qd in legitimitate aliarum personarum in iudicio intercedentiũ. vt ꝓcuratorũ: tutorũ: & simi. ¶ Quo ad primũ dic † ꝙ primò põt probari mandatũ per originale.[a] & hodie clarius j̃. de fid. inst. quasi per totũ. secundũ per exẽplum solenniter sumptũ ex originali. & quæ solẽnitas debet adhiberi. dic vt legitur & no. in.c. penul. & vlt. de fide instr. & in.c. significauit. & c. Albericus. de testi. idem est si partibus consentientibus vel p̃sentibus & nõ cõtradicẽtibus originale fuit exẽplatum in actis:[b] secũdũ Host. hîc. nã in præiudiciũ ipsarũ partiũ acta faciunt fidẽ de tenore originalis: qđ satis placet. arg. bonũ in. l. j. C. de rela. & per istũ tex. dicit ibi Bar. ꝙ si partes in iudicio p̃ntes nõ cõtradicũt his quæ possunt tendere in earũ præiudiciũ, vidẽtur consentire. secus dic vbi solus notarius exẽplauit instrumẽta originalia reducẽdo tenorẽ ad acta. nã vt no. dicit hîc Inn. cũ ꝓducũtur instrumẽta, sola ꝓductio est de actis, & nõ tenor. q.d. si notarius scripsit in actis ꝙ pars ꝓduxit tale instrumẽtũ crediť notario super ꝓductione.[c] vt in.c. quoniã cõtra. de ꝓba. sed nõ creditur super tenore instrumẽtorũ, nisi probetur tenor per originalia vel alijs modis prædictis: nã notarius nõ est rogatus de cõtẽtis in instrumẽtis ꝓductis. & ideò super tenore illorũ non põt facere fidẽ: quinimò non sufficeret iudicis authoritas, nisi p̃s aduersa fuisset citata vel p̃sens: vt p̃dixi. ad hoc qđ no. Inn. in d.c. significauit. & c. Alberic⁹ de test. & ibi dixi plenè. & ꝑ Io. an. in addi. Spe. in ti. de rescri. præsen. §. j. post prin. & hoc no. ¶ † Venio ad secũdũ in quo distinguo post Inn. ꝙ aut s̃nia fuit lata ꝑ delegatũ p̃sentibus partibus & nõ appellãtibus: & p̃sumiť ꝙ iudex habuerit iurisdictionẽ. Idẽ est si pars q̃n cõparuit ante li. cõte. nã post lit. cõte. nõ põt allegare defectũ mãdati. vt in.c. inter mõasteriũ. de re iu. nã p̃sumẽdũ est ꝙ ex quo pars cõparuit & nõ opposuit de defectu iurisdictiõis, ꝙ iudex habuerit iurisditionẽ.[d] si verò s̃nia fuerit lata cõtra absentẽ in casu in quo ferri potuit: & p̃s absens nũquã paruit delegãdo: & tũc semper põt opponere defectũ iurisdictiõis & on⁹ ꝓbãdi cõtrariũ icũbit aduersario: sed in p̃cedẽti mẽbro on⁹ incũbit opponẽti. Quidã tñ tenẽt cõtrariũ, vt refert Inn. sed p̃dicta distinctio est satis æqua, & ad eã reducas dictũ istius gl. Dubiũ remanet qd si p̃s fuit absens cõtumaciter, nũqd si postmodũ opposuit teneať ꝓbare defectũ mãdati: an aũt onus incũbat aduersario. Inn. in d.c. innotuit. sentit ꝙ cõtumax æqpareť p̃senti. aliud sentit hîc: & plus placet ꝙ ex quo fuit semp absens licet cõtumaciter: ꝙ opponendo trãsferat onus ꝓbãdi in aduersariũ. rõ q̃ me mouet est: qa negãdo iurisdictionẽ negat ꝑ cõsequẽs cõtumaciã: qa si nõ erat iudex, nõ tenebať corã eo cõpa rere. facit. l. nõ vr̃ latitare. ff. de iu. Itẽ cessat p̃sumptio iurisdictiõis q̃n pars fuit semp absens: qa factũ nõ p̃sumiť: nec subest tacit⁹ cõsensus[e] ꝑtiũ. hæc ꝓcedũt respectu iurisdictiõis delegatæ: sed respectu ordinariæ dicit gl. ꝙ ꝓ ea p̃sumiť. ¶ † Et ideò dicũt Doc. ꝙ si s̃nia fuit lata à legato: satis est ꝓbare ꝙ ille reputabať legatus: nã legatus Papæ habet ordinariam iurisdictionem. vt in.c. ij. de offi. le. lib. vj. intellige gl. quando probatur quòd persona habebatur pro constituta in tali dignitate. argu. in. l. Barbarius. ff. de offic. præto. & per Inno. in.c. veniens. de ver. sig. lib. vj. Itẽ oportet ꝙ illud super quo fuit sententiatũ spectet ad illam dignitatem de iure cõmuni: aliàs autem si allegaretur cõsuetudo, vel priuilegiũ iurisdictionem tribuens, oportet ꝙ ꝓbareť sicut. s̃. dixi in delegato: quia ista nõ præsumunť vt no. in.c. j. de offi. leg. lib. vj. & ideò si delegatus processit super eo quod sibi nõ cõpetit ex communi stylo delegationis nõ præsumereť iurisdictio: quia in illo non est ordinarius de iure communi. ¶ Venio ad tertiũ & vltimũ † in quo dicit Inno. quòd si negatur quem fuisse procuratorem vel tutorem absentis, quòd tũc non statur sententiæ, nisi pars quæ obtinuerit probet procuratorẽ habuisse mandatũ nisi dñs fuisset præsens q̃n s̃nia fuit lata contra procuratorẽ & nõ cõtradixit. Idẽ si probatur dñm sciuisse illũ se gerere pro ꝓcuratore suo & nõ cõtradixit. Not. hoc dictũ. & idem tenet Inno. in.c. ex parte decani. de rescri. & vide qđ ibi dixi. nec sufficit secundũ eũ ꝙ notarius dicat in instrumẽto s̃niæ ꝙ ille erat procurator: quia nõ crediť notario de his q̃ incidẽter narrat in instrumẽto ex quo nõ fuerat rogat⁹ de ꝓcuratiõe illius. & ideò nõ põt facere fidẽ maximè in p̃iudiciũ tertij[f]. nec obst. l. optimã. C. de cõtrah. & cõ. stip. vbi diciť ꝙ enũtiata ĩ aliquo instrumẽto quæ sunt de substãtia actus q geriť ꝓbanť per ip̃m instrumentũ. vñ si diciť Titius seruus Sempronij fuit stipulatus & c. ꝓbať Titius seruus suus quo ad validitatẽ stipulationis: vt͛ ibi. ꝓcedit enim illa. l. secũdũ Inno. & bene in his, quæ enuntianť in præiudicium partiũ p̃sentiũ: sed respectu absentiũ illa verba nõ faciunt fidẽ: vnde dñs absens põt dicere ꝙ nunquã dedit mandatũ illi procuratori. qđ bene no. Idem sentit Bar. in. l. licet. C. de proc. vbi dicit ꝙ etiam si iudex pronuntiauerit illũ esse procuratorem, non per hoc sentẽtia præiudicat dño absenti: qa res inter alios acta & c. Ad idẽ qđ ipse not. in. l. j. C. eo. & qđ no. in.c. j. de procu. ¶ Et ideò cautũ est † ꝙ cùm dubitatur de mãdato vel de reuocatione mãdati, exigať cautio de ratihabitione ab ipso procuratore: vt not. in. d. l. j. & per hoc remanet expedita tota gl. ¶ † Et no. bene gl. in fi. ꝙ semel excõmunicatus semper præsumiť excõmunicatus, nisi ꝓbeť absolutus. & ideò necessariũ est seruare literas absolutionis.[g] & idẽ not. in.c. proposuit. alle. in gl. & vide ad prædicta text. cum glo. in.c. ex insinuatione. de procu. & dic idem de tutore. & simi. quod dixi in ꝓcuratore. nisi in casu de quo in. l. j. ff. quod cum fal. tuto. scilicet quando iudex approbauit tutorem.

[a] ¶ Originale. Adde Roma. consil. cccxxxvj.

ZACHARIAS.

¶ Adde plenissimè ꝑ Feli. in.c. fi. in prin. j. de fi. instru. & ꝑ Lãfran. de oria. in.c. q̃m cõtra. §. statuim⁹. ver. ĩstrumẽtorũ ꝓductiões. nu. 7. 8. 9. & ibi per discursum an & q̃n requirať originale & quando stetur illius exemplo.

SEB. SAPIA.

[b] ¶ In actis. Vide Rotã in tit. de fi. instru. deci. j. Bal. ĩ. l. nostrã. in. iiij. col. C. de test. Ro. in. l. sciendũ. ff. de ver. ob. Bal. & Ange. in auť. si quis ĩ aliquo. C. de edẽ.

[c] ¶ Super productione. Adde Ancha. consi. xlj.

[d] ¶ Iurisdictionẽ. Adde Ang. cõsil. cclxxxvij. & vide Lap. alle. xliiij.

[e] ¶ Tacitus cõsensus. Adde Roma. consi. xlviij.

[f] ¶ Præiudicium tertij. Adde limitandũ vt per Ancha. cõsil. xl. s̃. alľ.

[g] ¶ Literas absolutionis. Adde vt ꝑ Roma. consi. ccclxxxvij.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio lata post appellationem legitimam est nulla. & nu. 12.*

2 *Sacrilegus etiam qui sit laicus potest conueniri coram ecclesiastico iudice.*

3 *Delegatus non cognoscit vltra comprehensa in rescripto. vide in fine. Intellige vt j. nu. 7. respectu rei conuenti potest, & nu. 11.*

Iurisdictio delegata potest prorogari tacito consensu partium de re ad rem: vel de tempore ad tempus, sed de loco ad locum requiritur expressus consensus. & nu. 9. & 10.

Delegatus ad cognoscendum in vna diœcesi non

potest cognoscere extra illam: nisi ex consensu partium expresso.

Contradictio vel protestatio nullitatis non habet impedire iudicium, nisi sequatur appellatio.

4 *Mandatum procuratoris non extenditur ultra comprehensa in eo.*

Procurator constitutus ad exigendum & ad fidem faciendam de receptis: non censetur constitutus ad confitendum se recepisse: & non præiudicat domino, nisi constet de recepto.

5 *Procurator constitutus ad mutuum recipiendum non censetur constitutus ad confitendum de mutuo recepto: nisi constet ex alio quàm ex cōfessione.*

Procurator ad vendendum an possit transferre dominium habita fide de pretio?

6 *Procurator constitutus ad vendendum an præiudicet domino, si confiteretur se habuisse pretium?*

7 *Rescripta extēduntur ad accessoria illorum quæ exprimuntur in rescripto.*

Rescripta extendūtur ad omnia ad quæ extendi possunt ex lato significatu verborum.

8 *Procurator an possit transgredi fines mandati præsente & non contradicente domino?*

10 *Procurator an possit iurisdictionem prorogare.*

11 *Reconuentio habet locum coram iudice delegato.*

13 *Appellatio ab interlocutoria annullat omnia gesta post eam.*

CAP. XXXIII.

C Vm olim Abbas.

¶ Per procuratorē nō habentem mandatū de re ad rem iurisdictio prorogari non pôt. h.d. quo ad titu. vel sic secū dum literam. 1 † Excommunicatio lata post appellationē legitimam est nulla. Et diuiditur in duas partes principales. Secunda ibi: *quia verò.* & prima potest multipliciter subdiuidi. vt patet in tex. ¶ Casus literalis. Comes Altisiodo. quoddā stagnū: & molēdinū & domū volebat construere in præiudiciū & grauamen monachorū Vergiliacen. monachi causam sup hoc Episcopo & thesaurario Niuernen. obtinuere cōmitti. lit. contest. super petitionibus monachorum receptis vtriusq; partis & testibus publicatis: & cùm super illis fuisset à partibus disputatum. Comes proposuit ꝙ de damnis in nemoribus & rebus alijs datis super qbus testes deposuerāt cognoscere nō debeāt iudices cūde his in rescripto nulla mentio haberetur. iudices interloquuti fuerūt ꝙ super dānis datis à Comitte ad eos iurisdictio pertinebat. quo audito Comes statim ad sedē apostolicā appellauit: sed iudices non obstāte appellatione vocauerūt ipsum: & quia nō venit nec misit excommunicauerūt eundē: & per literas suas negotiū dño Papæ intimauerūt. Super hoc respōdet quibusdā iudicibus dicēs: ꝙ sup dānis datis, ante lit. contesta. cognitio ad dictos iudices non pertinebat: cùm de damnis datis in rescripto nulla mentio haberetur: nec procurator potuit super his ad iudices prorogare iurisdictionem: cùm ad illa solummodo constitutus intelligatur quæ in rescripto continentur: & quàm cito Comes intellexit super damnis fuisse depositū, statim cōtradixit. Vnde Papa pronuntiauit iudices illos perperam processisse, & sæpe dictum Comitē qui propter hoc appellauit, excommunicationis sententia 2 non fuisse ligatum. B. ¶ † Not. j. laicum posse cōueniri coram iudice ecclesiastico si deliquit in bonis ecclesiæ, vel aliter in eis dānum intulit qui strictè potest dici malefactor: a & largo modo sacrilegus.[a] vt i.c. cū sit generale, de fo. cōpe. ¶ No. ij. ꝙ appellans ab interlocutoria iterum citatur si appellatio sua prætenditur minus legitima. hoc tamen non est necessariū: licet ad cautelā fieri possit. de quo dic vt habet in. c. eū qui. de do. & cō 3 tu. li. vj ¶ † No. iij. ꝙ iurisdictio delegata nō extenditur vltra cōprehensa in rescripto. & si iudex ꝓcedit super alijs rebus, cautela est vt contradicat, & appelletur. hoc intellige vt not. fuit in. c. j. s. eo. si aūt nō appellaret, valeret iudicium super alijs rebus inchoatum: vt hîc est tex. satis no. Ex quo infero ad duo dicta multū no. primum ꝙ iurisdictio delegata potest de re ad rē cōsensu partiū prorogari, quemadmodū ꝓrogari potest de tēpore ad tps: vt in c. de causis. s. eo. secus est in prorogatione q̄ fit de persona ad personam. vt patet in. c. P. & G. j. eo. & dic vt ibi plenius de hac materia no. secundū dictum magis not. est ꝙ ad prorogandum iurisdi b ctionem etiam delegati sufficit tacitus cōsensus partium.[b] & hoc iudicio meo melius ꝓbat hæc litera quā quælibet alia. nec ad hoc solet induci, sed ꝑfectò hoc bene ꝓbat: maximè in eo ꝙ pōderat ꝙ iste Comes protinus cōtradixit: quasi secus si tacuisset. & licet aliqui tenuerint alibi consensum expressum requiri: primū tamē verius est. & sentit Inn. hîc clarius. & in. c. ad petitionē. j. de accu. sequitur Bar. in. l. j. in fi. ff. de iudi. & facit. l. j. C. de iur. om. iud. & ꝑ c hoc puto Ang. de peru. non bene dixisse[c] in. l. fi. ff. de iur. om. iud. in eo quod dixit consensum expressum requiri in proroganda iurisdictione delegata. & alle. pro se tex. in. c. statutum. in § in nullo. de rescrip. li. vj. qui videtur bene facere. sed loquitur in prorogatione quæ fit de loco ad locum. dicit enim ꝙ delegatus deputat⁹ in certa diœcesi non potest cognoscere extra illam nisi ad id accedat expressus consensus partium. vnde arguēdo per locū à specia li ille tex. probaret opp. sed fortè ipse voluit inducere tex. à paritate rationis: sed certè non debet induci, cū illud videatur ius no d uū. & regulariter cōsensus exp̄ssus & tacitus æquiparant.[d] vt no. in. c. dilecti. de foro cōpe. facit. c. sit rector. xliiij. di. & hæc bn̄ no. 4 No. vlterius † ꝙ mandatum procuratorium nō extenditur vltra comprehensa in eo: & pondera verbum solummodo: positū in tex. & hanc literam induco ad quæstionem. Quidam constituit procuratorem ad petendum & exigendum quod sibi debetur à quacunq; persona, & ad finem & ad liberationem fiendam de receptis. iste procurator confessus fuit se recepisse ducenta quæ debebantur domino à quodam debitore, & liberauit illum ab obligatione, qua tenebatur domino. Dubitatum fuit in quæstione facti: nunquid ille debitor esset liberatus, & videtur ꝙ non: quia procurator non fuit constitutus ad cōfitendum, nec simpliciter ad liberandum: sed ad finem faciendam de receptis. vnde ex quo non apparet ꝙ receperit, non potuit illum liberare. In contrariū allegabatur. nā confessio probat solutionē. vt in. l. pecuniæ. C. de solu. & in. c. si cautio. de fide instru. cū ibi no. & in. l. cū de indebito. ff. de proba. ergo potest iste debitor se tueri cōtra creditorem ꝓducēdo confessionē ad probationē solutionis. Hāc q̄onem ponit Fed. cōsi. liij. & videt multum dubitare: nec apertè firmat pe e des[e]. Sed ego puto ꝙ ille non sit liberatus. ad qđ optimè facit iste tex. in eo qđ dicit ꝙ procurator intelligit solūmodo ad illa cōstitutus q̄ in cōmissionis literis inueniunt expressa: sed in ꝓcuratorio dicebat vt fidē faceret de receptis. ergo ex quo nō apparet expressè de receptione nō poterit facere fidē: nec confessio probat contra cōminū: quia nō fuit cōstitutus ad cōfitendum. ¶ Et pro hoc adduco qđ no. Bar. in. l. ij. §. in mutui aūt datione. ff. si cer. pet. 5 in fi. vbi no. dicit † ꝙ si cōstituo ꝓcuratorē ad mutuū recipiēdū, nō nocet mihi cōfessio ꝓcuratoris de mutuo recepto: ex quo nō apparet ꝙ pecunia fuit sibi numerata: quia ꝓcurator fuit cōstitutus ad recipiendū mutuū naturale. qđ cōtrahit vera interuētio f ne rei: sed cōfessio ꝓbat solūmodo mutuū ciuile. qđ est bn̄ no.[f] & ꝓ hoc facit illa litera inducēdo modo p̄dicto. vide qđ etiā in fi. not. Bar. in. l. à diuo pio. §. sed si emptor. ff. de re iudi. vbi ponit quæstionē notabilē: quā originaliter posuit Cy. in. l. in ciuile. C. de rei vē. nūquid ꝓcurator cōstitutus ad vēdēdū possit trāsferre dñium habita fide de pretio. Et cōclusio est ꝙ si est ꝓcurator ecg clesiæ vel minoris, vel fisci, nō pôt trāsferre dñiū[g] p. l. si ꝓcurator iūcta gl.

a ¶ Sacrilegus. Adde Petr. de ancha. consi. xiiij.

b ¶ Consensus partium. In cōtrariū tamē facit text. in l. j. ff. de iud. cū ibi no. & qđ no. Cardi. in consi. lxxiij. Ange. in. l. quæro ff. de sol. sed opi. Abb. hîc pôt saluari in prorogatiōe de re ad rē: in qua sufficit tacitus cōsensus: vt hîc dixi latè in. d. l. j. ff. de iudic.

c ¶ Non bn̄ dixisse No. & male intellexit Ang. ideò vide ibi omnino. Andr. Barba.

d ¶ Aequiparantur. Adde de hoc vidēdum Cardi. consi. lxxj. inci. Omnis à me charitatis.

e ¶ Firmat pedes. Vide do. Anto. de but. idē tenentem in. c. si cautio. de fi. inst. Ang. in. l. nō abstulit. C. de noua. Imo. in. l. si debitorē. ff. de noua. in. l. à diuo pio. §. sed si emptor. ff. de re iud. Rom. in l. prædia. ff. de acq. pos. & in cōsi. ccl. ij. inci. quærit nunquid dñi auinionē ses. in. ij. dubio. & Imo. & Fel. in. d. c. si cautio. Paul. de cast. in consil. vlti. secundū antiqnā impresionem.

f ¶ Quod est bene no. adde latè Pau. de cast. cōsi. vlt. in primò impressis.

g ¶ Transferre dominiū. Adde Alc. consi. lxxxj. iij. li.

a ¶ Confitetur. Adde Pet. de anch. consi. xviij.

ZACHARIAS. ¶ Quòd non sufficit. Tu adde ꝙ opi. Bar. tex. fin. se cūdū Gul. de cu. in. l. j. §. igit̃ ꝑposita cto. ver. beli. si ad locandum. ff. de exer. quē singularizat in. l. quicunq;. §. non tñ. & ibi diffusè de hoc in add. Celsi ad ipsum. ff. de instit. act. vbi dicit ꝙ cōstitut⁹ ad vēdendū, nō pōt recipere preciū. quē refert & sequtur Ro. fin. xxiiij. inci. ꝙ hñs mādatū ad vēdendū &c. Sed tu vide eūdē Ro. q ita indistinctè nō loqt̃ fin. dcxxv. inci. cō stituo ꝓcuratorē meū. vbi videtur idē sentire cū isto in fi. huius nu. Anto. Francis.

b ¶ De hoc an habens mādatum ad vēdēdum censeat̃ habere mādatum ad recipiēdū preciū vltra alleg. hîc ꝑ istum. Dicas ꝙ ꝓ hoc facit, qa ex quo habet mandatū simplr̃ ad vendēdum, debet formaliter mādatum seruare, & nō vltrà facere, quā sibi sit mandatū. c. cū dilecta. de rescrip. l. diligēter. ff. mād. & ideò dicimus ꝙ mandatarius ad emendū rē aliquā certo precio si pl⁹ expēdit, non repetit à mādāte. l. qui aliena. §. libertos. & ibi gl. ff. de ne. gest. & vide pulchrum consi. do. Pau. ad ꝓpositū. nu. 155. imò si plus expendit quā habeat in mandatis, non potest agere nec conueniri: vt per gl. in. l. præterea. in. §. fi. & l. se. quē. ff. mā. Dicas tamē ꝙ ille qui habet mandatum ad emēdū emens simpliciter videt̃ emere pro mādate, & cogitur ad tradendū rē emptā ipsi mādāti. l. q in aliena. §. si is q. & ibi ꝑ Bar. Ang. & Doc. ff. de acqui. hære.

c ¶ Extēdūtur. Adde Ro. qui est sibi contrarius consil. cccxxx. qui tenet ꝙ rescripta delegatoria sunt strictissimi iuris. in cō sil. cccxliij. dicit ꝙ latè sunt interpretanda. Anto. Francis.

d ¶ Circa hoc de interptatiōe rescriptorum, dicas, ꝙ rescripta sunt latissimè interpretāda cōtra principē cōcedentē. ita Bart. in l. bñficiū. in. j. col. ff. de cōst. prin. & tenet Bald. in. l. iiij. C. de emā. li. vt Innoc. in. c. cūm quæ. circa prin. de rescri. & ita pōt intelligi qđ dixit Ro. in loco hîc alle. qñ dixit est latissimè interpretandū. al's aūt rescriptū debet interpretari secundū ius cōe, vt in. l. ex facto. in princ. vbi ꝑ Io. de imo. & do. Alexā. in. iiij. co. de vul. & pup. & vide Io. and. in c. cū olim. de ver. sig. & ĩ. c. cū dilecta. de rescri. imò ĩ dubio nunq; intelligit̃ cōcessum cū p̃iudicio iuris tertij. l. ij. §. si quis à principe. & ĩ. §. meritò. ff. ne qd ĩ loco pu. imò sem per subintelligit̃ ĩ eo clausula illa saluo iure tertij & salua iustitia. ita Bal. in. l. j. C. de cō sti. prin. & ĩ. l. mo numēta. C. de le. & no. Bart. ĩ. l. do. talē. ff. de test. mi. & ideo dicim⁹ ꝙ nunq; est interꝑtandū vt extēdat̃ vltra ꝑsonas ĩ eo descriptas ita bar. ĩ. l. j. ĩ. §. fi. j. q. ff. à q. appel. nō licet. imò nec extēdit̃ ad hæredes eius, cōtra quē fuit impetratum: vt not. d. Ant. in. c. quia. v. de iudi. & not. doc. ĩ. c. j. de rescr. & tene mēti ꝙ rescriptū nō pōt interptari sine par tis citatione. vt ꝑ Spe. ĩ ti. de rescr. ꝑsen. in. §. ix. ver. Item ꝙ ad rescriptū. & vide Pau. de ca. ĩ cōsi. lv. ici. qa exceptiones. & hoc secūdo modo potest ĩtelligi qđ voluit Ro. ēt in loco hîc alle. dū dixit ꝙ rescripta sunt strictè interpretenda.

SEB. SAPIA.

d ¶ Lato significato. Quā interpretationē recipiat rescriptū vide. d. Ias. in. l. bñficiū. ff. de cōsti. prin. Fel. in rub. s̃. de rescri.

e ¶ Procuratorē generalē. Adde qđ Ro. cōsi. all. xlvij. tenet ꝙ regritur ſpāle mandatum.

cta gl. ff. de iure fis. ad idem ibi Bar. Si verò est procurator alterius, aut est generalis & pōt. l. quicunq;. §. si ei. ff. de inst. act. aut est ꝓcurator specialis: & tūc aut fuit cōstitutus vt venderet ꝓ certo precio: & tunc non pōt habere fidē de precio: quia excederet formā mādati. aut fuit cōstitutus simpliciter & aut ob certā cām: quę non fuit sequuta: & nō pōt habere fidē de precio. vt puta cōstitui ꝓcuratorē ad vēdēdā certā rem vt satisfaceret creditoribus. si verò nō fuit expressa certa cā, tunc pōt habere fidē de precio.

6 ¶ † Sed dubiū est quid si ꝓcurator cō stitutus ad vendēdū cōfitetur[a] se habuisse preciū. Bar. ibi videtur sentire ꝙ nō sufficit[b]: quia aliud est recipere preciū, & aliud confiteri. sed cōtrariū sentit in. d. l. si ꝓcurator. & videt̃ tex. no. in. l. ij. §. fi. C. de quadri. præscri. vbi dicitur quòd si procurator fisci cōfitetur se recepisse preciū ex re vēdita, cōfessio probat solutionē etiā cōtra fiscum. & eodem modo videtur dicendū in ꝓcuratore ecclesiæ. Sed cōcordando posset dici ꝙ si fuit cōstitutus vt vēderet pro certo precio, vel ob certā cām, & tunc ꝓcedat primū dictum: aut fuit cōstitutus simpliciter, & procedit secūdū.

7 ¶ † Sed quæro quid dicendū est in rescripto delegationis, nunquid indistinctè iurisdictio restringat̃ ad expressa in rescripto. Sol. conclude post Inn. ꝙ qñq; aliqua specificè exprimunt̃ in rescripto, & ad illa pro culdubio extendit̃ iurisdictio. Itē & accessoria expressis. vñ si quis dixerit in rescripto se esse spoliatum, poterit agere possessorio, & petere estimationem damnorum quæ sustinuit in ista spoliatione: quia ista sunt accessoria ad interdictum. l. j. §. si quis de naui vi deiectus. ff. de vi & vi ar. & arg. in. c. grauis. de rest. spo. Itē si fecit mentionem de contractu, potest petere interesse. l. ij. & iiij. C. de actio. emp. Item si dixit damnum sibi fuisse illatum in rebus, poterit agere ad estimationem damni. Idē de possessione & proprietate. & idem dicendum vbi verba sunt generalia vt extendatur ad ea quæ possunt sub illis verbis comprehendi. Et ideò dicit Inno. & bene, quòd si quis dixit in rescripto quòd Titius iniuriatur sibi super tali fundo: poterit iste impetrator agere de fundo rei vendicatiōne. Item possessorio. Item poterit petere fructus perceptos ante li. contest. agendo cōdictiōne sine causa: quia omnia ista possunt comprehēdi sub illis verbis generalibus: pro hoc adducit Inn. l. solemus. & l. si quis intentione ambigua. ff. de iud. & c. cùm ecclesia sutrina. de cau. poss. & proprie. Et aduerte diligenter: quia illa iura loquutur in iudicijs. & Inno. videtur extendere ad rescripta quæ impetrātur ad iudicia. Ex quo infertur ꝙ rescripta extenduntur[c] ad omnia ad quæ extēdi possunt ex lato significato[d] verborum. ad qđ vide qđ no. Inn. in. c. episcopi. de re. eccle. non alie. vbi dixi. & no. prædicta. qa cōiter hodie à curia roma. literę de iustitia emanāt sub p̃dicta forma qa narrat̃ ꝙ talis iniuriatur sibi sup tali re, vel sub certa quātitate pecunię. habes eñ per p̃dicta qd cōprehendat̃ sub illis verbis generalib⁹

8 ¶ † In gl. in ver. *protinus contradixit*. ibi: *nisi statim contradicat*. No. singulariter istā glo. ꝙ dñs sciens procuratorem excedere fines mādati & nō cōtradicēs, videt̃ cōsentire. Host. tenet contrariū quo ad casum huius. c. dicēs ꝙ iudiciū erat nullū: ideò taciturnitas dñi non habet nocere. alle. l. licet. ff. de iudi. quæ iudicio meo nō multū facit. quia nō loquit̃ qñ dñs sciebat. Io. an. approbat dictū Hos. qñ totaliter deficit iurisdictio, secus si nō deficiebat in totū vt deficiebat hîc circa res nō expssas in rescripto. sed si procurator excedit fines mandati corā delegato vel ordinario, q aliàs est iudex in illa causa, tunc ꝓcedat glo. secundum eum, vt dominus sciens & non cōtradicens sibi præiudicet. & no. bene hoc vltimum. Sed idem puto circa primum si iurisdictio est prorogabilis per dominum. nam tacendo videtur prorogare iurisdictionem, & consentire vt procurator agat. de quo iudicio meo videtur text. hîc non cauillando literam, aliàs frustra hîc Papa ponderasset ꝙ iste Comes statim cū sciuit cōtradixit. & pro hoc facit qđ not. Inno. hîc. & in. c. ex parte decani. s̃. de rescri. vbi dixit ꝙ si scio aliquem se gerere pro procuratore meo, & non contradico, videor cōsentire. & facit tex. institu. per quas perso. age. pos. post princ. & vide qđ plenius dixi in. d. c. ex parte decani. & hæc glo. potest optimè adduci ad concordiā illius dicti Inn. nam ea ratio quæ est in toto quo ad totum, debet esse in parte quo ad partem. l. q̃ de tota. ff. de rei ven. & c. pastoralis §. Item cū totum. s̃. eo. vnde sicut dominus videtur consentire quando procurator excedit fines mandati: ita & quando ex toto non habebat mandatum, & econtrà. & hoc teneo. licet do. Ant. videatur hîc velle contra glo. allegando dicta Barto. in. l. quo enim. ff. rem ra. hab. sed melius posset allegari qđ no. idē Bar. ĩ. l. sæpe. ff. de re iu. Sed vide qđ dixit in. d. c. ex parte.

9 ¶ † In ea. gl. ibi: *eis præiudicat*. No. glo. ꝙ à forma rescripti potest recedi etiam per tacitum cōsensum partium: quod intelligitur si forma concernebat fauorem partium. vt no. Inno. in. c. prudētiam. s̃. eo. facit. c. si. j. eo. secus dic si concernebat fauorem publicum. sic intellige. c. cùm dilecta. s̃. de rescript. & c. venerabili. j. eo.

10 ¶ † In ea. gl. ibi: *de tempore ad tempus*. Not. glo. in eo ꝙ tenet procuratorem generalem[e] posse prorogare iurisdictionē de tempore ad tps: quia potest prorogare mandatum ad ea, quæ sunt vicina mandato. Et no. etiam hoc vltimum. qđ intellige vt no. in. c. in causis. s̃. de elec. & hanc glo. quo ad principale dictū tenēt Philip. Vin. & Pet. sed Goffre. contrà: nisi procurator habeat generale mandatum cū libera: qđ vr̃ placere Inno. s̃. eo. c. de causis. & satis mihi placet ar. huius tex. dixit tñ Hosti. ꝙ si dominus scit, & non contradicit, sibi præiudicat. Et no. hoc quia facit ꝓ his quæ dixi. j. in prin. gl.

11 ¶ † Et ĩ fi. gl. rationē diuersitatis inter impetratorē & reum gl. nō ponit, sed ratio potest esse quia in potestate impetratoris fuit exprimere plures res in rescripto: ideò sibi imputādum si nō ex

SEB. SAPIA. ¶ Delegantis. Vide quæ latè ad hoc ꝓpoſitū cōgerit d. Decius in.c.ſanè.ſ.hoc ti.& tāgit Fel.hîc:aliâs latè dixi in ru.ff.de off.ei⁹ cui mād.eſt iuriſ.& vide tex.in.l.oſſa.§.fi.ff.de religi.& ſump.fune. ꝑ quē dixit Bal.j.c.j.ſ.de off.dele. quòd ille qui occidit ambaſiatorē principis incidit in crimen læſæ maieſtatis ac ſi principem occidiſſet.per illū tex.dixit idē Bal.in.c.ex literis.ſ.eo. ꝙ q impedit literas iudicis ne deferantur, dicitur inferre iniuriam iudici.

b ¶ Literas alterius. Adde Rom.cōſil. cccxvl.

ZACHARIAS. ¶ Adde Bar. in.l. q teſtm̄. ff. de fal. cū concor. ibi per Ale. qđ limito, ſi nihil erat in illis ſcriptū.vt no. Bal. in.l. ſi binæ. ff.de iniu.teſt.& eundē hîc. Ex quo infero literas non dici aptas ſi ſint deſigillatæ:niſi fuerint ēt lectæ.vt not.Bar. in.l. ſi quis in grani.§.ſi qs tabulas. & per illū text.ff. ad ſille. quòd tu dicas nihilominus talem latorem incurrere pœnā falſi ſi lr̄as aduerſario ſcribētis oſtēderit legēdas. vt voluit reſtringere Bar.in alleg.l.q teſtm̄.& pôt à cō.cccxxij. in.ij. dubio ſed tā illū qui alij dedit lr̄as quā cui miſſę erāt:licet nō ſit aduerſarius. ita not. Bal.hîc.& Ale.de imo.poſt gloſ. & Barto.in.l.titio.in pri. ff.ad munici. Anto.Franciſ. ¶ Circa hoc de aperiente lr̄as alienas priuatas, vel q lacerat, vel cōburit, dicas ꝙ teneť quaſi falſari⁹ pœna extraordinaria vt hîc per.d.Abb. quod etiā voluit Bal.in.c. olim. de reſcri.& eodē mō q literas mihi ſcriptas nō dedit, ſed alteri eas dedit, vel manifeſtauit. qđ voluit Bal.in rub. C.de fi.īſtr.& Bar. in.l.qui teſtm̄. ff. de fal. ꝙ intellige verū qn̄ in literis erat aliquid ſcriptū:ſec⁹ ſi nil erat ſcriptū:vt ēt voluit Bal.in.l.ſi binæ.ff.de in iu.teſt.& vide Bar.in.l.Paulus ff.de falſis.vbi ponit an ille q ſigillū vel bullā amouit de lr̄is alienis, teneať pœna fal.& vide eūdē Bar.in.l.iij.ī.§.ſi qs tabulas.ff.ad ſill. hîc alle.vbi dicit ꝙ nō diciť apuiſſe lr̄as q illas nō legit.nō em̄ dicunť aptæ lr̄æ ſi ſola ligatura ſit diſſoluta.vt ibi plenè p eū.Et adde ꝙ lr̄is ꝑuatæ pſonæ non crediť in facto alieno, licet in facto ꝓprio bñ credať.vt in.l.rōnes.& in.l.inſtr̄a domeſtica.C.de ꝓba.& per Spe.in ti.de inſtr.edi.in.§.iij.in ver. Itē non ſunt.

preſsit:ſed reo nō eſt quid imputeť, cū ipſe nō impetrauit reſcriptum: ideò pôt reconuenire actorē ſup rebus nō expreſsis: quia durū eſſet ꝙ poſſet moleſtari, & cōtra moleſtatorē non poſſet inſurgere. [12] ¶ † In gl.fi.ibi: *quia non habebant iuriſdictionem ſuper damnis*. No.gl.in eo qđ ſentit ꝙ excōicatio lata à delegato occaſiōe rei nō cōprehenſæ in reſcripto nō tenet.de quo tamen dic vt plenius no.in.c.fi.de præbē.nā hoc dictū nō ꝓbatur.vt dicit Inn.& bene:qa appellatio fuit facta cā nullitatis iſtius ſentētiæ. ſed fortè gl. voluit ponere cauſam mediatā & nō immediatam nullitatis. [13] ¶ † Et no.ex hoc & ex tex.ꝙ geſta poſt appellationē ab interlocutoria ſunt ipſo iure nulla.qa ſi appellatio fuit legitima ſuſpendit iuriſdictionem iudicis. vt in c.ſi à iudice.de appel.li.vj.& vide bo.tex. huic concordem in.c.ſuper queſtionum.ſ.eo.in fi.

SVMMARIVM.

1. *Vicerector ſi fuerit iniuriatus, cenſetur iniuriatus ille cuius vices ſuſtinet.quod intelligo ſi fuerit iniuriatus reſpectu officij.*
2. *Aperiens literas alijs deſtinatas, quomodo punitur?*
3. *Publicatas atteſtationes non poteſt pars aduerſa infringere, ſi ante publicatiōem inſcio iudice ipſas perlegit.*
4. *Librum rationum ſi aliquis niſus eſt vitiare:non poteſt poſteà ipſum reprobare.*
5. *Procurator vel aduocatus oſtendens aduerſario iura partis, punitur vt falſarius.*
6. *Delegatus principis etiam proprio motu datus poteſt ex iuſta cauſa recuſari.*

CAP. XXXIII.

CVm olim. Qui acta cauſæ relatiōis iudicū delegatorū ſigilla violādo ape.ruit nō auditur poſtmodū contra illa. Prima pars deciſè ponit factū principale. Secūda ibi: *verum.* narrat culpam iſtius.b. Tertia ibi: *qui poſtmodum.* ponit ipſius cōfeſsionē & excuſationē. Quarta ibi: *ſanè.* excuſatiōis reprobationē. Quinta ibi: *ſed vt.* culpæ punitionem. ¶ Caſus literalis. Magiſter.S. Archidi. & B. præpoſitus adinuicem permutauerūt dignitates ſuas:occaſione huius permutatiōis orta fuit qō inter ipſos, cā ſuper hoc fuit cōmiſſa qbuſdā iudicibus:tandem cùm proceſsiſſent in cauſa ad ſedē apo.tranſmiſerūt acta ipſius cauſæ ꝑ dictū.B.qui nō erubuit aperire literas iudicū, quas dño Papæ debuit fideliter p̄ntare. ipſe verò in p̄ntia Papæ ſe excuſabat, dicens ꝙ iudices ꝑperā ꝓceſſerant cōtra ipſum, vnde timēs ne lr̄as portaret Vriæ, ſcripta illorū apuit & qđ ſuſpicatus fuerat, adinuenit. Super hoc dicit Papa ſi iſte.B.conſideraſſet qd ſibi meli⁹ expediret, vel non recepiſſet ſcripta ſuſpecta, vel ea recepta ſibi fideliter p̄ſentaſſet, & oſtendiſſet coram ipſo cām ſuſpicionis. Præterea, non conquerebatur de iudice quē Papa ei cōceſsit:ſed de illo quē ipſe duxerat eligendum, & iudex cōquerebatur de ipſo. Vnde Pa.verbis illius noluit fidē adhibere, ſed vt puniatur in quo peccauerat. Papa cōtra acta iudicis quæ violauerat ipſum noluit exaudire, ne de dolo ſuo cōmodū reportaret. Ber. [1] ¶ † No.j.ibi: *imò verius delegāti.* ꝙ inferēs iniuriā delegato, vr̄ inferre delegāti cuius vices gerit.debet enim delegatus honorari ob reuerētiā delegātis.[a] & facit iſte tex.ꝙ nō exhibēs reuerētia vicerectori vr̄ iniuriā impendere rectori cui⁹ vices gerit.& no.hāc literā ꝓ ſtylo hodierno quo cōiter vtūtur delegati in eorū mādatis. ¶ Secūdò no.ꝙ iudices delegati referētes ꝓceſſum ad ſuperiorē poſſunt referre ſub ſingulis eorū, vt ſic euiteť ſuſpicio falſitatis. [2] ¶ † Not.iij.cōtra aperientes literas alijs deſtinatas: peccāt etiā, & poſſent puniri ꝑ ſupiorē, ſed nō ſunt ꝑ hoc excōicati, vt qdā vulgares falsè opinanť.nā hîc (vt vides) iſte q violauit literas iudicis nō incidit in excōicationē, ſed aliter fuit punit⁹. Et no.ꝙ etiā ſi quis p̄ſumat aliqd in literis cōtineri cōtra ſe, nō per hoc debet illas literas aperire, ſed aut nō recipere, aut receptas fideliter p̄ntare. An aūt aperiēs temerè poſsit puniri pœna falſi dicā.j.ſup gl. ¶ No.ibi: *melius notauiſset &c.* ꝙ quis debet diligēter notare ea quæ expediūt:& ſumiť hoc verbū notare: ꝓ notabili quo quotidie vtimur.& notare, eſt diligenter conſiderare.ad hoc.ij.q.iij.c.ſi quē §.notādū. ¶ Itē not.ꝙ nō de facili crediť illi q deprehēdiť in aliquo culpabilis.nā præſumptio bonitatis quę inhęret à natura tolliť & obfuſcať ꝓpter accidēs naturæ cōtrariō. ad hoc regula ſemel malus.& qđ ibi no.de re.iu.li.vj. [3] ¶ † No.ibi: *in quo peccauerit:* ꝙ iudex inquātum pôt debet delinquentē punire in eo in quo deliquit.& facit hæc litera ꝙ ſi pars perlegit clam atteſtationes inſcio iudice, nō debeat amplius andiri contra illas. Idē ſi aliquod inſtrumētū vel librū rationū niſus eſt vitiare:vnde nō debet recipi ꝓbatio ſi vult poſtmodū illā ſcripturā reprobare vt ſic puniať in eo in quo deliquit. qđ tene mēti.& facit.c.cōſtitutus.j.de teſti. [4] ¶ In gl.in ver. *ſigilla.* ibi: *tanquā falſarius.* ¶ † No.gl.in eo ꝙ ſentit ꝙ aperiēs literas alterius[b] pôt puniri tanquā falſarius. ſed Inno.vr̄ aliter ſentire.dicit enim Inn.ꝙ iſte minus peccauerit ꝙ ſi falſaſſet ſigillū, vel ſi raſurā aliquā feciſſet ī inſtrumēto:& ſic loquiť.c.olim.alleg.in gl.quaſi ſentiat ꝙ ille qui violat ſeu corrūpit ſigillū vt legat literas nō tantū peccat ſicut ille q falſat ſigillū i.apponit ſigillū adulterinū.& ob hoc notāter dixit hîc Pe.ꝙ iſte nō debet puniri pœna falſi, ſed arbitraria.ar.c.de cauſis.ſ.eo. Tene menti hoc dictū.& cū eo trāſeūt cōiter Doc.ſed reperio Bar. ſpecificè attigiſſe de eo qui aperuit literas priuatas alterius nūqd incidit in pœnā falſi:& diſtinguit ꝙ aut aperuit literas oſtendendo eas aduerſario mittentis:& pôt puniri vt falſarius.ar.bo.in.l.j.§.is qui depoſita.ff.de fal.vbi dicitur ꝙ is qui depoſita inſtrumēta oſtēdit aduerſario, incidit in crimē falſi. [5] ¶ † Et no.hoc cōtra ꝓcuratores & aduocatos, qui plerunq; iura partis oſtendūt aduerſario.nā p̄nt puniri pœna falſi vt ibi no. Aut aperit qs literas non tn̄ oſtēdit aduerſario, & tūc nō puniť pœna falſi.de quo videtur tex.hîc.nā Papa dixit ꝙ voluit ipſum punire in eo in quo deliqt, nec puniuit eū pœna falſi.ergo nō incidit in crimen falſi.& tene mēti ad hoc iſtū tex.ſic ītellectū.ad idē.l.q teſtm̄.ff.de fal.nā ſpāle eſt ī eo qui aperuit teſtm̄ clauſum vt puniať pœna fal.vt ibi, ergo aliud dicēdū in eo q aperuit alias lr̄as maximè priuatas: vñ debet iſte puniri pœna extraordinaria.vt hîc &.ff.de cri.ſtel.per totū. [6] ¶ † In gl.in ver. *proprio motu.* in fi. Cōclude ꝙ delegatus principis quantuncunq; ꝓprio motu datus, pôt ex legitima cā recuſari, qa princeps in dubio nō vr̄ velle cām cōmittere ſuſpecto, vt in.c.cū inter.j.de exce.& ꝓ hoc.c.poſtremò.j.de app.&.l.aptiſsimi.C.de iudi.nō ob.c.nouit.de appel.qa loqť in nudo executore:& dic vt ibi.nec ob.l.alle.in gl.quia loquiť in p̄fecto prætorio, à cuius ſnīa nō appellať ex priuilegio ſibi cōceſſo ꝑ Imperatorē:tn̄ pôt ſupplicari.vt in aut.quæ ſupplicatio.C.de preci.Impe.offe.&c.

SVMMARIVM.

1. *Delegatus non tenetur admittere collegam ſubdelegati, ſi in reſcripto eſt clauſula, quòd ſi ambo. &c.3.*

   Delegatus non tenetur admittere ſibi collegam impetratum per literas ſubreptitias.
2. *Procurator de cuius mādato dubitatur, debet cauere de rato, & auditur.*

vide

vide infrà nu.7.9. etiam sufsit procurator in spiritualibus.12.

4 *Clausula si ambo non poteritis.&c. intelligitur de impedimento personali. Impotentia non includit voluntatem.*

5 *Procurator ad agendum an admittatur sine mandato cum cautione rati? intellige vt infrà nu.7.*

Coniuncta persona tam coniunctione naturali quàm speciali an admittatur ad agendum sine mandato?

6 *Amicus an admittatur ad agendum pro amico sine mandato præstita cautione rati?*

Clericus an agat pro ecclesia sine mandato?

8 *Solutio non potest fieri coniunctæ personæ.*

9 *Mandatum an & quando quis præsumatur habere, ad hoc vt admittatur cum cautione de rato?*

Dubia dicitur res per negationem partis.

10 *Literæ credentiæ non probant aliquem esse assumptum ad aliquod officiũ.*

11 *Mandatum factum in longinquis partibus in quo dicitur, quòd Aemilius facit Aeneam procuratorem, si negetur istum esse illum Aeneam facit præsumere pro eo.*

13 *Supplicatio in qua petitur reuocatio primi iudicis, vel petitur coniunctus ad ipsum, debet facere mentiõem de processu inchoato coram ipso, aliàs saperet subreptionem.*

14 *Delegatus an & quando poßit subdelegare: siue sit vnus aut plures: siue dati simul, siue diuisim. vide plenè.*

CAP. XXXIIII.

1 Coram. ¶ † Habet duos intellectus principales. secundũ primũ hoc intendit. Delegatus subdelegatũ collegæ impediti nõ tenetur admittere si in rescripto est clausula, ꝙ si ambo &c. vel aliter secũdum aliũ intellectũ. Delegatus non tenetur admittere collegã sibi adiunctũ per literas subreptitias nec ipsius subdelegatum. Et sunt quinqꝫ partes. In prima petitio & allegatio appellati. In secũda ibi: *nũtius*. petitio & responsio appellantis. In tertia ibi: *sed econtrà*. replicatio appellati. In quarta ibi: *Idem igitur*. pronuntiatio auditoris. In quinta ibi: *nos ergo*. pronũtiationis cõfirmatio. ¶ Casus literalis. Archipresbyter de pastino cœpit ędificare ĩ parochia sanctę Mariæ de porta rauẽnate ecclesiã ad honorẽ sanctæ Agathæ post ap. à rectore sanctæ Mariæ interpositã, sed ipse nihilominus ecclesiam cõstruxit. vñ rector sanctæ Mariæ impetrauit super hoc cãm committi Abbati sancti Stephani & priori sancti Ioãnis in mõte: vel sancti Victoris. qui postmodũ tulerũt sententiam pro ecclesia sanctæ Mariæ: sed capellanus sanctæ Agathæ sentẽtiã illam noluit obseruare. vnde super eadem confirmatione sententiæ literæ impetratæ fuerunt ad Episcopũ Ferrarieñ. ad petitionem ecclesiæ sanctæ Mariæ: cumqꝫ super cã ista li. conte. & testibus receptis per annũ & amplius disceptatum fuisset: pars ecclesiæ sanctæ Agathæ de his omnibus mentione nõ habita fecit adiungi Episcopo Ferrarieñ. magistrũ. L. bonoñ. Epm sub hac forma, ꝙ si ambo interesse nõ possent: tu frater Episcope in cã ꝓcedas. magister. L. commisit alij vices suas, sed Episcopus ipsum admittere noluit, sed solus in causa ꝓcedẽs sentẽtiã à primis iudicibus latam cõfirmauit: & cũ dictus capellanus sentẽtiã contẽneret obseruare, partes ad se. ap. habuere recursum. Sed quia nuncius sanctæ Agathæ nõ habebat literas de rato cauit per fideiussores ꝙ dominus ratũ haberet. nũcius verò sanctæ Mariæ corã auditore vtriqꝫ parti cõcesso oĩa prædicta ꝓposuit: sentẽtiã Ferrarieñ. Episcopi petẽs cõfirmari. pars sanctæ Agathæ proposuit ex aduerso ꝙ cũ dictus magister vices suas alij cõmisisset Episcopus eius subdelegatum admittere noluit: sed post appellationẽ solus in cã processit. vñ petebat sentẽtiã Epi infirmari: respõsum fuit ecõtrà: qa solus Eps ꝓcedere potuit. qa in literis secũdis cõtinebat ꝙ si ambo interesse nõ possent: Eps solus ꝓcederet. q̃ clausula vt allegabat locũ nõ habet vbi p se vel p aliũ interesse nõ posset. qa id rarò cõtingeret: sed si nõ põt psonaliter interesse his & alijs intellectis Cardinalis sentẽtiã Ferrarieñ. Epi confirmauit, parti alteri ꝑpetuũ silentiũ imponẽs. &. d. Papa sententiã authoritate apostolica cõfirmauit. Ber. ¶

2 † No. j. ꝙ clericus cõparens nomine alterius si non probat plenè de mandato tenetur cauere de rato cum fideiussoribus. secus est cùm clericus comparet nomine suo: nam tunc est priuilegiatus. & sufficit præstare cautionem sub obligatione bonorum suorum: vt in auf. de sanct. Episco. §. si quis aũt ꝓ pecuniaria: & in auf. generaliter. C. de epi. & cle. ista tñ cautio nõ est de ratihabitione sed de ꝓsequendo negotiũ vsqꝫ ad finẽ: prout habeẽ in. d. auf. generaliter. ¶ Secũdò no. ꝙ literæ procuratoriæ quãdoqꝫ appellantur literæ de ratihabitione. & hoc quia in eis solet apponi clausula ꝙ dominus promittit habere ratum &c. de quo vide gl. in. c. contingit de transac. ¶ Tertiò not. ꝙ capella non debet ædificari intra parochiã alterius ecclesiæ. & si de facto ædificatur, debet demoliri. de quo dic vt in. c. j. de no. ope. nun. & vide qd dixi in. c. ad audiẽtiã. de eccl. ædi.[a] ¶

3 † No. iiij. ꝙ cã delegaẽ qñqꝫ duobus cũ clausula præelectiua: vt puta si ambo non poteritis interesse, tu frater Episcope procedas. Vnde Eps in hoc est præelectus: quia dato impedimẽto põt ꝓcedere sine alio, sed non sic ecõtrà. & solet apponi hæc clausula quãdo alter ex delegatis est Eps. quãdoqꝫ tamẽ hoc fallit vt in. c. cũ super. §. eo. ¶

4 † Itẽ not. & tene mẽti ꝙ clausula si ambo nõ poteritis &c. debet intelligi de impotẽtia personali[b]. vnde purificatur clausula si impeditus est delegatus per se, licet non sit impeditus per aliũ potest ergo hoc casu facere quis per se, quod non potest facere per aliũ. ¶ No. ibi: *raro vel nunquàm*: ꝙ dispositio debet intelligi vt de facili possit contingere: nõ autẽ vt rarò vel nunquã. & hoc facit ad multa: vt sic in dubio verba intelligantur in casu contingibili. nam leges debẽt adaptari ad ea, quę sæpe accidũt. l. nã ad ea. ff. de legi. ¶ Vltimò no. ꝙ sententia appellationis simpliciter confirmatur. & sic habes practicam pronũciandi, quãdo nihil actum est de nouo, & sententia reperitur legitimè lata pro hoc. ij. q. vj. in fi. & l. eos. C. de app. ¶

5 † Prò declaratione glo. j. op. contra prin. c. in eo qđ iste cleric⁹ sanctæ Agathæ fuit admissus sine mandato. nã ad agendũ pro alio nemo admittẽdus est etiã si cauere velit de rato. vt in. l. nemo alieno nomine. ff. de re. iur. & in. c. j. & quod ibi no. de procu. Sol. gl. in prin. soluit duobus modis. Primò ꝙ iste fuit admissus tanquã coniũcta persona: quia erat beneficiat⁹ in illa ecclesia, & canonic⁹ plebis de postmo cui subest illa capella sanctæ Agathæ. vnde sicut admittiẽ cõiuncta persona cũ cautione de rato ad agendũ pro coniuncto. vt in. c. nõnulli. in fi. & qđ ibi no. & in. c. ex partę decani. de rescrip. & in. l. sed & hæ. ff. de ꝓcu. ita admittiẽ clericus volẽs agere ꝓ ecclesia ĩ qua est beneficiatus, licet nõ sit rector[c]. Et pro hac solu. glo. põt adduci tex. in. c. ij. de pœnis. & hãc solutionẽ tenebis mẽti: extẽdit enim iura superius allega. quia loquuntur in cõiunctis ratione sanguinis, vt extendanẽ ad cõiunctos ciuili seu spirituali cõiunctione[d]. ¶ Et facit hæc gl. ꝓ notabili dicto Cy. ĩ. l. exigẽdi. C. de ꝓcu. vbi dicit ꝙ amicus admittitur pro amico ad agendũ sine mãdato ꝓstita cautione ꝙ absens habebit ratũ. alle. l. nemo dubitat. §. j. ff. de hær. isti. vbi tex. innuit ꝙ is q diligiẽ fraterna dilectione, põt appellari frater. & facit text. in. l. verũ. ĩ pri. ff. ꝓ so. vbi diciẽ ꝙ societas ẽ quasi qđã fraternitas. & illud dictũ Cy. retulit Bar. ĩ. l. nõ solũ. §. q alieno. ff. de ꝓcu. & trãsit simpl̃r cũ eo. Sed hoc dictum mihi nõ placet[e] nec vr̃ placere Io. an. ĩ. c. nõnulli. de rescri. nec. d. Ant. ĩ. d. c. ex pte decani. Nã (vt dixi) iura q̃ dicũt cõiunctũ

a ¶ Ecclesijs ædi. Adde quæ ibi ponam.

SEB. SAPIA.

b ¶ Impotẽtia psonali. Cõtra istud ob. quod tenent dñi de Rota deci. iiij. sub ti. de offi. deleg. in nouis. vt no. Feli. in. c. sciscitatus. in vl. col. de rescrip.

SEB. SAPIA.

c ¶ Non sit rector. Põdera hãc glo. velle ꝙ etiã in beneficialib⁹ admittiẽ cõiũct⁹ ꝓ coniũcto sine mandato cũ cautione rati. & ita ad hoc eã põderat. d. Abb. ĩ. c. cũ pridem. de pac. super gloss. j. sed reprobat.

SEB. SAPIA.

d ¶ Spirituali coniunctione. Vide de hac opi multa p Feli. in. c. cùm M. ferrariensis. de cõsti. & in. c. non nulli. §. j. de rescr.

e ¶ Mihi nõ placet Adde ꝙ no. Ro. fin. suis. fo. xxiij. inci. Cy. in. l. exigendi.

prouincia. Item & subditos & aliunde venientes. & ideò dicit gl. quam tenebis menti, ꝙ isti legati Cardinales postquàm egrediuntur vrbem romanam, donec in vrbem reuertuntur beneficium absolutionis quibuscunque possunt impedere: & ita dicit de facto seruari. Host. hîc restringit istorum potestatem, vt eam non exerceant cùm iniuria fuerit enormis. dicens ꝙ absolutionem ꝓ enormi iniuria semper Papa sibi reseruat. alleg. c. si verò. & c. cùm illorum. cum si. de sen. excõ. sed Io. an. & cõiter Doc. in c. ad eminentiam. ĵ. de sen. excõ. tenent opi. huius glo. indistinctè. quam ego puto verissimam. Adduco text. in d. c. ad eminentiam. & meliorem textum. in c. quod translationem. s̃. eodem. nam textus ibi innuit apertè ꝙ potestas reseruata Papæ circa absolutionis beneficiũ cõpetit hodie legatis Cardinalibus. Limitarem dictũ glo. & doc. vt procedat in legato nõ reuocato: nam si esset reuocatus[a], nõ videt̃ ꝙ possit aliquid de legatione attingere:[b] quia incontinenti desinit esse legatus. vnde crederẽ ꝙ nec insignia legationis deberet exercere. pro hoc quod no. in c. nouit. s̃. eo. & in Spec. eo. tit. §. fi. versi. Item quã cito. & in ver. quid ergo. ꝓcedat ergo primum dictum, quando legatus nõ reuocatus exiret prouinciã ex aliqua cã. Item dicit ꝙ in loco vbi est Papa non debet legatus aliũde veniẽs exercere in aliquo dignitatem suam, nec vti insignijs. vnde nec debet benedicere populo. pro hoc vide qđ no. Spec. in dictis locis. & facit. l. fi. ff. de offi. procõ. ¶ 4 † Et sæpe fui interrogatus nunquid legatus destinatus ad certam prouinciam possit exercere & vti insignijs legationis in itinere antequã ingrediatur prouinciã sibi decretam. & ꝙ possit facit. l. j. & ij. ff. de offi. procon. vbi dicit̃ ꝙ ꝓconsul potest extra prouinciam sibi decretã exercere iurisdictionem volũtariam, & vti insignijs dignitatis suæ. legati verò Papæ æquiparantur proconsulibus & præsidibus. vt in c. ij. ĵ. eo. lib. vj. & ita vidi à multis obseruari. vidi etiã plerosque abstinere. Item do & aliam limitationem. nam puto id quod dixi de absolutione ꝓpter iniectionem manuum non extendendũ ab alias absolutiones reseruatas Papæ: puta si Papa excõicasset, vel legatus suus, nõ põt legatus etiã Cardinalis tales absoluere. ad hoc. c. studuisti. s̃. eodẽ. Item in istis exorbitantibus & prohibitis non fit extensio de vno casu ad alium: vt in c. quod translationem. s̃. eo. & dixi ibidẽ. not. Inno. in c. fi. de offi. archi. ¶ Venio ad secundam speciem. s. ad legatos ratione personæ. isti enim possunt absoluere subditos existentes in prouincia. & iste casus est clarus. vt hîc. Item extra prouinciam non possunt extraneos absoluere. & iste casus etiã est clar⁹. ¶ Tertius casus est etiã clar⁹. quia aliũde veniẽtes. s. extraneos nõ possunt absoluere etiã in ꝓuincia: vt hîc. sunt aliqui casus dubij. ¶ Primus, nunquid possunt absoluere subditos extra prouinciã. Vincen. tenet hîc, ꝙ sic. & dicebat ꝙ illud ver. aliũde, positũ ĩ tex. determinabat omnia ꝓcedentia.[c] vt sit sensus ꝙ aliunde veniẽtes nõ possunt isti absoluere extra ꝓuinciã, vel ibidẽ existẽtes: sed cõtrariũ sentit hîc gl. & tenẽt hîc cõiter Doc. quia tex. si non cauillatur, apertè ꝓbat ꝙ extra prouinciã neminẽ possunt absoluere. & ita dicit Io. an. seruari de facto. & vide Spe. eo. ti. §. nunc dicamus. ver. illud. vbi idem sentit. ¶ 5 † Secundus casus dubius, nunquid isti possunt subditos[d] extra prouinciam[e] absoluere cum licentia iudicis prouinciæ illius vel diœcesis. & videtur primò ꝙ sic: quia etiã contentiosam iurisdictionem potest quis exercere in subditũ extra territorium suum cum licentia iudicis illius territorij. vt dixi in c. nouit. s̃. eo. Dicit Hosti. hoc esse ęquũ: sed quia hæc potestas datur legatis istis cum limitatione, non videt̃ ꝙ debeãt legati isti excedere formam hîc præfixã. arg. c. sanè[f] de priuil. Et not. sin. hoc dictũ. quia nescio alibi: ꝙ potestas[g] collata alicui in certo loco ex priuilegio nõ potest exerceri etiam in subditos in alio loco, licet cõsentiat dñs territorij. secus in iurisdictione competẽte de iure cõi. ¶ 6 † Tertius casus dubius est,[h] nunquid legatus possit absoluere suos subditos qui incurrerunt alibi excõmunicationẽ. & vr̃ sentire Host. hîc ꝙ non. per istũ tex. dũ dicit: *aliunde contingat accedere &c.* quidã tñ tenuerũt cõtrariũ: vt recitat Spec. in d. ver. illud. & fortè hæc opi. est verior. vt quẽadmodũ potest subditos extra territoriũ delinquentes punire. vt in c. cũ contingat. de fo. cõpe. ita & absoluere. facit. xvj. q. iij. c. placuit. vbi gl. no. dicit ꝙ de delicto commisso extra parochiã põt ꝓprius sacerdos absoluere parochianũ suũ: & sic iste tex. intelligatur de non subditis venientibus aliũde. & cũ hoc. c. ĩdulgeat hoc bñficiũ legis, debet latè intelligi vt i. l. fi. ff. de cõsti. prin. & i. c. olim. ĵ. de ver. sig. ¶ 7 † Quartus casus dubitabilis est: nunquid si non subditi venerunt ad prouinciam legati, & ibi incurrerunt excõmunicationem, possunt absolui à legato? & tenet Host. ꝙ sic. quia isti non dicuntur aliunde accedere, cùm non veniant excõmunicati. Et ad hoc facit notabile dictum Abb. hîc. qui dicit ar. huius tex. ꝙ scholaris veniens ad studiũ excõmunicatus nõ potest absolui ab Epõ loci illius studij, licet esset casus ĩ quo potuisset ab solui à proprio Epõ secus si ibi incurrisset excõmunicationẽ. qđ no. Ex quo posset not. dictum elici, ꝙ potestas quæ cõtrahitur rõne domicilij non extendit̃ ad prius cõmissa. qđ tamẽ dictũ ego admitterem generaliter. nã dubitat̃ vtrũ scholaris in loco studij possit cõueniri super cõtractibus alibi gestis. & ita etiã dubitat̃ de mercatoribus qui trahunt morã in aliqua ciuitate: & de his plenè dixi in c. qđ clericis. & in c. ex parte. b. de fo. compe. & dic vt ibi. & vide quod no. Bar. in l. heres absens. ff. de iud. & in l. ij. C. vbi sena. vel clarissimi. ¶ Quo ad tertios legatos conclude ꝙ neminem possunt absoluere, nec in prouincia, nec extra, nec subditũ, nec extraneum. vt hîc: ratio diuersitatis secundũ doc. potest esse. quia legatus ratione loci est perpetuus, sicut dignitas cui inhęret legatio est perpetua. vnde si isti legati possent absoluere excõmunicatos: clerici illorum locorum perderent priuilegiũ qđ habẽt ex. c. si quis suadente. xvij. q. iiij. quia nunquã percussores eorum tenerentur ire ad curiam, cùm ibi haberent superiorem qui eos absolueret. Ego tñ in istis & in præcedentibus darem vnam limitationẽ vltra doc. vt procedat ista iurisdictio in casibus reseruatis Papæ: sed in casibus ĩ quibus Episcopi locorum possunt absoluere. de quibus in c. peruenit. & ibi dixi. de senten. excom. satis puto ꝙ isti legati poterunt absoluere cùm sint ibi ordinarij, & habeant maiorem potestatem quàm cum Episcopi vt. s̃. c. proxi.

SVMMARIVM.

1. *Statuta legati durant etiam legatione finita. 2. vide Abb. in c. irrefragabili. §. j. in gl. pe. ĵ. de offi. ord.*
 Iurisdictio delegata perpetuatur per citationem. 5. 10.
2. *Statuta facta ab habentibus iurisdictionem ad tempus, durant etiam finito tempore.*
3. *Legatus papæ habet ordinariam iurisdictionem.*
 Delegare potest quicunque ordinarius.
4. *Delegatus etiam non à principe habet iurisdictionẽ.*
6. *Legatus an possit facere statuta solus sine consensu aliorum.*
 Legatus non potest derogare canonibus & iuribus generalibus.
8. *Statuta legati: episcopi: Marchionis: & similium, sunt ius prætorium, & non ius ciuile. & actiones ex eis descendentes sunt annales.*
 Statuta facta à populo sunt ius ciuile.
 Statuta facta a prioribus aliquando sunt ius ciuile, & aliquando ius prætorium.
9. *Indulgentiæ: priuilegia: pœnæ: quæ inducuntur per legatum, an durent finito tempore legationis.*
11. *Iurisdictio perpetuatur etiam per simplicem cõmissionẽ citationis, licet nõ ꝑuenerit ad citandũ.*
12. *Citationem non potest committere iudex existẽs extra territorium.*

SEB. SAPIA

[a] ¶ Reuocatus. An valeãt acta per legatum reuocatũ ante notitiã. vide Calde. in cõsi. iiij. sub ti. de offic. de lega. Rotã decisi. ccccl vij. in nouis. circa tertium dubiũ. Perusi. i. c. super eo. ij. col. iiij. de appel. Feli. in c. cæterum. col. x. versi. valet ꝓcess. s̃. de rescrip.

[b] ¶ Attingere. Adde vt per Federi. consi. cxj. & quid si non habet notitiã reuocationis. vide Cal. consi. v.

[c] ¶ Omnia præcedẽtia. Põdera. gatex. dicit etiã subditis: ꝓsupponit ergo ꝙ ꝓcedentia habẽt locũ in non subditis. q̃si quo ad subditos sit secus. Andr. Barba.

SEB. SAPIA.

[d] ¶ Subditos. Notũ ꝙ non licet legato trahere subditos de vna prouincia ad aliam, licet in vtraque haberet iurisdictionẽ. vt not. Fel. in c. fi. de re iud. & nota ui. s̃. eo, i. c. nouit. vbi Abb. in ij. no.

[e] ¶ Extra ꝓuinciã. Adde vt p Fede. cõsil. xvj. & vide ad maiorẽ declarationẽ eorũ quæ dicunt hîc p Old. consi. lxxiij.

[f] ¶ Arg. c. sanè. Facit glos. in simili ĩ l. à diuo pio. ff. de ritu nupt. Andrę. Barba.

SEB. SAPIA.

[g] ¶ Potestas. Vide Roma. in sing. xlviij. inci. tũ habes cum seq.

[h] ¶ Dubius est põdera qa tex. hic videtur cõtra in verbo etiam subditis põdera etiã quia illud dictum est contra id quod dicitur in primo casu dubio. dum dicit aliunde nõ cõprehendit subditos. & nunc dicit ꝙ cõprehẽdit. And. Barba.

CAP. X.

NEmini. ¶ † Durant legati ſtatuta etiã legatione finita: finiť tñ ſui delegati iuriſdictio ſi citatio nõ p̃ceſsit. & ẽ no. tex. quo ad vtrũq; caſum habet duo dicta. Secũdũ ibi: *ſecus aũt*. ¶ Caſus lr̃alis. Primò diciť ꝙ legati apoſtolicæ ſedis pñt facere ſtatuta in ꝓuĩcia ſibi cõmiſſa: & durãt ꝑpetuò: licet poſt modũ ꝓuinciã exeãt. Secũdò dicit ꝙ ſi legat⁹ cõmittit cãm alicui, iuriſdictio illi⁹ expirat niſi antequã exeat ꝓuĩciã citatio p̃ceſſerit. Ber. ¶ No. j. ꝙ legat⁹ Papæ põt facere ſtatuta in loco ſuæ legationis: & cũ iſte text. nõ diſtinguat inter legatos, intelligẽdus eſt gñaliter vt quilibet legatus Papæ hoc poſsit, ſiue ſit legatus de latere, ſiue ſit legatus natus, ſiue legatus rõne ꝑſonæ. nã quilibet iſtorũ ordinariã iuriſdictionẽ habet. vt in. c. ij. j. eo. li. vj. ¶ † Secũdò no. ꝙ ſtatuta edita ab habẽte iuriſdictionẽ ad tp̃s, durãt etiã poſt tp̃s iuriſdictiõis. ex quo inferť ꝙ multò forti⁹ durare debẽt ſtatuta Ep̃i poſt obitũ ipſi⁹, cũ ipſe habeat iuriſdictionẽ ꝑpetuã. & idẽ puto dicẽdũ in alijs p̃latis inferiorib⁹ in cauſis in quibus ſtatuere pñt. ¶ † No. tertiò ĩ ver. *ſecus*. ꝙ legatus Papæ põt delegare cauſas ad eũ deuolutas, ſeu corã eo motas: nec mirũ: cũ habeat ordĩariã: & q̃libet ordinari⁹ põt ex ſua iuriſdictiõe cãm ad ſe ſpectãtẽ delegare. l. vnica. C. q ꝑ ſua iuriſ. & in. c. vt litigãtes. de offi. or. li. vj. & xj. q. j. c. te qdẽ. ¶ † No. ibi: *cùm iuriſdictio iſtorum*: ꝙ delegatus habet iuriſdictionẽ, ẽt ſi ſit delegat⁹ nõ à prĩcipe. ad idẽ. c. ĩ lr̃is. s̃. ti. ꝓxi. p qđ reprobať gl. q̃ aliud ſentit ĩ. l. ait p̃tor. ff. de re iu. ¶ † No. ibi: *citatio nõ præceßit*. tex. ſing. in materia perpetuationis iuriſdictionis cõtra tacitã reuocationẽ mãdati. requiriť eñ citatio, nec ſufficit alius actus citerior: & hũc tex. allegaui in. c. gratũ. de off. dele. vbi hãc materiã tetigi. & j. aliqd dicetur. ¶ In gl. j. ibi: *Epiſcopi qui ſunt minoris authoritatis*. Not. glo. ex qua põt inferri ꝙ ĩ oĩbus in quib⁹ põt Ep̃s ſtatutũ facere, forti⁹ põt & legatus Papæ. dic tñ ꝙ ſup maiorib⁹ negotijs nõ pñt Ep̃i, nec legati, nec ẽt Archiep̃i ſtatuta facere. ꝓ hoc vide gl. xviij. di. in ſumma. & ĩ. c. qđ trãſlationẽ. s̃. e. facit. c. maiores. j. de bap. ¶ † Sed dubiũ eſt, certũ eſt ꝙ Ep̃s nõ põt facere ſtatuta ſine cõſenſu vel cõſilio capituli ſui. vt ĩ. c. nouit. & ĩ. c. quãtò. j. de his q̃ fiũt à p̃la. no. Io. an. ĩ. c. ij. de cõſti. li. vj. nũqd legati poſsint ſoli ſtatuta edere? Solu: dicit Inn. ꝙ debẽt requirere cõſilia p̃latorũ ꝓuinciæ. ar. ix. q. iij. c. j. ij. iij. & iiij. & ẽt cõſiliũ ppl̃i in ꝑtinẽtib⁹ ad populũ. ar. c. fi. de maio. & obe. & de his q̃ fi. à ma. par. ca. c. vlti. Poſtmodũ dicit ꝙ in ſpectãtibus ad iuriſdictionẽ legati põt legat⁹ ſolus facere ſtatuta, dũmõ illa ſtatuta nõ ſint cõtra canones gñales, ſeu iura gñalia, q̃bus nõ põt legatus in aliquo derogare. alle. l. iij. C. de off. q̃ſto. Et no. hoc dictũ ſing. primò ꝙ legatus Papæ[a] nõ põt aliqd ſtatuere contra iura gñalia[b]. Idẽ dicimus in Ep̃o: vt no. Io. an. ĩ. c. fi. de offi. archi. vr̃ ꝓbari in. c. qđ ſuper his de ma. & obe. & ĩ. c. inſtitutionis. xxv. q. ij. Limita tñ ſecũdũ ea q̃ dixi poſt glo. ĩ. c. cũ dilectus. de cõſue. & vide p Fed. cõſ. xvj. & qđ no. gl. ĩ cle. ne romani. de elec. ¶ † Secũdò no. ꝙ legatus ſolus põt edere ſtatuta ĩ ſpectantibus ad ſuã iuriſdictionẽ: ꝓ hoc tex. iſte, q ſolùm facit mentionẽ de legato. dic tñ ꝙ ſi vellet ſtatuere in cõcernẽtib⁹ aliorũ præiudiciũ vel negotiũ tũc debet habere illorũ cõſenſum ſeu præſentiã: vt no. Innoc. in. c. veſtra. j. de loca. & limitat Inno. hîc. ¶ † Sed vltra Doc. quæro nunquid actio pœnalis ſurgẽs ex ſtatuto legati vel Ep̃i ſit perpetua, vel tp̃alis, vel annalis? & deciſio huius. q. dependet ab alio articulo: nunqd ſtatutũ iſtorũ dicatur ius ciuile, vel canonicũ, an verò prætoriũ.[c] & Bar. & Bal. in. l. oẽs populi. ff. de iuſti. & iu. cõcludũt ꝙ actio eſt tp̃alis & annalis, quẽadmodũ actio ſurgẽs ex iure prætorio. nã iſti equiparanť prętorib⁹ & præſidibus. ad hoc in. l. honorarijs. ff. de act. & obl. & inſtit. de perpe. & temp. ac. in prin. & idẽ dicendũ in ſtatutis editis à Marchione, vel alijs principibus inferioribus: vt no. idẽ Bart. in. l. fi. de pœnis. & ſic ex ſtatuto Ep̃i non poſſunt agere actione pœnali vltra annũ. ſecus aũt ſi eſt ſtatutũ factũ à populo, ſeu à tota vniuerſitate clericorũ. nã tũc actio eſſet perpetua, & duraret per. xxx. an. l. ſicut. C. de præſcri. xxx. vel. xl. an. Et eadẽ eſt q̃õ in ſtatuto, edito ab ancianis ſeu dñis cinitatis popularis. nũquid illud ſtatutũ æquiparetur iuri prætorio, an iuri ciuili: & ſic nũquid actio pœnalis ſit perpetua, vel tẽporalis ex eo ſurgẽs. quã. q. tractat Bart. in. l. v. ff. de ver. ob. & ibi cõcludit ꝙ ſi iſti anciani ſeu dñi fecerũt ſtatutũ ex eorũ officio, æquiparať iuri prætorio. ſecus ſi ex ſp̃ali cõmiſsione ſibi facta à populo. nã tũc popolus vr̃ feciſſe illud ſtatutũ: & p cõſequẽs illud ſtatutũ appellať ius ciuile: vt in. c. ius ciuile. j. diſt. & p hoc põt inferri ad deciſionẽ multarũ quæſtionũ. ¶ † Nũc venio ad ſecũdã partẽ gl. in qua q̃ritur nunqd indulgẽtiæ quas ſæpe legati cõcedũt ſubuenientibus ad reparationẽ pontis vel loci religioſi durẽt poſt finitã legationẽ,[d] quẽadmodũ ſtatuta. Et ꝙ nõ durẽt facit tex. ĩ. l. fi. ff. de pœnis. vbi pœna appoſita per magiſtratũ tẽporalem habẽs actũ ſucceſsiuũ ſolũ durat tp̃e officij. gl. tñ determinat oppoſitũ p. l. j. in § fi. ff. de offi. p̃fec. vr. vbi diciť ꝙ præfectus vrbis q eſt tp̃alis põt in ꝑpetuũ priuare quẽ officio aduocationis. & Doc. hîc cõiter ſequũtur iſtam gl. & idẽ Innoc. in. d. c. qđ trãslationẽ. & ad. l. fi. alle. in gl. rñdet, ꝙ loquiť qñ pœna fuit appoſita ſine cauſæ cognitione, & interlocutoriè. nõ aũt diffinitiuè. ſec⁹ aũt ſi pœna fuiſſet appoſita diffinitiuè: & cũ cauſæ cognitiõe: q̃a tũc duraret ꝑpetuò vt in. d. l. j. & in. l. moris. ff. de pœnis. Idẽ volunt legiſtæ in. d. l. fi. ſed vide qđ dixi in c. ex lr̃is. de cõſti. & facit hęc gl. multũ no. ad ꝓbãdũ ꝙ indulgẽtia ſeu priuilegiũ à prælato cõceſſum duret ĩ ꝑpetuũ, licet habeat actum ſucceſsiuũ: & ꝓ hoc alle. bo. gl. in. c. cũ ex eo. de elec. li. vj. vbi diciť ꝙ ſi Ep̃s dedit licentiã clerico veniẽdi ad ſtudiũ: & diſpẽſauit ſecũ per ſeptẽniũ: vt ibi diciť: nõ expirat licẽtia per mortẽ Ep̃i,[e] nec ipſe ſine cã reuocare põt. Sed in cõtrariũ alle. gl. ſatis no. in. c. à nobis. el. j. de ſen. exc. quæ dicit ꝙ ſi Ep̃s tulit ſnĩam excõicatiõis ſub cõditione: puta quicũq; furtũ fecerit ſit excõicatus:[f] nõ durat hæc ſnĩa vltra tp̃s proferentis niſi ſucceſſor eã confirmet: ſecus dicit in ſtatutis. & ſic illa gl. not. limitat illum text. ad idem vide glo. in. c. pe. de cle. non reſi. ĩ ver. licẽtia. q̃ videtur velle ꝙ indulgentia tributa clerico ſuper non reſidentia nõ durat vltra tempus cõcedentis:

---

a ¶ Legat⁹ Papæ. Adde Ro. conſil. cccxxv. & ibi qd de epiſcopo.

SEB. SAPIA.

b ¶ Generalis. an legatus poſsit facere ſtatuta cõtra leges ciuiles: not. Bald. in. c. cũ oẽs. col. fi. de cõſti. Feli. in. c. ꝙ ſup his. ĩ verſi. ponit etiam Bald. de maio. & obed. & nunquid poſsit diſpenſare cõtra conſtitutionẽ concilij: ponit idẽ Feli. in. c. at ſi clerici. §. de adulterijs. col. iij. verſ. quintò limita. de iudi.

c ¶ Prætoriũ. Ad. de Ro. cõſi. ccxxviij. & Alex. cõſi. xcv.

Anto. Franciſ.

d ¶ Poſt finitam legationem. Circa hoc an indulgentię cõceſſæ à legatis, vel ab ep̃is, aut alijs habentib⁹ poteſtatẽ concedendi ipſas indulgentias ſint perpetuę vel finianť & expirẽt officio legationis finito, vel Ep̃o rebus humanis exempto. Dicas ꝙ ſunt perpetuæ: ſicut etiã ſtatuta & cõſtitutiones ab eis facta & factæ. p ea quę habenť ĩ. c. j. j. de loca. & in. c. ij. j. de ma. & obe. Et adde ꝙ cõcedere indulgẽtias pendet à poteſtate ordinis vel iuriſdictionis. vt in. c. quod autẽ. de pœni. & remiſ. per Hoſt. in ſum. illius tit. ĩ §. quis poſsit. & p Io. and. & Io. cal. ĩ c. cũ contingat. de fo. compe. & per beat. Tho. in. iiij. ſen. diſt. xx. q. iij. artic. iij. Et an indulgentiæ conceſſæ ab habentibus poteſtatẽ valeant ad remiſsionẽ pœnæ debitæ ꝓ peccatis actualib⁹. vide Io. cal. tenentem ꝙ ſic. in. c. noſtro. de poe. & remiſ. vbi dicit etiã ꝙ tria debent cõcurrere ad hoc vt indulgentiæ valeant, pietas in fine, propter quã dať charitas operãs ĩ eo cui datur. ſeu habilitas in recipiente & authoritas in diſpẽſante. & de huiuſmodi requiſitis in cõceſsione indulgẽtiæ vide Inno. in c. qđ aũt. & Hoſti. in. c. cũ ex eo. de pœni. & remi. vbi dicũt ꝙ requiruntť ſex. vbi per eos. & adde ꝙ indulgentiæ tm̃ valent quãtũ ſonãt. vt per bea. Tho. ĩ loco prælle. & ĩ eadem diſt. art. v. & xlv. di. ar. vj. & an Ep̃s poſsit cõcedere indulgentias ſubditis ſuis porrigentib⁹ manus adiutrices alicui loco q eſt extra ſuam diœceſim. vide per Pe. de anch. in regula q̃ à iure. de regu. iur. lib. vj. & per Oldra. in conſil. ſuo. lxxj.

e ¶ Mortem Ep̃i. Adde do. de Rot. vbi alia dicunt de ci. pe. & vlti. de reſcrip. in antiquis.

SEB. SAPIA.

f ¶ Excõmunicatus. Vide Deciũ poſt alios in. c. q̃õni. j. de appella. & Feli. in. c. j. in notabilibus. j. de iudi. & Decium in conſi. cxlv. incip. quæritur.

dentis:& profectò per ista satis passus iste reddit difficilis:& pro nunc dicerem ꝙ vbi indulgentia seu licētia habet esse suum finitū & liberū, ita ꝙ ex sola cōcessione recipit suā essentiā, nec depēdet ex futuro euentu:ꝙ tūc durat etiā vltra tps concedentis:quia priuilegia sicut statuta debēt esse perpetua.xxv.q.ij.c.j.sed vbi dispositio dependet ex futuro euentu:quia nō iniecit adhuc vinculū firmiter, tunc extinguit per mortem disponentis.& sic pōt intelligi gl.in.d.c.à nobis. Nam si snīa excōicationis est conditionalis, ante, quā existat conditio nō iniecit vinculū:sed iniecit vinculū tpe existentis conditionis, quo tpe si disponēs est mortuus vel reuocatus, cessat snīa. Idē dicerē ī alia licētia:quæ nō pōt perpetuò cōcedi sine causæ cognitione, vt si fuerit cōcessa simpliciter, intelligat cōcessa ad tps cōcedentis:& ideò puto ꝙ si Eps simpliciter dedit mihi licentiā possendi mihi eligere cōfessorem, ꝙ illa licentia extinguit mortuo vel reuocato Epo:quia Eps non pōt in perpetuum dare istam licentiam cum præiudicio ecclesiæ parochialis sine causæ cognitione & consilio sui capituli:cùm esset irrogare perpetuum præiudicium ecclesiæ parochiali:& ita aliàs in facto respondi:& ita potest saluari gl.in.d.c.pe.licet posset habere alios intellectus. ¶ † In gl.fi.ibi:*sola citatione*. No.glo.ꝙ per solā citationē, & non per actū citeriorē perpetuat iurisdictio:& ad hoc facit iste tex.multum no. Host.tn̄ qui cōtrariū tenuit in.c.licet.de off. delega.supplet ad tex.istū vel aliud æquipollēs:sed hæc suppletio retorquet literā.vn̄ illud.c.licet.debet exponi per istud.cū illud loquat gnāliter:& istud specialiter:& vide qđ plenè dixi in.d.c. gratum. ¶ † Sed dubiū est tenendo istā opi.ꝙ requirat citatio:nūquid sufficiat iudicem commisisse citationē si ante mortem vel finitū officiū delegātis citatio nō peruenit ad citandū:est qō subtilis & notabilis.& vt recitat hîc Ioā.andr.Gas.hanc.q.disputat & multū alleg.ꝓ & contrà.tādē cōcludit ꝙ de iure ciuili nō est perpetuata iurisdictio:quia nō est propriè citatio si nō ꝑuenit ad citandū.alleg.l.& quia.ff.de iur.om.iud.sed de iure canonico dicit ꝙ si agitur de perpetuatione iurisdictionis sufficit iudicē cōmisisse citationē, quia incepit vti per hoc iurisdictione.ar.s̄.de offi.de leg.c.licet.sed si agitur de afficienda persona, requiritur ꝙ citatio peruenerit ad partē:pro hoc cle.ij.vt lit.pen.[a] & vide gl.ibi not.q̄ hoc tenet.do. Ant.hîc instat.sed tandem videt trāsire cū dictis do cto.do.Car.tenet indistinctè ꝙ requiritur citationem peruenisse ad partem. Mihi tā de iure ciuili quā canonico placet vt sufficiat iudicē commisisse citationem quo ad perpetuandā iurisdictionē. primò per tex.in.d.c.licet.& ī.d.l.& quia.vbi tex.solū requirit vt iudex inceperit vti delegatione sibi facta. Ad idem.c.gratū.præal leg.vbi solū requirit ꝙ edictū citationis fuerit ꝓpositū.& ibi ad hoc pōderaui illū tex.Itē probatur alia ratione:citatio habet tres partes.prima cōmisio iudicis de citādo.secūda executio nūtij.tertia ipsius nūtij relatio ꝙ citauit.vt no.Io.an.in.c.romana.§.cōtrahētes.de fo.cōpe.lib.vj.prima pars est iurisdictionalis dūtaxat.secūda & tertia non sunt iurisdictionales. ¶ † Hinc est ꝙ iudex non potest cōmittere citationē extra territoriū, sed si cōmiserit ī territorio potest nuntius eam exequi extra territorium.tex.est no.in d.§.contrahētes.& in.l.omnes. C.de epis.& cle.& ibi per Doc.vnde cōmittendo citationem vsus est iurisdictione in partes.& sic satis vr̄ perpetuata iurisdictio.& sic salua gl.in.d.cle.ij.quæ hoc tenet.videtur etiam de mente Bar.licet nō exprimat in.d.l.& qa.

De officio iudicis ordinarij. *Rubrica.*

¶ Suprà visum est de officio delegati, & legati, nunc subijcitur & meritò de offi.ordi.vel aliter sic.suprà visum est de offic.or.specialis, vt est legatus:nunc subijcitur in genere de officio cuiuslibet ordinarij &c.

SVMMARIVM.

1. *Ciuitas potest esse sine episcopo.*
2. *Ciuitas an veniat appellatione diœcesis?*
3. *Adulterium respectu laicorum est cognoscibile tam per iudicem secularē quàm ecclesiasticum, & est locus præuentioni.*
4. *Libera potestas data alicui non extenditur quòd aliquid faciat contra ius.*
5. *Brachium seculare potest ecclesia inuocare contra subditos rebelles. & econtra.10.14.*
6. *Officiales si capiunt clericum violenter de mandato episcopi, non incurrunt excommunicationem.*
6. *Inquisitio generalis potest fieri nulla præcedente infamia:specialis verò non.*
7. *Iudex ecclesiasticus potest se intromittere in criminibus secularibus data negligētia iudicis secularis.*
8. *Iudex an debeat iudicare secundum conscientiam suam, an secundum acta?*
9. *Iudex iudicans iniustè per errorem, non committit peccatum.*
11. *Brachium seculare an teneatur iudex secularis dare omnino iudici ecclesiastico?*
12. *Hæresis est crimen omnino spectans ad iudicē ecclesiasticum, adeò vt nec indirectè potest laicus cognoscere.*
13. *Brachium seculare an teneatur laicus tradere quando subditus episcopi non de facto sed de iure sibi resistit?*
14. *Exemptio non præsumitur, nisi probetur.*
15. *Punitus per iudicem ecclesiasticum potest etiam pro eodem delicto puniri per secularem.*

CAP. I.

PErniciosam. Epi ī suis diœcesib⁹ pn̄t crimia īqrere & punire, & cū op⁹ fuerit inuocare brachiū seculare.h.d. ¶ Casus lr̄alis. Statuit Io.Pa. ī synodo ista:ꝙ Epi singulariū ciuitatū habeāt ꝑtātē īqrēdi crimia, & puniēdi criminosos secundū qđ canones dicūt sine impedimēto, & si opus fuerit inuocēt brachiū seculare:ita tn̄ ꝙ ꝑ hoc nullū ꝑiudiciū fiat Epis:vt hoc ipso ius acqrāt. Ber. No.j.ex suprascriptione, ꝙ ēt Papa dicit facere synodū Eporum.ad idē.c.j.j.de ꝑō. Vulgariter tn̄ appellamus synodū Eporū & cōciliū ipsi⁹ Papæ.de quo vide bo.tex.ī.c.j.xv.di.vbi ponit etymologia istorū nominū. ¶ No.ij.ꝙ Epi habēt in suis diœcesib⁹ iurisdictionē liberā, & ea q̄ sunt meri īperij.pn̄t em̄ ex officio ꝓcedere sup criminib⁹, & in facinorosos hoīes aīaduertere.hæc em̄ meri imperij sunt:vt ī.l.imperiū.& qđ ibi not.ff.de iur.om. iu.& dicā j.eo.c.qđ sedē, & vide gl.ī.c.ꝑuenit. xcv.di. ¶ † No.iij.ibi:*singulariū vrbiū*.ꝙ qlibet vrbs habet suū Epm.[b] & facit iste tex.ꝓ cōi cōsuetudine italiæ, secūdū quam illā appellamus ciuitatē quæ habet Epm:hoc tn̄ nō est de iure qa pōt esse ciuitas absq; Epo.nā & ante, quā essent Epi erāt ciuitates:& postmodū tpe primitiuæ ecclesiæ fuit statutū vt Epi nō cōstituerētur in modicis ciuitatib⁹ & nō populosis:neq; in castris aut villis:sed solū ī ciuitatib⁹ magnis & populosis.vt dicit tex.in.c.Epi.lxxx.di.& in c.j.j.de priui.q̄ iura clarissimè ꝓbāt ꝙ ad eē ciuitatis nō requirit ꝙ ibi sit Eps:sed bn̄ ꝑsumptio est ꝙ vbi nō fuit sedes episcopalis cōstituta, nō erat tūc magna ciuitas.& vide qđ no.Io. an.in.c.si ciuitas.de sen.excō.lib.vj. ¶ No.ibi: *vrbium*.ꝙ qlibet ciuitas pōt appellari vrbs.ꝓ hoc tex.in.l.ij.ff.de ver.si.& vide etymologiā huius vocabuli.in.l.pupill⁹.ī.§.vrbs.ff.de ver. sig.quāquā appellatione vrbis in genere ꝑ excellētiā intelligit de Roma:vt ī.§.sed quoties. instit.de iure naturali. ¶ † No.ibi:*in suis diœcesibus*.ꝙ appellatione diœcesis, venit ciuitas.nā hîc si nō cōprehenderet ciuitas, sequeretur ꝙ Eps non haberet potestatem in ciuitate quod est absurdum. Simile colligitur in.c.vnico.de

a ¶ Vt lit.pen.Ad de qđ voluit Roma.cōsi.cccxxx.

SEB. SAPIA.

b ¶ Suū Epm. An ad esse ciuitatis requirat Eps.vide Bald.in.l.si in aliquā.ff.de offi.ꝓcon.& lega.& Feli.in.c.Rodulph⁹.in princ.de rescri.& in.c.licet.col.j.circa fi.de proba.

a ¶ Rodulphus. Adde quæ ibi posui post do. Anto. corse.
b ¶ Præuentioni. Adde Pe. de Ancha. consi. xiiij.
c ~ SEB. SAPIA. Potestas libera. Quot modis qd dicaẽ liberũ, declarat Bal. ĩ. l. ij. col. x. C. de serui. & aqua. Et ad ꝓpositũ vide Car. in. c. ad hęc. de relig. do. Gemi. in. c. j. de regula. in. vj. Ias. in. l. j. C. de sacrosan. eccle. Deciũ in. c. q̃ in ecclesiarũ. colũ. ij. post are. ibi. s̃. de cõsti. vbi plura de verbo liberè: & infinita accumulat andræ. siculus hîc.

d ¶ Cõtra ius. Adde Ro. consi. ccxlviij. Pet. de anch. consi. cclx. Anto. Franc.

¶ Adde ꝙ istud verbũ: libera potestas: vel verbũ: liberè: bñ excludit consuetudinẽ & appellationẽ: non tamen excludit iuris ordinem c. sacrosancta. de elec. & ideò dicimus ꝙ talia verba nũquã extẽdunẽ ad illicita & iniusta. no. in. c. transmissam. de ele. in fi. & facit. l. filiusf. ff. de dona. & l. cõtra iuris. in. §. fili⁹. ff. de pac. & de significato hui⁹ verbi: liberè. vide q̃ not. in. c. de multa. de præben. & ĩ c. licet episcopus. eo. ti. lib. vj. & vide glo. in ver. liberè. in cle. fi. de ætate & quali. & aliã similiter in ver. liberè. in cle. dudũ. de sepultu. & vide gl. in. c. ordinarij. de offi. ordi. li. vj. & glos. in. c. cũ plures. de offi. de leg. eo. lib. & vide quæ habentur in c. irrefragabili. in prin. de offi. ordi.

e ¶ Et gñali. Adde Old. consi. cclxxviij. Bar. cõsi. clxiiij. iiij. lib.

f ¶ Compellere secularẽ. Sed an episcop⁹ possit tenere familiã armatã vide Bal. ꝙ sic in l. iij. fi. fi. de offic. præfe. vigi. And. Barba.

rerum permu. lib. vj. in cõtrarium facit. c. Rodulphus.[a] de rescrip. Hostiẽ. dicit ꝙ in statutis, constitutionibus, & priuile. appellatione diœcesis venit ciuitas. secus in rescriptis contentiosis. vt in. c. contrario. Et licet Doc. hîc transierint cum eo, tamẽ mirãdum est de hoc dicto. nam potius diuersificat casus quã reddat rationem diuersitatis. Si enim ob odium rescriptorum contingit restrictio: vt in. d. c. Rodulph⁹. & idem fortius posset cõtingere & in statutis pœnalibus odiosis deuiãtibus à iure cõmuni: & idem in priuilegijs odiosis: & ideò dic melius in hac materia vt dixi in. d. c. Rodulphus.

3 † Not. ibi: *adulteria*: text. not. quã sæpius soleo allegare, ꝙ Eṗs potest super adulterijs procedere etiã cõtra laicos. nã text. hîc non restringit ad clericos. nam de clericis nullũ fuisset dubium: sed lõquitur generaliter in tota diœcesi. & ideò dico ꝙ locus est præuentioni[b] inter iudicẽ ecclesiasticum & secularẽ. nam & secularis de hoc delicto cognoscere potest: vt in. c. Rex debet. xxiij. q. v. & in. c. tuæ. de procu. Et hoc facit cõtra opi. Io. an. in. c. fi. de fo. cõpe. li. vj. vbi dixit ꝙ adulterium est crimẽ ecclesiasticũ, quatenus agiẽ ad separationẽ thori matrimonialis. Sed si vis saluare istud dictũ: dicas ꝙ tũc est ecclesiasticũ merũ. i. ꝙ nullo modo potest de eo se impedire secularis: sed quando agitur ad puniendum delictum, seu ad prohibendum, non est merè ecclesiasticum sed mixtũ: & hãc materiã plenissimè examinaui in. c. cùm sit generale. de fo. cõpe. vbi generaliter fui ꝑsequutus quæ crimina sint merè ecclesiastica, vel mixta.

4 ¶ † Not. ibi: *liberam potestatem*. & tenementi, ꝙ si alicui daẽ potestas libera[c] ꝓcedẽdi in aliquo casu, nõ intelligitur ꝙ aliquid faciat cõtra ius,[d] sed solũ vt absq; alicuius impedimẽto vel licẽtia hoc possit facere. nã verbũ liberũ hoc importat. ad hoc quod not. in. c. de multa. de p̃bẽ. & in. c. licet Eṗs. eo. tit. lib. vj. & optimè probaẽ hîc.

5 ¶ † Vltimò no. ꝙ Eṗi p̃nt vbi exigit inuocare auxiliũ brachij secularis. puta exigente rebellione subditorũ: ideò alibi disponiẽ ꝙ familia potestatis nõ incurrit excõmunicationẽ si ad mandatũ Eṗi capit clericũ & ducit ad carcerẽ, ẽt violẽter: vt ĩ. c. vt famæ. de sen. excõ. Et an iudex secularis teneaẽ indistinctè dare suã familiã & oẽ auxiliũ iudici ecclesiastico postulãti j. dicam.

6 ¶ † In glos. j. ibi. *cùm frequens & clamosa fama*. Vult ergo gl. tex. restringere, vt tũc possit Eṗs inquirere cõtra subditũ cũ vehemẽs infamia insurrexit cõtra eũ. dicũt Doc. & bñ, hoc dictũ ꝓcedere ĩ inq̃sitiõe ordĩaria & sp̃ali, q̃. s. sit cõtra certã ꝑsonã: sed ĩ ĩq̃sitiõe extraordinaria & gñali,[e] q̃ nõ sit cõtra certã ꝑsonã sed gñaliter, nõ req̃riẽ ꝙ ĩfamia p̃cedat ꝑ hoc: q̃a Eṗs visitãdo inq̃rit gñaliter qualiter viuãt populi. ad hoc. x. q. j. c. relata. & c. placuit. & in. c. j. de censi. li. vj. ad idem xxxv. q. vj. in. c. Episcopus in synodo. Idem est quando delictum est notorium, & nesciẽ quis illud cõmisit: nã tũc superior facit inquisitionẽ generalẽ. vt no. Inn. in. c. bonæ. el. j. s̃. de ele. & Barto. in. l. fi. ff. de quęst. Idem dic cùm prælatus inquirit non ad finem puniendi, sed in finem impediendi ꝓmotionem ad aliquam prælationem vel ad ordines. nam sine aliqua infamia præcedenti debet tunc superior inquirere de vita & moribus promouendi. ad hoc quod le. & no. in. c. j. de postu. præla. & in. c. cùm nobis. de elec.

¶ In gl. in ver. *secundum quod canones*. ibi: *& etiam de quocunq; mortali peccato*. Aduerte quia glos. prima fronte videtur sibi contraria. nam primò dicit ꝙ Eṗs dũtaxat inquirere de causis synodalibus idest de causis spectantibus ad forũ eccl̃iasticũ & dixit de synodalibus. quia oẽs causę olim deferebãtur ad synodum Episcoporum. vj. q. ij. in. c. j. & ij. & in. c. j. de iud. tamen posteà subijcit quòd de quolibet peccato mortali debet Episcopus inquirere: & sic videretur exhausta iurisdictio iudicũ secularium contra. c. rex debet. xxiij. q. v. Hanc materiam examinaui in. c. nos inter. de pur. ca. vbi bo. glo. & longè latius in. d. c. cũ sit generale. Et conclude pro intellectu glo. ꝙ quędam sunt crimina merè ecclesiastica, de quibus iudex secularis nullo modo se intromittere potest: vt est crimẽ hæresis. de hære. c. vt inquisitiõis. §. prohibemus. li. vj. Quædã sunt crimina mixta: de quibus vterq; s. secularis: & ecclesiasticus cognoscere possunt, vt crimen sacrilegij: vt in. c. cùm sit generale. præalleg. & in. c. felicis. de pœnis. lib. vj. Regulariter verò de alijs criminibus in terris imperij non p̃ot iudex ecclesiasticus se impedire, nisi indirectè quo ad pœnitẽtiam imponendã & ad delictũ prohibendũ: vt in. c. nouit. de iudi.

7 ¶ † Nisi delictũ sit notoriũ: nam tunc cũ deprehendaẽ negligẽtia iudicis secularis p̃ot iudex ecclesiasticus procedere vt no. hîc Inn. & in. d. c. nouit. facit. c. j. §. notoria. de censi. lib. vj.

8 ¶ † Et in fi. glo. No. glo. quia satis est plana in materia sua. & idem sentit glo. in. c. iudicet. iij. q. vij. & concludit gl. ꝙ neq; condẽnando neq; absoluẽdo debet iudex sequi cõsciẽtiã suã. sed moueri ex probationibus corã eo factis. do. Ant. recitat hîc dicta Cald. quæ posuit in. c. pastoralis. §. quia verò. s̃. de offi. dele. & ibi ego recitaui & plenè examinaui istũ passum. & sequiẽ do. Anto. & Cal. præterquã in vno. Dicit enim ꝙ si iudex habet cõsciẽtiam cõtra reũ, licet accusator nõ probet nõ debet eũ absoluere diffinitiuè. vt dicit Cal. sed solũ ab obseruatione iudicij: quia si absolueret diffinitiuè, illa s̃nia obstaret in alio iudicio: & sic reus transiret impunit⁹. Sed mihi plus placet opi. Cal. quia in nullo facit contra conscientiã in absoluendo eũ purè & simpliciter quia non sequitur: est criminosus, ergo necessariò cõdẽnandus. quia nõ debet condẽnari criminosus nisi accuseẽ & probeẽ. vt. vj. q. ij. in. c. si t̃m. & in. c. placuit. & ĩ. l. rescripto. ff. de mune. & hono. vnde ex quo delictum non est probatũ debet illũ absoluere: quia occulta sunt relinquẽda iudicio Dei. vj. q. j. c. si oĩa. facit. c. qualiter & q̃n. el. j. in fi. de accu. Itẽ Christ⁹ simpliciter absoluit mulierẽ quã sciebat adulterã. dũ dixit quis te cõdẽnauit mulier: & illa respõdit nemo dñe. dixit Christus. nec ego te cõdẽnabo, vade & amplius noli peccare. vt habeẽ in euangelio. Christi autẽ actio nostra est ĩstructio. vt j. c. ꝓxi. & ij. q. j. c. Deus. & c. significasti. s̃. de elec. & licet iste reus euitet pœnã temporalẽ, nõ euitabit ęternã. secus ecõtrà q̃n iudex habet conscientiã firmã pro reo. non enim debet eum cõdemnare propter probationes: quia innocens non est puniendus: & certè tunc faceret contra cõscientiam si puniret innocentem.

9 ¶ † Vltimò ergo aduerte: quia glo. ineptè posuit additionẽ in fi. dũ dicit ꝙ qui cõtra conscientiã iudicat puniẽ: & tamẽ primò dixerat ꝙ nõ debet iudicare secũdũ conscientiã, sed secũdũ allegata: nec gl. fideliter recitat casum illi⁹ c. cũ ęterni. nã ibi simpliciter nõ diciẽ ꝙ iudicãs cõtra conscientiã sit puniendus. nã si hoc diceret cessaret hæc disceptatio, sed dicit cõtra cõsciẽtiã & cõtra iustitiã. q. d. ꝙ si iudicat simpliciter cõtra iustitiã nõ incurrit pœnã de qua ibi, nisi etiã faciat cõtra cõsciẽtiã nã sæpe iudex iudicat iniustè ꝑ errorẽ, & nõ ex certa scientia. quo casu nõ puniẽ illa pœna de qua ibi: & sic põderãdo illũ text. potes euitare cõtrariũ q̃d de illo multũ strictè formari p̃ot.

10 ¶ † In gl. in ver. *publicũ*. ĩ fi. No. duo ex gl. primò ꝙ si iudex secularis debet impẽdere suũ brachiũ & auxiliũ iudici ecclesiastico, ita iudex eccl̃iasticus debet iuuare seculares cõtra subditos sibi rebelles.

11 ¶ † Secũdò no. ꝙ iudex secularis p̃ot cõpelli ꝑ excõicationẽ ad dandũ familiã & auxiliũ suũ iudici ecclesiastico. Inn. fateẽ hoc primũ. sed dat suas differentias in hoc inter ecclesiasticũ & secularẽ: quia ecclesiasticus p̃ot cõpellere secularem[f] si nõ vellet sibi impendere auxiliũ

vt in

vt in iuribus allegatis in gl. sed non ecōtrà. Quia secularis nō pōt cōpellere eccl'iasticū: qa maior est eo. facit. c. qualiter de iudi. & c. legimus. in fi. xciij. dist. Secūda differētia: quia ecclesiasticus nō tenet iuuare seculare iudicē: puta excōicādo sibi rebelles, nisi prius fiat sibi fides de ꝓcessu: quia nō debet excōicare nisi præmittat ad monitionē & ex iusta cā. sed facta sibi fide ꝙ subdit⁹ iniustè est rebellis debet iudex eccl'iastic⁹ illū bānitū, seu rebellē, vel ꝓscriptū ꝑ iudicē seculare excōicare: sed ecōtrà iudex secularis debet obtēperare iudici ecclesiastico: licet nō faciat sibi fidem de ꝓcessu. Sed posteà Inno. vr̄ se limitare dicēs: ꝙ si extra iudiciū iudex eccl'istic⁹ petit auxiliū à iudice seculari, & cōstat ipsi seculari ꝙ iniustè petit nō tenet nec debet iudex secularis sibi īpēdere auxiliū: quia nō debet eū iuuare ad malū, sed ad bonū: & sic intellige istū tex. ibi cùm dicit: *non ad præiudicandum &c.* nā iudex secularis nō est inferior, sed par iudici ecclesiastico secūdū eū, & ideò nō tenet sibi obtēperare si iniustè petit. facit. xcvj. di. c. cū ad verū. qd' verbū no. Sed si petit auxiliū in iudicio, vt qa ꝓcessit iudicialiter, & nō fuit appellatū nec supplicatū, tenet iudex secularis mādare executiōi sn̄iam iudicis eccl'iastici, nec debet admittere exceptionē iniustā. facit. c. ij. de exce. lib. vj. d. Ant. in hoc instat. & finaliter vr̄ cōcludere ꝙ si est casus in quo iudex secularis pōt cognoscere, nō tenet exeq, nisi sibi faciat fidē de ꝓcessu[a] & vr̄ ꝙ hæc fuit opi. Bar. in. l. diuus. ff. de custo. & exhi. re. & ibi dicit no. ꝑ illū tex. ꝙ si iudex ecclesiasticus tradit cōuictū de hæresi iudici seculari vt ipsum puniat nō tenet illū punire nisi sibi prius ostēdat ꝓcessus, vt sic videat an iustè fuerit processum cōtra illū. Ad idē alle. qd' habet in aut. de san. epis. in §. si verò crimen. ¶ † Sed aduerte: quia in exēplo suo Bar. de directo dixit contra casum. c. vt inquisitionis. in §. prohibemus. de hære. lib. vj. vbi dicit ꝙ de crimine hæresis cū sit merè ecclesiasticū, neq; directè neq; indirectè potest iudex secularis cognoscere: sed pura & nuda executio ad eū pertinet ad requisitionē iudicis ecclesiastici: & tene menti illū tex. Idē putarē dicendū ꝑ illū tex. vbi crimina essent merè ecclesiastica: sed vbi crimina nō essent merè ecclesiastica, tūc si traditur aliquis curiæ seculari: vt qn̄ clericus degradat, iudex secularis non debet eū punire nisi fiat sibi fides de ꝓcessu, quia ille efficit de foro suo, & habet eū iudicare vt subditū: nō aūt vt purus executor. etiā in isto casu loquit tex. in. d. §. si verò crimē. Sed si nō tradit sibi vt sit de foro suo, sed iudex ecclesiasticus petit vt tanquā executor exequatur suam sn̄iam, tūc satis pōt teneri opi. Inn. hìc. vt iudex secularis illā sn̄iam exequat, licet sibi nō fiat fides de ꝓcessu. facit. d. c. ij. de except. lib. vj. In executione em̄ iustitiæ vr̄ iste secularis inferior. arg. xxiij. q. v. in. c. principes. & c. administratores. sed si iudex secularis sciret sententiā iniustā posset dici ꝙ non teneret illā exequi salte in cā criminali: quia nō debet esse executor ad malū cōtra cōscientiā. facit. l. non tm̄. ff. de appel. Et per hoc decidit alia quæstio not. quā posuit Io. and. hìc. & fuit Io. de mon. murlo. Episcopus volebat[b] visitare quendā prælatum inferiorem: ille dixit se esse exemptum, & appellauit ad Papam. Episcopus excōmunicauit illum: & quia ille nō curauit de excōmunicatione petijt à iudice seculari vt daret sibi familiā & auxilium suum: iste verò qui appellabat contradicebat: quærebatur quid facere debebat iudex secularis. & post multa iste qui disputauit cōclusit ꝙ nō tenebatur impendere auxiliū: quia tenet impendere cōtra rebelles & resistentes Epō de facto: secus aūt de iure: & in dubio præsumendū est ꝓ appellāte vt deferat sedi apostolicæ. ar. c. directæ. de appel. & cum hac decisione transeunt hìc cōiter Doc. quod est valde not.[c] ¶ † Quia facit ad multa: vt si subdit⁹ ēt nō exemptus ex iusta cā appellauit nō debet iudex secularis dare suū auxiliū ad petitionē Epi cōtra illū subditū. tn̄ in casu suprà posito fortè aliud posset dici per. c. cùm personæ. de priuil. lib. vj. qa cū aliàs subdit⁹ dicit se exemptū debet exhibere priuilegiū: vel si allegat præscriptionem debet exhibere priuilegiū: qd' sibi tribuit causam præscribēdi: aliàs potest Eps vti iurisdictiōe cū habeat iurisdictionē fundatā de iure cōi: ergo si nō seruat subdit⁹ qd' ibi dicit, pōt Eps legitimè petere auxiliū brachij secularis. vide tn̄ in hoc qd dixi post Inn. in. c. venerabili. j. de censi. ¶ † Item scias ꝙ ab eo qd'. s. dixi, ꝙ iudex eccl'iasticus debet excōicare rebelles iudici seculari, & econtrà iudex secularis debet bannire & animaduertere in rebelles iudici eccl'iastico. Inn. recedit, & vr̄ velle ꝙ nec iste debet illos excōicare, nec iste secularis istos ꝓscribere vel bānire, sed satis est eos vitare. Sed Hosti. tenet primū dictū quod est no. dicēs ꝙ ad petitionē iudicis ecclesiastici iudex secularis debet bannire & punire subditos rebelles & inobedientes iudici ecclesiastico nō curātes de excōicatiōe, ita ecōtrà ad petitionē iudicis secularis debet iudex ecclesiasticus interdicere & excōicare subditos rebelles & proscriptos à iudice seculari. & ad hoc alle. no. dictū Inn. in. c. licet ex suscepto. de fo. cōpe. vbi dixit quòd si aliqui subditi nolūt obedire Imperatori de facto nō succedit Pa. in iurisdictione: sed debet iuuare Imperatorē ad domādū illos subditos: & sic debet etiā præstare auxiliū qd pōt ex his habes optimū remediū ꝓ istis nobilib⁹ repulsis ab eorū dn̄io. nā possent implorare auxiliū ecclesiæ. & eccl'ia debet subditos eis resistētes excōicare & interdicere. ¶ In gl. fi. ibi, *vt sua authoritate. &c.* hæc exposito gl. licet vera sit in se, est tamen satis extranea ad tex. vnde alij doc. exponūt nō ad ꝑiudicādū ecclesiæ. i. quòd ꝑ hoc nō fit ꝑiudiciū ecclesiæ quominus possit iudicare sine auxilio brachij secularis. Alij dicūt nō ad præiudicādū. s. illi cōtra quē petit auxiliū: quia nō debet auxiliū īpendēdi cōtra iustitiā. & hoc etiā sentit Inn. vt dixi. s. vel secundū Hos. non ad ꝑiudicādū. i. quòd per hoc præiudicat iudici seculari quominus posset punire & īponere pœnā tēporalē, sed hæc opi. sibi nō placet, qa nō debet qs bis iudicari. xxiij. q. v. c. quid ergo. & i. l. licet. ff. nau. cau. sta. nisi dicat quòd iudex ecclesiasticus imponat pœnā spiritualē, seu pœnitentiā, iudex verò secularis imponit pœnā tēporalē, sed hoc nō placet Host. quia ecclesia debet defendere pœnitētē. xj. q. j. c. aliud. & sic trāsit Io. an. cū Host. ¶ † Ex hac opi. posset colligi not. dictū si opi. esset vera. s. quòd punitus[d] spirituali vel temporali pœna per iudicem ecclesiasticum[e]. nō debet puniri de eodem delicto per iudicem secularem. sed domini Anto. non placet hæc sententia, concludendo quòd qualitercunq; fuerit punitus à iudice ecclesiastico, potest tēporaliter puniri per iudicem secularem si est de sua iurisdictione. alleg. no. per Inn. in. c. dilectus. de pur. ca. & per eum in. c. de his. de accu. ego verò puto quòd hoc sit indistinctè verū: sed vide ad hoc tex. no. in. c. felicis de pœnis. lib. vj. & ibi Ioan. an. dicit istam quæstionem fuisse disputatam. vnde vide ibi per eum: & quod no. in simili Bart. in. l. ij. ff. vi bo. rap. vide quod dixi in. c. cùm sit generale. & in dicto. c. de his.

a ¶ Fidē de processu. Adde videndum Old. consi. lxxxix. incip. Episcop⁹.

b SEB. SAPIA. ¶ Eps volebat. Vide ad hoc Oldr. in cōsi. lxxxix. & Pet. de Ancha. in regula. ea quæ. in ver. quæstio. de regu. iur. in. vj.

c ¶ Valde no. Adde Old. cōsi. alle. & facit ꝙ promittens aliquē defendere nō tenet defendere iniustè. vt voluit Anch. cōsi. clxxx. & Are. cōs. cxliiij. Anto. Francis. ¶ Ad hoc ad qd teneat ꝓmittens aliquē defendere: dicas ꝙ intelligit obligatus defendere de iure: & nō de facto, & iustè & nō iniustè: vt ꝑ Bar. i. l. dāni. la vlti. fi. de dā. in fect. & in. l. stipulatio ista. ī princ. ī pe. co. ff. de verb. ob. & hr̄ per Bal. ī. l. fi. in ver. q̄rūt. Doct. C. de actio. empt. Si aūt promisisset defendere de iure & de facto, ad qd teneat. vide Bar. in. l. in il la stipl'one per te nō fieri. ff. de ver. ob. vbi dicit ꝙ debet defendere si mouetur lis de iure vel de facto. & debet ꝓducere testes & iura, & soluere sumptus & expēsas. nō tn̄ tenet defendere cū armis, nec armata manu resistere. qd' ēt voluit bal. in palle. l. fin. C. de act. emp. & habet ꝑ Cyn. ī. l. j. ff. qd' vi aut clā. & vide ꝑ Alex. in. l. stipulatio ista. ff. de verbo. oblig. dicit tn̄ Bar. in. j. constitutione ffōrū. in. §. omnem. in. iij. co lum. ꝙ qui tenet alium defendere, tenetur etiā cō armis defendre: qd puto intelligēdū ꝙ qs tenet defendere ex iuris dispositione: puta patriā suā. vt ī. l. j. in. §. fin. & ibi ꝑ Bar. ff. de iusti. & iu. Et adde ꝙ quis non cogitur aliū defendere si non vult. imò potest ꝓciū recipere vt defendat. l. metū. §. sed licet. & ibi Bar. ff. quod met. cau. & in. l. j. §. sed neq;. ff. ad silla. & ideò dicit Bal. in. l. j in. iiij. col. C. de ser. fug. ꝙ qui potest defendere & non defendit, non dicit opem vel fauorem præstare. & dicebat Barto. in. d. §. sed neq;. ꝙ qui pōt alium defendere ne occidatur & nō defendit: nō tenetur, nisi aliàs sit particeps & conscius criminis. Item an pater teneatur defendere filium, & ecōtrà. & de alijs personis quæ tenentur defendere. vide per Spe. in tit. de act. in ver. sed quæritur vtrum pater.

d SEB. SAPIA. ¶ Punitus. Vide de hac. q. latè per Bal. & Moder. in l. cunctos populos. C. de sum. tri. & fi. catho. vbi latè tractant an & quando quis potest duplici pœna puniri.

e Iudicem ecclesiasticum. Adde quod voluit Are. consi. lxvj.

SUMMARIUM.

1 *Sacerdos non dicitur scire pro certo illud quod scit in confeßione quia potuit ille nõ verum dicere.12.*
2 *Criminosus cuius delicta non possunt probari non potest puniri.5.6.*
3 *Sacerdos potest in genere crimen sibi confessatum redarguere.*
4 *Excommunicatio potest ferri in incertam personam ratione furti, & similium.*
5 *Sacerdos potest sine peccato ministrare coram excommunicato, & eidem eucharistiam tradere si solus scit eum esse excommunicatum, & nõ potest aliter probari.6.*
7 *Sacerdos adductus in testem potest liberè iurare se nescire, licet illud sciat in confeßione: secus si scit in pœnitentia circa confessionem.*
Testis potest & debet testificari de re quam iurauit prius nemini dicere.
8 *Excommunicare an posßit quilibet sacerdos?*
9 *Excommunicare põt aliquis ratione consuetudinis.*
10 *Excommunicatio est meri imperij: nec debet ferri sine causæ cognitione.*
11 *Excommunicatio non debet fulminari, nisi præcesserit trina monitio.*
13 *Delicta quantumcunque occulta ligant ex constitutione vel excommunicatione.*
14 *Excommunicans si intendit vnum ex duobus excommunicare, & nescitur quis sit: quis eorum erit excommunicatus?*
15 *Sacerdos si intendebat consecrare singulas hostias quas habebat in conspectu, quas tamen putabat esse decem, & in veritate erant plures, an oẽs, vel quæ erunt consecratæ?*

SEB. SAPIA.

a ¶ Certa sciẽtia. Qñ dicaᵗ certa sciẽtia vltra allegata per Andr. siculũ hic vide latè Alex. in l. j. col. iiij. cum seq. ff. si cer. pet. & ex his quæ dicit hic dñs Abb. colligiᵗ ꝙ confessio facta sacerdoti nõ ꝓbat in foro iudiciali, cùm cẽseatur facta deo. & ita no. Bal. in l. archigerõtes. C. de epiſ. audi. qđ tñ limita vt nõ ꝓcedat in cã matrimonij vt est gl. in c. tua nos. de spon sal. quã ad hoc reputat sing. Ludo. ro. in l. si nõ spãli. C. de testa. & do. Iaſ. in l. j. §. huius studij. ff. de iusti. & iure. vbi arguit de isto tex. contra dicta ibi per Doctores.

b ¶ Reũ criminis. Adde Oldr. cõsil. lxxxj.

c ¶ Non potest ꝓbare. Adde quod voluit Cal. consil. iiij. de sen. excom.

ZACHARIAS. ¶ Quòd non. Adde quòd posui in apost. ad Istũ in c. lectæ. in fi. in apostil. in versi. de voluntate. s. de renũ. vbi remisiuè teti gi hãc quęstionẽ.

e ¶ Quod nõ reuelet. Adde quod voluit Alexã. consi. clxxiij.

ZACHARIAS. ¶ Adde ita tenere in proprijs terminis Inn. in c. qualiter & qñ. lo. j. j. de accusa.

CAP. II.

latis, cui facta fuit delegatio: nam quãdoq; causa cõmittitur prelato expresso noie dignitatis, quo casu successor succedit in onere & honore. qñq; cõmissio fuit facta expresso noie proprio tantũ: & tunc successor se nõ intromittit de causa delegata: succedit enĩ solũ in dignitate: dicit tamẽ ꝙ licet iurisdictio sit onus, debet tamẽ honor iudici propter iurisdictionẽ. vt in c. vt debitus. de app. vide glo. in c. si cõtra vnũ. de offi. deleg. li. vj. c. Archi. viij. q. j. c. qui episcopatũ. ¶ †In gl. in ver. *præterquã in mortis &c.* No. gl. istã quæ quotidie solet allegari, & maximè in fine sui: in eo quod dicit ꝙ laico licitũ est cõfiteri tpe necessitis[a], sed laicus non põt absoluere vel ligare: qa non habet claues ecclesiæ: & hæc opin. verissima est. & ꝓbat. de pœ. dist. j. c. quẽ pœnitet. vbi Ang. dicit ꝙ per talẽ cõfessionẽ iste confitẽs est dignus venia, & idẽ dicit respectu excõicationis. nam cõterendo & confitendo peccatũ suũ per quod fuit excõmunicatus, & petẽdo absolutionem quãtum in eo est, consequitur illam absolutionẽ à Deo. sed in eo quod gl. cõcludit ꝙ trãsfretare volenti nõ subest iustum periculum vt possit absolui. aliud sensit in obsesso, vel in volente intrare bellum cãpestre cõtra saracenos. dicit Hosti. ꝙ in trãsfretare volente sequit̃ ista opin. sed in obsesso debent cõsiderari circũstantiæ, vtrũ castrũ expugnetur cũ machinis: & tũc qa in oĩb⁹ imminet periculũ poterit quilibet petere absolutionẽ: dũmodo foueat iustum bellũ: aliàs enim cũ sint in peccato, nõ pñt absolui: vt in c. quod quidã. j. de pœ. & re. & idẽ dicit ex parte impugnantium: vt si foueant iustũ bellũ, possunt petere absolutionẽ. nã & eis imminet periculũ propter balistarios qui sunt in arce, vel instrumenta similia: si aũt castrũ non sic expugnat̃: sed exercitus stat à longè: & sic nõ subest periculũ, non põt fieri hæc absolutio. Conclude breuiter, ꝙ semper debet cõsiderari vtrũ verisimiliter immineat periculũ mortis. nã lõgũ esset ꝑ particulares casus discurrere. dubitat etiã hîc Hosti. in muliere prægnãte, nunqd dicat̃ esse in periculo mortis tẽpore partus, vt sic possit absolui ab excõicatiõe, cuius absolutio est reseruata Papæ, vel alteri superiori absenti: & primò dicit distinguendum: si sit corpulenta, & sine periculo cõsueuit parère, & tunc non põt absolui: aliàs secus. postmodũ dicit ꝙ experientia docet ꝙ etiam fortissimæ mulieres solẽt deficere in partu. ideò iusta videt̃ cã absoluẽdi: maximè, qa nulli fit prejudiciũ, quia si euasit mortẽ, debet se repræsentare superiori, & parère mandatis suis: aliàs reincidit in excõicationẽ: vt in c. eos qui. de sen. excõ. li. vj. ¶ In glo. pe. ibi: *vel secundũ leges.* glo. videt̃ velle hîc facere differentiã inter leges & canones quo ad cursum præscriptiõis, quod non procedit. nã inter leges & canones nõ est differẽtia. nã iura quæ dicũt quadragenariã requiri præscriptionẽ: vt in c. de quarta. de ꝓscrip. loquũtur de præscriptione cõtra ecclesiã: & idẽ est de iure ciuili: vt in aut. quas actiones. C. de sac. san. eccle. dic ergo ꝙ si præscribitur contra ecclesiã, requiritur tẽpus. xl. annorũ: si cõtra priuatũ, tũc sufficit ꝓscriptio. x. annorũ inter præsentes, & xx. inter absentes, si præscribẽs habet titulũ: aliàs requiritur tẽpus xxx. annorũ. vt in l. si qs emptionis. C. de ꝓscri. xxx. vel. xl. annorũ. ¶ †Et no. bene istam gl. ꝙ missus in possessionẽ in reali prescribit contra reum, & ꝙ iudicis decretũ dat sibi titulũ ꝓscribendi: & vide ad materiã quod not. Specu. in titu. de primo & secundo decreto. §. iam de effectu. ver. & no. ꝙ præmissa cũ versi. seq. ¶ Quæro extra glos. corã quo ordinario est præstanda hæc cautio? Solu. Di. Pet. & Alber. hîc, ꝙ corã ordinario illius causæ. quasi dicant ꝙ si causa est temporalis, tunc corã iudice seculari: si est causa ecclesiastica, tunc coram iudice ecclesiastico: dicunt tamen sufficere ꝙ præstetur corã quocunq; ordinario. & idem Specu. in loco prælleg. & no. bene ex hoc dicto, quòd ordinarius potest stipulari sibi, nõ subdito: est enim publica persona: & actus stipulationis est voluntarius. Item dicunt hîc doct. & Specu. in loco præalleg. ꝙ licet non seruetur ordo istius literę, vt quia cautio præstatur publicis personis: & nõ ordinario: non tñ propter hoc vitiatur: nam & publica persona potest alteri stipulari: vt dixi in c. dudum. de conuer. coniu. ¶ †Quæ autem dicantur hîc publicæ & honestæ personæ. Io. an. videtur exponere literã in tabellionibus, sacerdotib⁹, & honestis vicinis: quod mihi non placet in eo, ꝙ dicit de sacerdotibus & vicinis. quia sacerdos nõ potest stipulari alteri: nisi in spectantibus ad officiũ suum: pro hoc text. in c. quãquã. de vsu. li. vj. & quod not. Gul. in l. j. ff. de iusti. & iur. Vicini autẽ non possunt alteri stipulari: vt in §. alteri. de in stitu. de inuti. stipu. & in d. c. quãquã. & ideò plus placet dictum Spec. in d. §. versi. si quis. qui intelligit tex. in tabellionibus, qui sunt publicę personę: vel in habẽte dignitatem cũ iurisdictione. ¶ No. hoc vltimũ[b], quòd quilibet prælatus habẽs iurisdictionẽ potest alteri etiam nõ subdito stipulari, quasi sit publica persona. An autẽ requirantur plures publicæ personæ, dicꝙ non: sufficit enim vn⁹ notarius cũ testibus: vt in d. c. quãquã. & ad istũ text. dic quòd habuit respectum ad pluralitatem causarum. simile in c. vt priuilegia. de priuileg. quod tenet Specul. in loco præallega.

ZACHARIAS.

a ¶ Tempore necessitatis. Adde de hoc per Car. in cle. dudũ. §. ac deinde. de sepul. Feli. plenissimè hîc. in col. vij. versi. licitũ est conferri laico. qui oẽs quasi vno ore loq visi sunt post glos. in summa. de pœ. dist. vj.

SEB. SAPIA.

b ¶ Hoc vltimũ. Vide Abb. & alios. ĩ c. dudũ. de cõuer. cõiu. Imo. ĩ. c. fi. de sepul. Ant. de bu. in proœ. huius libri. vbi etiã. d. Ab. & Bal. in l. rõnes. ad fin. C. de ꝓba. Spec. in tit. de instru. edi. §. nunc verò aliqua. vers. sed pone.

c ¶ A correctione. Adde Ro. consil. cccl j.

SVMMARIVM.

1. *Appellari an possit à correctione superioris?* 4.
2. *Clausula appellatione remota, quomodo intelligatur?*
3. *Princeps rescribendo ordinario, an & quando censeatur suam iurisdictionem excitare, vel ipsum delegatum facere?*
5. *Secularium appellatione non veniunt clerici seculares.*
6. *Iudex habens ordinariam & delegatam, an in dubio procedat tanquã ordinarius, an tanquam delegatus?*

CAP. XII.

Licet. Papa per rescriptũ quo mandat ordinario vt subditos suos corrigat: non facit ex hoc ipsum delegatũ: ideò ab eo poterit appellari ad proximũ superiorẽ, sicut si Papa nullũ mandatũ sibi fecisset. Primò ponit formam rescripti, quã secundò declarat ibi: *quia tamen.* ¶ Casus literalis. Eṗs Parisiẽsis recepit in mãdatis à dño Papa vt tã circa regulares quã seculares, suę iurisdictiõis, q multa & grauia cõmtttere dicebant̃, inquirat, & corrigat appellatione remota quæ videntur corrigẽda: & statuat ad reformationẽ eorũ quod iustũ fuerit & honestum: occasione huius mandati dicebat Eṗs Parisiensis quòd null⁹ subditus suus à correctione sua ad Metropolitanum poterat appellare, cùm in mandato suo appellationis remedium sit inhibitũ, Archiepiscopus Senoñ. Metropolitanus eius significauit hoc domino Papæ: & ipse respõdet ei dicens, ꝙ licet in corrigendis excessibus appellationis remediũ sit inhibitum, nõ tamen fuit intentionis Papæ: nec esse debuit iurisdictioni Archieṗi per mãdatũ huiusmodi derogare. vnde si aliquis casus emerserit in inquisitionibus faciendis à dicto Eṗo, non tanquã delegato, sed tanquã ordinario in quo licitum sit appellare, nõ vult papa derogare authoritati ipsius Archieṗi occasione dicti mandati, quominus licitum sit cuilibet ad ipsum Archieṗm tanquã ad Metropolitanum liberè appellare. Ber. ¶ †Not. j. ꝙ à correctione[c] regulariter nõ appellatur: ratio est: quia ille qui corrigit, nõ grauat. Appellatio verò fundata est super grauamine: vt in capitul. vt debitus. de appellatio. si tamen superior in corrigendo excederet modum, tunc bene appellari potest: vt hîc in fine. & in capi. de priore. j. de appel. & c. reprehẽsibilis. eo. tit. vnde hodie non video aliquam differentiam inter alias causas, & causam correctionis: quia hodie appellari non potest

nisi quis grauetur: vt in.d.c. vt debitus. & idem in causa correctionis. Sed credo quòd secundū iura antiqua procedebat hæc specialitas in correctione: nam de iure antiquo non erat necesse exprimere cām in appellatione, sed indifferenter admittebatur appellatio, nisi fuisset manifestè friuola. vnde oīs appellatio deuoluebat olim cām ad superiorē: vt no.ij.q.vj.c.ad romanā.& dixi in.d.c. vt debitus. sed in causa correctionis erat illud spāle, vt non admitteretur appellatio, nisi præcederet causa rationabilis: quia præsumebatur interposita ad subterfugiendam debitam correctionē. ¶ † Secundò no. ꝙ remotio appellationis facta in rescripto apostolico recipit vires secundum naturā causæ cui adijcitur: nam si appellatio remouetur in causa correctionis, intelligitur: nisi superior excadat modum[a] in corrigendo: quia hoc est de natura ipsi⁹ correctionis. nam vides hîc ꝙ Papa scribendo isti appellatiōe remota nihil noui induxit. sed videt se retulisse ad terminos iuris. vt patet hîc in prin. literæ. vnde remotio appellationis nō operat hîc vim de qua in.c. pastoralis.j. de appel. quod est bene notandū, pro statutis & alijs dispositionibus odiosis, vt si dispōnāt in materia iuris, intelligatur secundū ius. facit quod leg. & no. in.c. ex parte.j. de ver. signi. el. iij. & per Bar. in.l.j.ff. ad le. fal. ¶ Tertiò no. Episcopū habere iurisdictionē ordinariā super criminibus, tam contra religiosos quā cōtra clericos seculares, & contra vtrosq; potest procedere inquisitiōis via, & indubiè hoc procedit in clericis secularib⁹: vt in.c. qualiter & quādo. de accu. Idem in religiosis, intelligendo ꝙ vult procedere super grauibus criminibus. de quibus hîc fit mentio: nā grauia crimina exposcunt depositionem: vt in c. tuæ. de pœnis. quo casu Eps solus pōt procedere contra clericum etiā religiosum: quia depositio non pōt fieri per inferiorē. xv.q.vij.c. felix. &.c. Eps. & hoc casu pōt in telligi tex. in.c. monasteria. xviij.q.ij. vbi dicitur ꝙ monasteria sunt sub disciplina Episcoporū. ¶ No. ibi: *statuentes ad reformationē &c.* quòd Episcopus non solū pōt corrigere subditos, sed etiā statuta facere ad reformationem morū[b]: nō tamen potest statuere cōtra canones: vt ibi patet ibi: *quod regulare fuit & honestum.* debet ergo statuere secundū regulas canonū: potest eñ præter ius canonicū statuere. Itē etiā apponere pœnā vbi ius nō apponit, vel augere: vt in.c.ij. de consti. li.vj. no. glo. in cle. ne romani. de elect. plenius per Io.an. in.c. fi. de of. ar. presby. ¶ † Itē not. ꝙ superior scribendo iudici inferiori vt procedat cōtra subditos, seu vt faciat id ad quod aliâs tenebat: nō dicitur facere eum delegatū: sed potius dicitur excitare[c] officium suū ordinariū: & ad hoc quotidie allegat iste text. & concor. ad hoc.c. penul.j. eo. quod intelligo vt prædixi, quādo mandat id ad quod aliâs inferior tenebatur: sed si mandatur habenti potestatē, qui non tenebatur illud facere saltem ita precisè vt mandatur, tunc videt facere eū delegatū. ad hoc adduco tex. cū gl. not. in.c. cū aliquibus. de rescrip. lib. vj. vbi dicitur ꝙ si Papa mandat Epo vt cōferat beneficium vacans seu vacaturū certæ personæ, vel vt recipiat eū in canonicū: vr in hoc facere eū delegatū, ita ꝙ recept⁹ vigore mādati erit apostolic⁹, & nō ordinari⁹. ratio: Eps haberet potestatē cōferendi, & teneret cōferre, non tamē isti, pro quo Papa mādauit. vnde mandatum hoc habet de nouo: & sic nō videt facere tanquā ordinarius: & sic limito istū tex. cū materia sua. Ideò dicūt hîc doc. ꝙ vbi apponitur in mandato aliquid quod non spectat ad ordinariam potestatē, videt mādatorillū facere delegatū: vt puta si in rescripto appōit clausula appellatione remota: erit talis causa in qua appellatio nō est à iure remota. Idem si dixisset: authoritate nostra facias. ad hoc tex. in.d.c. cū aliquibus. & tex. cū glos. in.c.j. de clerico ęgro. li. vj. vel si dixisset: delegamus vel committimus tibi hāc cām, vel verba similia. Cōcludo ergo ꝙ vbi p superiorem scribitur ordinario inferiori, ex circunstantijs debet deprehendi vtrum voluerit eum facere delegatū, an excitare officiū suū ordinarium. ¶ Vltimò potes hîc colligere quòd nedū in ciuilibus: sed etiā in criminalibus potest appellari de Epo ad Archiepiscopū: & nō solū cū procedit per accusationē, sed etiā per viā inquisitionis. ¶ † In gl.j. ibi: *sed de expurgatione.* Item secundū doct. ibi loquit text. de delicto famoso: hîc verò de delicto notorio. quasi sentiant doc. id quod.j. subijcitur in fi. glos. vt à correctione nō possit appellari qn̄ delictū est notoriū: secus si nō est notoriū: sed dic vt.s. dixi ꝙ vbicūq; pōt procedere grauamen, potest appellari: aliâs secus. vnde in delicto notorio pōt appellari, si superior excederet modū in corrigēdo: vt in.d.c. reprehensibilis. & dicit hîc Host. inter cętera, ꝙ legitima causa appellādi est si superior corrigens laborat eodē crimine, pari, vel minori, æquè, plus notorio. alleg. iij.q.vij.c. iudicet. & sic dicit intelligendū c. de priore. de appel. cū hoc dicto trāsit hîc Io.an. & cōiter doc. & si esset verū, foret multū notabile. Sed ego nō puto de iure procedere: quia ex quo superior toleratur in officio quātūcunq; sit criminosus, pōt subditū corrigere: quia non corrigit ex merito personæ, sed ex potestate officij, quā nō perdit ipso iure licet sit criminosus: vñ multi Reges vt Dauid, Saul, & Salomon, dabant sententias, & corrigebāt subditos, licet ipsi essent criminosi: vt dicit Gratianus. iij.q.vij.c. sacerdos. §. fi. Itē vide quod dixi post Inno. in.c. sciscitatus. de rescrip. & per eūdē in.c. cū venerabilis. de except. vtrobiq; eñ vult ꝙ de crimine non pōt excipi cōtra ordinariū, aut cōtra delegatū: nisi diceretur speciale: cū superior procedit ex officio ad correctionē: vt si laborat crimine notorio, possit inferior ex hoc appellare. quod videtur tenere idē Hostiē. vt recitat Io.an. in.c.j. de censi. li. vj. sed hoc dictū iure non probat & ad.c. iudicet. dic vt no. Gratianus in.d. §. fi.: & dixi in.c. sciscitatus. tene tñ semper menti dictū Hosti. quia nō reperio damnatū p doct. & vide ad prædicta bo. gl. in.c. cū nō liceat. de pręscrip. & quod ibi dixi. & quod not. xxxij. distin.c. nullus. &.c. præter hoc. ¶ † In glo. ij. ibi: *qui verè seculares.* No. glo. quat clerici qui nō sunt alicuius religionis dicunt clerici seculares. participant eñ religiosis: & in hoc appellant clerici. Itē participāt laicis, & hoc respectu appellant seculares: nō tñ sunt verè & ꝑpriè seculares: & sic appellatiōe seculariū nō veniūt clerici. † Extra gl. quæro, quid si iste Eps Parisiensis putabat se delegatū Papæ, & vt tanquā delegatus processit, nunquid valeat processus, saltē potestate ordinaria? & dic ꝙ nō: quia processit authoritate quā non habebat: quia secundū illā nō intendebat procedere: pro hoc tex. in.c. cum super Abbatia.s. de offi. dele. & in.c. ex parte astensis. de cōces. prębē. & hanc opi. tenet Bar. in.l. vnica. C. qui sua iuris. no. in.c. cū ex officij. de præscrip. & ibi habetur qd in dubio, vtrū habens ordinariam & delegatā videat procedere vt ordinarius, an vt delegatus: vel vtraq; via: & dic vt ibi dicet.

a ¶ Excedat modū. Adde Old. consi. cvj.
¶ Adde Feli. in.c.j. col.ij. ver. amplia & ibi istū nu.j. & quod posui ibi in apostil. ad ipsum in ver. personā. s. de rescri. & Alex. consi. cvij. vol. iiij.
SEB. SAPIA.
b ¶ Reformationē morū. Qūo hoc procedat, ꝙ Eps nō possit statuere cōtra canones. vide pulchrè p dñm meū Rochū Curtiū in.c. fi. colum. xxxvj. de cōsue. vide.d. Ias. in.l. ius ciuile. ff. de iust. & iur. & in.l. & si p tor. ff. de offi. eius cui māda. est iuris dic. & latè p Feli. hîc.
c ¶ Excitare. Adde Ang. cōsi. ccxiiij.

SVMMARIVM

1 *Iurisdictio si fuerit præscripta, intantum est penes præscribentem inquantum ipse est solicitus in ea exercenda: aliâs potest ordinarius supplere.* 2.
3 *Vniuersitas tunc dicitur committere maleficium, quando facit communicato consilio, aliâs secus.*
4 *Aduocatus an possit esse iudex in causa in qua fuit aduocatus.*

CAP. XIII.

IRrefragabili. ¶ Prælati subditos corrigunt & reformāt appellatione remota, vel consuetudine non obstante: si tamen capitulū consueuit corrigere excessus canonicorum: & si intra terminum ab Episcopo præfigendum non facit: ipse Episcopus hoc

hoc faciet.h.d.vsq ad.§.cæterum.habet duo dicta.secundum ibi: *excessus.* ¶ Casus literalis. In principio statuit concilium, quòd prælati ecclesiarum prudenter ac diligenter intendant circa correctionem subditorũ suorũ, & præcipuè clericorum, ne sanguis eorũ de prælatorũ manibus requiratur:vt aũt liberius correctionis officium valeant exercere,decernit ꝙ nulla consuetudo vel appellatio ipsorum officiũ valeat impedire:nisi modus canonicus in talibus excedatur:tamẽ excessus canonicorũ cathedralis ecclesiæ, qui cõsueuerunt corrigi per capitulũ ad cõmonitionẽ Episcopi infra certũ terminũ præfigendũ ab ipso per ipsum capitulũ corrigat illis in qbus talis fuit cõsuetudo:& si capitulũ negligẽs fuerit Eps extũc deũ habẽs præ oculis ipsos corrigat appellatione remota. B.

a ¶ No.j.ibi. *irrefragabili.* [a] ꝓ significato huius verbi: idẽ enĩ est dicere ꝙ irretractabili & generali &c. ¶ No.ij.ꝙ quilibet prælatus habens subditos põt & debet ꝓcedere ad correctionẽ excessuum, & reformationem morũ:& no.ꝙ corrigere & reformare ponuntur hîc vt diuersa:data ergo ptãte reformãdi non venit ptãs corrigendi.¶ Itẽ no.ꝙ contra correctionẽ & morũ reformationẽ nulla cõsuetudo põt allegari:& tene hoc menti: nã non valet consuetudo cõtra honestatẽ:ad hoc de vita & hone.cle.in.c.cũ decorẽ.&quod ibi no.¶ Item no.ꝙ à reformatiõe morũ & correctione excessuũ põt appellari,si in talibus modus excedatur,aliâs aũt secus. ¶ No. in.§.excessus.quia licet nõ valeat cõsuetudo correctionis impeditiua,valet tamẽ inquantũ est ptãtis translatiua.vt quia deuoluit ptãtem ad aliũ superiorem:& sic debes reducere hunc tex.ad concordiã,qui videt prima fronte sibi cõtrarius:nam in primo responso tollit cõsuetudinem.in secũdo eã admittit:& per hoc tollitur vnũ dictũ.d. Ant.hîc qui dixit per istũ tex.ꝙ Papa ꝓcedit tollẽdo generaliter cõsuetudinẽ per quã ius est acquisitũ priuato:vt in.§.excessus.vt dixi:hæc litera hoc nõ probat.quia primò tollit cõsuetudinẽ,quatenus impedit correctionẽ:secũdò admittit,quatenus trãsfert potestatẽ in aliũ.Itẽ per consuetudinem nũquã acquiritur ius priuato:est enim quædã lex publica & in hoc differt à præscriptione:vt dixi plenè in.c.fi.de consue.sed bene fateor ꝙ tollendo consuetudinẽ non tollit præscriptionẽ.quia præscriptio est qd diuersum à cõsuetudine:vt in.d.c.fi.

1 ¶ † Itẽ no.& tene menti,ꝙ inferior præscribendo cõtra Episcopũ videtur acqrere iurisdictionem inquãtũ est solicitus & vigil in ea exercẽda:sed data ipsius negligentia põt Episcopus suã iurisdictionẽ generalẽ exercere:qđ est valde no.Idẽ dic vbi lex dat in specie iurisdictionẽ alicui,adimendo eam ab ordinario generali:videt enim eã illi cõferre inquantũ est vigil & solicitus in exercẽdo:aliâs aũt ipse ordinarius põt illã exercere. tex.est no.in.c.cæterũ.de iud.vbi patet ꝙ si dominus feudi est negligens in exercẽdo iustitiã inter vasallos,ordinarius loci põt supplere.¶ Item no.ꝙ in dubio inferior præscribẽdo cõtra superiorẽ vel par cõtra parem,videtur præscribere iurisdictionẽ exclusiuè ad ipsum superiorẽ:& hîc videtur iudicio meo casus contra opin. Ioan.an.in.c.pastoralis.s̃.eo.licet Do.intelligãt ꝙ hic fuit ita præscriptũ,licet iudicio meo diuinẽt: nã tex.hic solũ dicit ꝙ excessus canonicorũ qui cõsueuerunt corrigi per capitulũ debẽt per ipm capitulũ & nõ per Episcopum corrigi,nisi capitulum sit negligẽs. ergo in dubio ex quo solũ capitulum correxit excessus canonicorũ per tempus quod sufficit ad præscriptionẽ,videtur præscripsisse nõ accumulatiuè ad Episcopum,sed exclusiuè:& facit.c. auditis &.d.c.cũ olim.de præscri.& dixi in.d.c.pastoralis.¶ Vlti.no. practicam conuincendi inferiorẽ de negligentia. debet enim sibi statui terminus per superiorẽ ad actũ faciendũ,quo elapso poterit superior supplere.

2 ¶ † Et sic no.ꝙ si Archidiaconus vel ali⁹ citra Episcopum præscripsit iurisdictionem episcopalem in quibusdã casibus,& ille est negligens in exercendo,poterit Episcopus illã iurisdictionem exercere:nec est necesse recurrere ad alium superiorem. videtur enim eam perdidisse inquãtum præscribens velit vti: qđ bene no.¶ Potes etiam colligere ꝙ vniuersitas potest præscribere iurisdictionem in singulos de vniuersitate.& quòd ipsum corpus seu collegium non dicitur suspectum in correctione singulorum,& quòd ipsum collegium per se potest exercere hanc iurisdictionem.Ex quo infertur quòd cùm capitulum succedit in iurisdictione sede vacante,non tenetur si non vult constituere vicariũ, sed potest per se iurisdictionem exercere: est tamen vtile secundũ Host.propter difficultatẽ, & cõtradictionem & absentiã aliquorũ,vt capitulũ cõmittat vni vel duobus:est ergo vtile,sed non necessariũ. ¶ In gl.j.in fi. & dic ꝙ tũc excusatur prælatus quãdo fecit quicquid potuit ad inquirendum & corrigendũ subditorum excessus: & hoc casu habet locũ authoritas apostolici in fi.gl. alle.¶ Sed extra gl.quæritur, quid intẽdit litera dum dicit,ne sanguis eorũ de suis manibus requiratur.Solu.Doc.exponunt dupliciter.primò vt sanguis hîc capiatur pro anima: nã dicitur ꝙ anima habet sedẽ in sanguine: quia non põt habitare in sicco.xxxij.q.ij. c. Moyses.qđ tamẽ quidã reprobant in anima intellectiua: quia anima est tota in toto,&tota in qualibet eius parte.secũdo modo exponitur vt sanguis capiatur hîc pro peccato.nam aggrauatur prælatus ex peccato subditorũ suorum si nõ corrigit ꝓut debet,quãtuncũq ipse sit bonus in se: vt in.c.licet heli.de simo.in princ.& quælibet expositio in se est bona:nã sensus literæ in effectu est,ꝙ si prælatus est negligens,punietur apud Deũ de peccato & perditiõe subditorum & dic de manibus suis.i.de operibus prælatorũ.¶ In gl.ij.ibi: *non præscribitur contra episcopum.* Aduerte,quia hoc videt prima fronte cõtra tex.in.§.excessus,vbi capitulum præscribit cõtra Episcopũ:sed dic gl.ꝓcedere,quãdo subditus vult præscribere vt non corrigatur, vel vt nõ obediat,& sic actiuè intendit præscribere:secus si pasiuè:vt quia alius vult præscribere potestatem corrigendi in ipsis subditis contra Episcopũ:tunc enim procedit præscriptio quia hoc casu non præscribitur obediẽtia,nec impeditur correctio,sed potestas transfertur in aliũ:& sic intellige quod gl.j̃.subijcit de Archidiacono. ¶ In gl.in ver. per capitulum ibi: *sed quilibet est coniudex.* Inn.dicit & melius, ꝙ nullus canonicorũ est iudex vel coniudex, sed iurisdictio est penes capitulũ:& sic ipsum corpus collegij est iudex duntaxat.& idẽ est in omni alio collegio seu vniuersitate, vt iurisdictio non sit penes singulos, sed penes ipsum corpus collegij:nã aliud singuli,aliud vniuersitas.xij.q.ij.in.c.Episcopus.§.qui manumittitur.& in.l.sicut,ff.quòd cuius.vni.

3 ¶ † Vbi gl. dicit not.ꝙ si homines vnius vniuersitatis vel ciuitatis aliquẽ insultũ fecerint,nõ dicitur vniuersitas fecisse,nisi fuerint congregati vt vniuersitas,& cõicato consilio [b] hoc fecerint:aliâs videntur fecisse vt singuli.ad idẽ vide qđ not. Inn.in.c.cũ non ignores.j̃.de præben.Et in fin. gl.Conclude mentẽ gl. per verba pauciora & clariora,cũ quæritur de deuolutione fiẽda de capitulo ad Episcopum.ꝙ aut potestas eligendi seu corrigendi de iure cõmuni vel iure spirituali pertinet ad Episcopum, vel capitulum simul,& tunc potestas in casu negligentiæ non deuoluitur ad Episcopum,sed ad Archiepiscopum: quia cùm Episcopus est negligens,non debet ipse supplere ipsius negligẽtiam.ad hoc quod leg.& no.in.c.postulastis.de concel. præbẽ.& in.c.ij.eo.tit.Aut hæc potestas pertinet principaliter ad capitulum: & tunc si Episco-

a SEB. SAPIA. ¶ Irrefragabili.Vide quod per istũ tex.voluit Abb. in.c.ab excõicato.in gl.in ver.exequãtur.in fi.de rescrip.& Abb.in.c. licet ex suscepto.col.vj.& in repet.c.si quis cõtra clericum.col.xxviij.de for.cõpe.& in.c.cæterũ.in.iiij.no.j.de iud.& Car.in.c.si diligẽti.in fi.de fo.cõpe.

b ZACHARIAS. ¶ Cõmunicato consilio.Adde Iac.rebuf. idem tenentẽ in.l.quinq casus. num.j.ij.&. iij.& quasi per totam.l.& vtrobiq ĩ apo. Celsi ad ipsum, vbi an hoc casu nõ præsentes puniantur: & vtrũ ratificatio delicti p singulares cõmissi facta per vniuersitatẽ faciat illã teneri & quãdo.C.de decu.li.x.de quo per Feli.in.c.dilectus. lo.ij. post istum. col.vj.ver.vj.inq̃tũ oẽs.j.de simo. Pet.de ancha.consi.cliiij. incip. Ex narratis.colũ.vij. versi.& si dicatur. dixi plenè in apo. ad istũ in.c.gratũ nu.vij.in apost.in ver. collegialiter. s̃.de postu. præla. Anto.Francis.

¶ Circa hoc an vniuersitas teneat de delicto cõmisso per singulos de ipsa vniuersitate. & sine dubio non tenetur de delicto certi hominis, vel etiã incerti:vt per Bar.in.l.sed si hac. in.§.q manumittitur.ff.de in ius vo.&in.l.aut facta in.§.fi.in pe.q.ff. de pœnis.&in.l.sicut.post gl.ff.qđ cuiusq vniuer.no. & in.l.j.in vlt.col. ff.qđ quisq iur. quòd aũt dicit vniuersitatem teneri ex delicto cõmisso per singulos de vniuersitate ratificato,intelligo esse verũ, quando vniuersitas ad hoc cõgregata legitimè tale factũ à singulis ratificauit neq sufficeret ꝙ singuli separatim ratificarent,etiã si oẽs id singulariter facerent.vt per glo. & Doc.in.c.cum omnes.de consti. & in.c.j. de re. ec. nõ alie.in.vj.& habetur per Bart. in l. omnes populi. in.ij.q.prin.ff.de iusti. & iu.& per Alex.in cõsi.xlij. q.i iij.parte cõsi. vbi dicit ꝙ si singuli de vniuersita

te singulariter do nant, vel aliquid faciunt, etiā si oēs respectu numeri facerēt, nō diceretur factū abvniuersitate. tene tamen mēti ꝙ si priores vel anciani vniuersitatis aliquid facerēt, ꝙ illud diceretur factū abvniuersitate. de quo per Bal. in ti. de pa. cō stan. §. vniuersitatis. in vsib. feud. de quo satis dubito, quādo ad hoc nō habuissent mandatū à cōsilio ciuitatis. & vide Alex. in d. l. aut facta. in §. fi. ff. de pœnis.

ZACHARIAS.

a ¶ Quòd si aduocatus. Adde ꝙ opi. d. Anto. sequutus est Specu. in ti. de aduocato. §. iij. ver. sed nunquid priusquā. vbi indistinctè: vt per do. Ant. & de aduocato concludit prealleg. Spe. eo. ti. §. j. ver. fuit dictum. quod idem est dicendum.

Anto. Francis.

¶ Circa hoc de aduocato. dicas ꝙ aduocatus nō potest esse iudex in causa in qua fuit, vel est aduocatus. vt ꝑ Bal. in l. ne in arbitris. in ij. col. C. de arb. & in l. apertissimi. in ij. co. C. de iu. & tenet Bar. in l. prætor. per illum tex. & ibi per Ale. ff. de iur. om. iu. & not. in c. postremò. j. de app. & no. in Spe. in ti. de legi. in §. restat videre. in ver. Itē si fuerit. & si esset ordinarius, posset ex hoc recusari si propalauit intētionē suā secundū Inno. in c. irrefragabili. de offi. ord. & habetur ꝑ Philip. frāc. in d. c. postremò. de appel. vbi intelligit hoc verum in cā, in qua fuit aduocatus. secus aūt in alia cā, nisi forsan esset connexa, vel depēdēs ab illa in qua fuit aduocatus. de quo etiam per Io. an. in c. fi. de test. li. vj. & quid si aliqs de familia iudi-

pus nullo mō interest in capitulo ptās deuoluitur ab ipsum Episcopū: quia ipse est superior immediatus capituli: & hoc casu loquitur iste tex. & tex. in c. ij. de conces. præbē. Aut Episcopus interest capitulo vt canonicus ex speciali consuetudine: & tunc serua qđ habetur in. d. c. postulastis. Aut potestas est principaliter penes Episcopū tātū: & tūc respectu iurisdictionis exercendæ potestas deuoluitur ad superiorem non ad capitulū: vt in c. quāto. s. eo. quia regulariter inferior non supplet negligētiam superioris, sed econtrà. vt no. Inn. in c. quia diuersitatem. de cōces. præbē. sed respectu collationis beneficiorū tūc potestas deuoluitur ad capitulū: vt in d. c. ij. Et rō diuersitatis est: quia maior est cōmunio inter Episcopū & capitulū in collatione beneficiorū quā in exercenda iurisdictione: quia Episcopus & capitulū de iure debēt simul beneficia cōferre. de quo tamē dic vt plene not. in c. cū ecclesia vulterana. de elect. sed iurisdictio pertinet principaliter ad Episcopū solū, licet debeat requirere consiliū capituli, & hodie cōiter Episcopi præscripserunt cōtra capitula, vt absq; eorū cōsilijs possint punire subditorū excessus, & alia iurisdictionalia exercere, nec talis præscriptio seu cōsuetudo improbatur. vt in c. iij. de consue. lib. vj. dicit tamē Hosti. hîc ꝙ in casu istius. c. non ꝓpriè fit deuolutio de capitulo ad Episcopū, sed solū propter negligentiā capituli tollitur impedimentū cōsuetudinis: nā cōsuetudo impediebat Episcopum, cū ipse habeat hāc iurisdictionem vt in c. de persona. xj. q. j. ¶ Itē no. ex fin. gl. ꝙ Episcopus de iure debet requirere cōsiliū capituli, non solū in iurisdictione quæ ad eum pertinet de iure naturali: sed etiam in ea quæ ad eū deuoluitur per negligentiā inferioris q̄ prescripsera t cōtra Episcopū. ¶ 4 † Oppo. cōtra prædicta. videtur enim ꝙ si capitulū fuit negligēs, & Episcopus intererat capitulo vt canonicus, ꝙ ipse Episcopus non possit cognoscere tāquā suspectus. ar. in l. prætor. ff. de iur. om. iu. vbi dicitur ꝙ si is qui fuit aduocatus in causa assumitur in iudicē, nō debet ipse iudicare, sed alteri cōmittere. Idē ergo dicendū in Episcopo, qui fuit negligens dum esset de capitulo. Sol. dicit Inn. ꝙ illa. l. ꝓcedit in aduocato, qui propalauerat intētionē suam circa decisionē illius causæ: meritò reddiť suspectus in iudicādo. Sed si Episcop⁹ fuit negligēs, vt canonic⁹ nō reddiť in hoc in aliquo suspectus. & no. hoc dictū: quia quotidie allegatur pro intellectu illius. l. prætor. vt procedat in illo aduocato qui ꝓpalauit intentionē suā. Ex quo infertur ꝙ si aduocatus[a] fuit consultus in aliqua cā, & nondū dedit respōsum, ꝙ si assumitur[b] in iudicē, pōt iudicare. d. Ant. hoc impugnat. dicēs, ꝙ ex quo isti sunt reuelata secreta causæ, pōt vt suspectus recusari: sed primū dictum puto verius. & allego ad hoc glo. ord. in c. dilecto. j. de testi. quæ dicit ꝙ non debet quis remoueri à iudicando: quia reuelauit ei pars secreta causæ: quoniam non habet iudicare secundum conscientiam seu secundum reuelata per partem, sed secundū legitimas probatiōes.

SVMMARIVM.

1 *Pœna pecuniaria potest imponi per prælatos, quam debent in vsus pios conuertere.*

Mulcta siue pœna est applicanda fisco, & non iudici imponenti.

2 *Delegatio facta sub nomine dignitatis delegantis, nō extinguitur per mortem ipsius.*

3 *Arbitri non possunt eligi in causis criminalibus criminaliter intentatis: secus ciuiliter.*

Laudum arbitrorum non dicitur propriè sententia.

S Cæterū. Si canonici sine manifesta & rationabili causa, maximè in cōtemptū Episcopi cessant à diuinis, Episcopus cessationē nō seruabit, & Metropolitanus vice Papæ de hoc cognoscet. hoc primò. Prælatus in impositiōe Pœnæ cauere debet à quæstu pecuniæ, & ab omni alio grauamine. hoc secundò. vsq; ad finē. & duo sunt dicta principalia. secundū ibi: *prouideant.* ¶ Casus literalis. Dicitur in hoc. §. ꝙ si canonici absq; manifesta & rationabili cā in contēptum Episcopi cessauerint à diuinis: Episcop⁹ celebret in ecclesia cathedrali, & Metropolitanus tāquā delegatus à Papa sup ꝑhoc ad querelā Episcopi cognita veritate eos taliter corrigat quòd metu pœnæ talia decetērò nō præsumant. In fi. dicit ꝙ prælata ecclesiarū hoc salutare statutū ad quæstum pecuniæ, vel grauamē aliud non conuertant, sed diligenter obseruent, si canonicā velint effugere vltionē Ber. ¶ No. j. vbi canonicis competit de cōsuetudine facultas cessandi à diuinis, non debent hanc cessationem facere absq; manifesta & rationabili causa: quòd si fecerint, Episcopus nō tenetur illam cessationem obseruare: & hodie qualiter debeant fieri istę cessationes. dic vt le. & not. in c. si canonici. & c. quāuis. j. eo. lib. vj. ¶ No. secundò casum, in quo Archiepiscopus pōt punire canonicos Suffraganei sui. ¶ Not. tertiò ꝙ prælatus non debet de facili in correctione excessuum imponere pœnam pecuniariā: oritur enim cōtra eos ex hoc præsumptio ꝙ correctionē faciant, nō propter Deū: sed ꝓpter quæstum pecuniæ. ¶ 1 † Nun qd autē possint prelati īponere pœnā pecuniariā. dicit Hosti. ꝙ si vidēt illā pœnā magis timeri quā spūalē, c poterunt illā imponere, sed nō debent eam conuertere in vtilitatē ꝓpriā, sed in vsus pios nisi euidēter indigeāt. & sic pōt intelligi j. eo. c. dilectus. facit qđ in simili habetur in. l. iij. C. de modo mul. vbi diciť ꝙ iudex pecuniariā pœnā pōt applicare ad opera publica, puta ad refectionē murorū, pontiū, & similiū: & si specialiter nō deputat ad opera publica, sed simpliciter mulctat, seu cōdēnat, commodum applicatur fisco, & non ipsi iudici: & ita not. dicit illa lex quā no. licet Host. aliter hîc alle. & vide ad materiā qđ no. Io. and. post Host. in c. j. de homi. li. vj. vbi dicit ꝙ prælatus pōt mulctare, & de mulcta disponere: vt. s. dixi. & plenissimè tetigi hanc materiā in c. licet. de pœ. & dic vt ibi & no. dictū Host. ¶ In gl. in ver. cessauerint. in fi. Item pōt aliter respōderi secūdū Inn. ꝙ canonici non præcipiunt sibijpsis, sed capitulū pręcipit singulis vt cessent à diuinis: nam vt patet in §. excessus. s. e. c. capitulū pōt iudicare de excessibus singulorū: vel secundū Host. capitulū hîc nō fert aliquā sentētiam, nec canonici, sed tantùm suspendunt eorum organum, donec fuerit satisfactum. & vtraq; sol. bona, sed prima subtilior. ¶ In gl. pe. hæc gl. quærit nūquid Archi

cis sit aduocatus, nūquid iudex ex hoc possit recusari. vide per Inn. & do. Ant. in c. ex insinuatiōe. de app. & per. d. Abb. in prælle. c. postremò. in. j. col. de appel. & per Lāfrā. de oria. in c. quoniā contra. in ver. recusatio. de probatio.

SEB. SAPIA.

b ¶ Si assumiť. Vide quæ tradūtur in. l. aptissimi. C. de in. & in. c. cùm R. canonicus. s. de offi. delega.

SEB. SAPIA.

c ¶ Imponere. Vide Gemi. latè in. c. quoniā. xviij. dist. Pet. de anch. in cō si. xij. incip. Spiritualis iudex. ad finē. Abb. in. c. j. de empt. & vē. & Ro. in fin. cccccxxvj. incip. fuit interrogatus ab vno Episcopo. & in sing. cccxlv. incip. statutum Episcopi.

Archiepiscopus sit delegatus, vel ordinarius in isto casu:& cõcludit ꝙ est ordinarius habẽs hanc iurisdictionẽ ab ista constitutiõe. & ideo exponit delegatus.i.datus.q.d. Archiepiscopus fuit hîc datus in ista cã, non aũt delegatus: quia si fuisset delegatus, expirasset sua iurisdictio per mortẽ illius Papæ, q hanc delegationẽ fecit: vt in.c.gratũ.& in.c.relatũ.de off.deleg. Inn.loquitur alternatiuè. dicens ꝙ iste Archiepiscopus est delegatus: vel ponitur hîc casus specialis. Vin.simpliciter tenet eum esse delegatũ: & dicit ꝙ ideò fuit deputatus delegatus: quia de iure nõ poterat cognoscere de cã quã habet Episcopus contra subditum suũ: vt in.c. si clericus aduersus clericũ.xj.q.j.licet totũ conciliũ prouinciale posit adiri. xj.q. iiij. in.c.j.& no.hoc dictũ.ꝙ Episcopus potest subditũ suũ criminaliter conuenire corã concilio prouinciali, cui præest Archiepiscopus vt in.c.sicut.j.de accus.sed non corã ipso Archiepiscopo. Solu. d.Ant sequtur illam opi.ꝙ sit delegatus. quia hoc expressè dicit iste tex.nec est aliqua specialitas hîc: quia ideò hæc iurisdictio delegata nõ expirat morte delegantis: quoniã fuit data per viam legis, & nõ ab homine: vt in.d.c.gratum.sed data à lege nõ expirãt per mortẽ hominis, & bene loquitur: & puto hanc esse diuersitatis rationem nã homo moritur, & eodẽ modo cũ eo extinguitur delegatio, cũ re integra non fixerit radicẽ in personã delegati: sed lex nunquam

2 moritur, sed semper loquitur. vt in.l.arriani.C. de hære. ¶ † Pro hoc bo.tex.in simili in.c.si gratiosæ.de rescript.li.vj. vbi patet ꝙ dispositio facta nomine dignitatis non perit per mortẽ hominis disponentis. Et faciunt hæc ad statuta, per quę quãdoq; cã delegatur

a alicui, vt per mortẽ statuentiũ non expiret delegatio.[a] Item videtur quãdo existens in aliquo officio aliquid disponit per viam statuti, vt per mortẽ seu remotionẽ illorũ officialium non expiret illa dispositio: secus si non per viam legis vel statuti: simile si Episcopus sub conditione fert sententiam excõicationis, extinguitur illa sentẽtia per mortẽ episcopi: secus si per viã statuti illam sentẽtiam protulit. vt probatur in.c.ij.de const.li.vj. iuncta glo.in.c.à nobis. el.ij.de sen.excõ. ¶ Secũdò gl.quærit quare hîc nõ fuerunt assumpti arbitri inter ipsos canonicos & Episcopũ suum: cùm in iure disponatur, ꝙ si Episcopus habet causam cõtra subditum, debeãt eligi arbitri. vt est casus sing.in.c.si clericus.xj.q.j.gl. respõdet ꝙ ista erat causa criminalis, in qua nõ assumũtur: vt in.c.pe.de in inte. resti.& in.l.non distinguemus.in.§.Iulianus.ff.de ar. ¶ Not.singulariter duo ex hac particula. primò restrictionẽ ad illud. c. si clericus: vt non procedat in cã criminali: debet ergo tunc Episcopus extra casum istius.c.cõuenire subditũ suũ corã Papa, vel coram concilio prouinciali: vt.s.dixi. & hoc intellige, nisi notoriè subditus excesserit contra Episcopũ. quia tũc potest Episcopus esse iudex in iniuria propria: vt not.ponit Inn.in.c.ex parte.j.de verb.sig. dixi plenè

3 in.c.cùm venissent.j.de iud.& limita vt ibi dixi. ¶ † Secũdò not.& semper tene menti, quòd queãdmodũ arbitri voluntarij non possunt cognoscere de causa criminali, ita nec arbitri iuris: & ideò si statutũ simpliciter disponit vt inter attinẽtes cõpellat iudex partes ad eligendũ arbitros, non debet statutum intelligi in causis cri

b minalibus[b] criminaliter motis: sed in ciuilibus, vel ciuiliter motis. nam vt dicit Inn.& Ioã.an.hîc.& bene, de causa criminali ciuiliter mota bene potest cõpromitti: & idem no.in.c.pe.prælle. sed ego allego tex. apertũ in.c.quintauallis.de iureiur. vbi probatur ꝙ nedum in arbitros, sed etiã in arbitratorẽ potest cõpromitti de cã criminali ciuiliter mota. Et faciunt hæc ad quæstionẽ. Quid si statuto cauetur vt sentẽtia arbitri habeat executionẽ paratã, & arbiter fuit assumptus in cã iniuriarum ciuiliter mota, vel super alia actione famosa: nunquid condemnatus per arbitrum efficiatur in-

c famis?[c] & indubiè puto ꝙ nõ:[d] quia (vt patet ex prædictis) nedũ in

d arbitro voluntario, sed etiam in arbitro iuris denegatur hæc potestas circa grauia. Item tex. videtur in.l.quid ergo. in.§. ex cõpromisso.ff.de his qui no.infa. vbi text. dicit ꝙ dãnatus per arbitrum in accusatione famosa non efficitur infamis: quia non per omnia

e dictum arbitri est sentẽtia:[e] vnde ad propositũ, licet statutum det executionẽ dicto arbitri, non tamẽ per hoc facit illud dictum esse sentẽtiam. nõ enim dat sibi iurisdictionẽ: quia non probat hoc esse quod ab hoc contingit abesse: vt in.c.ij.de transla.episcopi.& in.l. neq; natales.C.de ꝓba.sed dictũ arbitri põt habere executionem absq; eo ꝙ sit vera sententia, vel ꝙ arbiter habeat iurisdictionẽ: vt puta per approbationẽ partiũ expressam, vel per taciturnitatẽ.x.dierũ: vt in.l. pe.C. de arb. ergo statutũ dãdo executionẽ arbitro, nõ per hoc dat iurisdictiõem arbitro, vel facit dictũ suum esse merã sentẽtiam. Item & fortius, vbi statutum deuiat à iure cõi, debet restringi quãtũ põt, & satis est ꝙ aliquid operetur. vt probatur in.l.si quando.C.de inoffi.test.& in.c.in nostra.de iniu.& in.l.iij.§.hæc verba. ff. de ne. gest.ergo intelligendum est statutũ vt habeat hunc effectum contra ius cõe.s.vt inuita parte & cõtradicente habeat executionem paratã sicut haberet per emologationem expressam, vel tacitã: vnde non debet intelligi vt etiam in alio deroget iuri cõi, per qđ disponitur ꝙ ex sentẽtia arbitri nemo infamatur: vt.d.§.ex cõpromisso.cùm primum posit esse sine isto: vt probatur in.d.l. pen. ¶ Sed quo ad principale dictũ gl.Ioã.an.post Ho.sentit hîc cõtrarium. dicens ꝙ arbitri bene potuissent hîc eligi.cùm nõ ageretur criminaliter, sed ciuiliter, quo casu arbiter assumi põt: vt etiam no.in.c.pe.præ alle.& videtur probari in.c.quintauallis. &.c. veniens.de iureiurã. vnde secundũ eum si non emanasset.c.quãuis.de off.ord.li.vj.& ecclesia cathedralis nõ haberet Metropolitanũ, vel esset Metropolitanus non habẽs Primatẽ, deberent eligi prius arbitri: imò plus dicit Host. ꝙ etiã in casu huius.c.possunt eligi arbitri: sed si nõ cõueniunt, tunc demum recurritur ad Metropolitanũ: & tunc oportet dicere ad istum tex.vt sentit Inn.ꝙ sic placuit Papæ hîc prouidere.& fortè secũdũ eum hoc fecit: quia causa capituli est ardua, vnde sequeretur quædã perplexitas, cũ in arduis Episcopus debeat habere consiliũ capituli: quod tamẽ hîc nõ potuisset habere. Item hoc fuit inductum ꝓpter scãdala euitanda, quæ possent oriri inter Episcopum & capitulũ: quia Episcopus diceret nullã legitimam causam subesse capitulo asserenti cõtrariũ. Et hæc ratio magis placet quã pręcedens ratio gl.in eo qđ dicit ꝙ ideò Episcopus non punit hîc canonicos: quia nõ debet esse iudex in facto proprio: nã iste tex. prouidet non solũ cùm sit cessatio in contemptum Episcopi: sed etiam in odium alterius Episcopi: vt patet ibi in tex. maximè in contemptum Episcopi. Item dic ꝙ dictum Io.an.esset verum, si hîc ageretur ciuiliter: sed tex. innuit ꝙ criminaliter isti canonici sint puniendi: vt ꝓbat ibi iste tex.castiget.& ibi: *metu pœnæ &c.* ¶ Concludo ergo quòd Metropolitanus in hac causa est delegatus.& ꝙ emanauit hæc prouisio ꝓpter scandala euitanda inter Episcopum & capitulum. Item quia sæpe fit cessatio in odium Episcopi. ¶ Extra gl.quæro, nũquid celebrans in hac ecclesia vbi cessatur à diuinis, efficiatur irregularis. Inn.quòd non: quia per hoc ecclesia non est interdicta. Tu distingue vt leg.& not. in cle.j.de sen.excom.& in.c.non est.de spon.

SVMMARIVM.

1 *Habitantes in aliqua ciuitate dicuntur de populo illius ciuitatis.*

2 *Represaliæ concessæ contra perusinos, non extendũtur ad Perusinos in hac ciuitate Fulginei habitantes.*

3 *Episcopus tenetur sibi vicarium constituere.*
Vicarius episcopi debet esse clericus, & non laicus.

4 *Episcopi duo an poßint esse in eadem diœcesi, & o-*

a ¶ Delegatio. Adde Lap.alle.lxxxviij.

b ¶ Criminalibus. Adde Ro. consil. cclxxxij.

SEB. SAPIA.

c ¶ Infamis. Vide Bald.in.l.j.col.iij. C.de peri.& com. rei vẽ.& Alex. in cõ.xix.in.iiij.vol. Imo. in. c. sup qõnũ.in prin.col.vj. s.de off.deleg.

d ¶ Quòd nõ.cõtrarium tenet Bar.in d.§.ex cõpromisso.vide ibi Bar. Andræ.Barb.

ZACHARIAS.

e ¶ Dictum arbitri est snĩa. Adde dũ hîc infert ꝙ laudũ arbitri non venit appellatione sententiæ, ꝙ illud est verũ.ita no. Bald. in.l.j.C.ne lic. ter. ꝓuoc. Alex. in.l. j.ff.de arbit. Paul. de ca.cõsi.lxxj.& si peteres, qualiter igitur appellatur. dic cũ Bar.in aut. si verò.C.de iud.ꝙ nõ dicitur sententia, vt terminis illius vtar, sed transactio.
Anto.Francis.
¶ An laudum dicatur sentẽtia vel trãsactio. dicas ꝙ est trãsactio. vt hîc ꝑ istũ. ad quo vide Alex.in.l.sciendũ ff.de verb.ob.qđ etiã voluit Bal. in ru.C. de rerũ permut.in fin. vbi dicit ꝙ est cõtractꝰ. Dicas tñ ꝙ licet sit transactio, tamen impropriè dicitur trãsactio. secundũ Bar.in.l.ꝙ si ephesi.in.§.fi.ff.de eo, qđ certo lo.& habetur per Pau. de ca.in consi. lxviij.

a ¶ De populo. No. ꝙ habentes domiciliũ in ciuitate sunt de populo, & veniunt appellatione populi: sed reuera iste tex. loquitur in populis in plurali, secũdũ Io. de imo. hic. & sic procedit. sed tu dic ꝙ ideò loquitur in plurali quia habuit respectum ad ciuitatẽ & diœcesim. & alle ꝓ se tex. cũ gl. in. l. in vrbe. ff. de sta. ho. & gl. ibi alle. l. prouinciales. ff. de ver. sig. vide Bal. in. c. j. de for. fide. quẽ voluit Abb. hic allegare, cuius sunt ista dicta. & idem voluit Bal. in. l. iij. ff. de ver. sig. facit ꝓ hoc gl. in. c. ius quiritum. j. di. vbi appellatiõe populi romani veniunt iudæi. facit glo. in c. rogatiõis. de cõse. di. iij. vbi appellatiõe populi veniũt serui. iõ dixit Bal. in. l. spadonẽ §. iã aũt. ff. de excu. tu. ꝙ appellatione incolarũ, veniũt iudæi, si conceditur priuilegiũ incolis certi loci. sed idẽ Bal. in ru. C. q accu. non pos. tenet cõtrariũ ad illũ. §. vide quæ dixi in repetitione rubricæ de re. ec. nõ ali. & Bal. in. c. Rodulphus. de rescri. Andr. Barba. Anto. Francis.

¶ Dicas ꝙ appellatiõe populi veniũt etiam forẽses possidentes bona in populo etiã ecclesiæ ꝓ oneribus iniunctis pro reb⁹ quæ fuerunt laicorum. vt per dominũ Car. in cle. j. in iij. q. de immu. eccle. & appellatiõe populi non venit clericus, nisi in fauorabilibus. vt p d. Car. i cle. in plerisq;. de elec. & in clem. j §. nos itaq; de reliq. & vene. sanct. Et adde ꝙ populus, semp est idẽ: licet homines mutẽtur etiam ad mille annos: vt est gl. in. c. deniq;. vij. q. j. & facit. l. proponebatur. ff. de iudi. & habeť per d. Card. in cle. j. in §. nos verò. de iureiu. vbi dixit quòd quando populus iurat, successores tamen nõ ligãtur iuramẽto, nec obligãtur ad periuriũ. & adde ꝙ populus cõstat ex. x. hominib⁹. vt voluit gl. x. q. j. in. c. j. & habeť per glo. in. c. vnico. x. q. iij. & habetur per Bal. in auc. qď locũ in fi. C. de colla. & per Bar. in. l. pretor. in prin. ff. vi bo. rap. & in. l. sicut in. §. j. ff. qď cuiusq; vni. no. vbi dixit ꝙ populus & gẽs est idẽ. & vide gl. in. c. j. & ibi ẽt per Inn. de elec. & p Bal. in. l. etiã. in. iij. col. C. de execu. rei iudi. & per Alex. in. l. de minore. in. §. tormẽta. ff. de quæst. Et adde ꝙ populus romanus accipitur ꝓ toto imperio romano: vt est gl. in. l. Roma. ff. ad muni. sed hodie dicuntur de populo romano oẽs gentes illi obedientes, licet modicæ sint. de quo vide Bart. plenè in. l. hostes. ff. de capti. & tene menti gl. & Bal. in. c. j. in vl. col. si inter do. & vas. lis ori. q dixit ꝙ populus romanus põt deponere Imperatorẽ. qď etiã voluerunt Cy. Gul. de cu. & Bar. in. l. non ambigitur. ff. de leg. sed Bart. in. l. sed & reprobari. in fi. prin. de excu. tut. & ibi Nic. de nea. in addi. tenet contratiũ. & in. l. fi. C. de leg. concludentes ꝙ ius priuãdi Imperatorem spectat ad solũ Papã: & tene mẽti ꝙ populus nõ recognoscẽs superiorẽ põt auferre hæreditatẽ ei qui occidit testatorẽ. ita Bal. in. l. j. in vlt. col. C. de hære. insti. & tene menti ꝙ populus præscribit sibi libertatẽ spatio. c. annorum. ita Bal. in. l. j. in fi. in ver. & idẽ dico. C. ne rei domini. vel templor. quod est no. qa talis populus nõ recognoscens superiorem habet fiscũ. populus aũt recognoscens superiorem, non habet fiscũ vt dixit Bal. in. d. l. j. de hære. inst. & in. l. j. C. de bo. vacan. li. x.

SEB. SAPIA.

mnino pares ex dispensatione Papæ.

Pontifices duo eodem tempore non possunt esse: sed duo Imperatores sic.

CAP. XIIII.

ſed in alijs negotijs nũquã abſentes ſunt vocandi .vt in d.c. hoc ius porrectum. ſed fallit in quibuſdam caſibus: de quibus p gl. in d.c. præſentiũ. de teſti. lib. vj. dixi plenè in c. cũ oẽs. de conſti. dic vt ibi. 3 † Qui aũt dicant abſentes vel pſentes? dic ꝙ in factis cõcernentibus totã ꝓuinciã exiſtẽtes in prouincia dicunt præſentes. In cõcernẽtibus verò diœceſim, oẽs qui ſunt in diœceſi. vt in c. fi. q ma. accuſ. poſ. In cõcernẽtibus autem ciuitatẽ, ſeu caſtrũ, illi qui ſunt in ciuitate ſeu caſtro. vt in d. aut. hoc ius porrectũ. & facit. c. quia propter. de elect. ¶ In gl. fi. ibi: *fundata erat per compoſitionem.* hoc nõ placet Hoſ. quia ſecũdũ eũ cõpoſitio nõ erat hîc publicata prælatis, ſed publicanda ſi præſtitiſſent aſſenſum. Inn. dicit ꝙ ex quo Archiepi cõpoſuerant adinuicem, præſumptio erat contra diſſentiẽtes. Sed hæc & alia quæ hîc ſcribunt mihi nõ vident neceſſaria, quia Papa hîc cõminatus eſt ad terrorẽ. vnde nõ intelligitur ꝙ ſi iſti haberent iuſtã cãm cõtradicendi, ꝙ deberẽt euitare cõdemnationẽ expenſarũ. ¶ Extra gl. opp. cõtra tex. videt eñ ꝙ iſta cõpoſitio nõ debebat obeſſe prælatis, ex quo ipſi nõ cõſenſerãt. vt in l. tres fratres. ff. de pac. & in l. nec ignorãs. C. de dona. Sol. Hoſ. dicit cõtrariũ procedere, qñ partes nullo modo cõſenſerãt cõpoſitioni. Sed tex. iſte debet intelligi, qñ per priꝰ datur iudici poteſtas cõponẽdi vt altè & baſsè ſecũdum vulgare quorũdã poſsit arbitrari, & inter partes cõponere, nam tunc ex hac generali poteſtate põt iſte cõpromiſſarius dare de iure vnius alteri in parte & in totũ, nec poterit cõqueri quis, ex quo ſemel cõſenſit. arg. in l. cũ mãdato. ff. de mino. 4 ¶ Et no. ſingulariter hoc dictũ, nã ſolet quotidie allegari hæc opi. Hoſt. ꝙ ſi partes cõpromittẽtes dederunt poteſtatẽ arbitratori arbitrandi altè & baſsè[a] prout ipſe voluerit nõ põt prætextu læſionis peti reductio ad arbitriũ boni viri. de quo plenius dico in c. qn tauallis. de iureiuran. ¶ Secũdò põt intelligi tex. ſecũdũ eũ ꝙ Papa fecerat cõpoſitionẽ, ſed nõ publicauerat partibus. Sed prius volebat habere cõſenſum prælatorũ. & ex hoc no. ꝙ partes poſſunt conſentire laudo iam facto nõdũ publicato, nec poſſunt poſtmodũ cõqueri prætextu læſiõis. quod intellige dũmodo dolus abſit. nã dolus futurꝰ non põt remitti. l. creditor §. Lucius. ff. mãda. ¶ Tertiò põt intelligi ſecũdũ Io. an. ꝙ cõpoſitio bene debebat detegi prælatis, & habito ipſorũ cõſenſu debebat poſtmodũ publicari per totã prouinciam. & pro hoc facit tex. ibi: *ſolenniter publicetis.* & quælibet lec. eſt vera in ſe &c. Nico. Abbas.

De treuga & pace. *Rubrica.*

SVMMARIVM.

1. *Iudex an & quando poſsit cogere partes ad pacem vel concordiam tam in ciuilibus, quàm in criminalibus. 3.*
2. *Iudex poteſt cogere partes ad faciendam treugam.*
   Fideiuſſores de non offendendo poſſunt dari officio iudicis, vbi timetur ſcandalum.

¶ Quia iudicum eſt diſcordãtes ad pacẽ reducere. xc. di. per totum: ideò poſt tractatũ de offi. iudicũ, meritò annectitur hæc rubrica. vel põt cõtinuari hæc rubrica ſecũdò ad rubricam. ſ. proximã. Quia maiorũ & ſuperiorũ eſt treugas & paces inire: ſubditorũ verò obedire: ideò &c. 1 ¶ † Et ex hac cõtinuatione quæro vltra Doct. nunquid iudex[b] poſsit cõpellere ſubditos ad pacem fiendam[c]. & dico ꝙ ſic, tam ſecularis reſpectu ſubditorũ, quàm eccleſiaſticus reſpectu clericorũ rõne peccati, vt probatur. xc. diſt. in c. ſi quis contriſtatus. & c. placuit. & ibi no. in gl. de iudice ſeculari. Ad idẽ. c. nouit. de iudi. vbi dicitur ꝙ ad Papam pertinet reformare pacẽ, nam rumpens pacem venit cõtra præceptum charitatis, quia pax nihil aliud eſt, quã charitas, vt ibi, & hanc opinionem ꝙ iudex poſsit: tenet Bar. in l. congruit. ff. de offi. pſi. ibi tñ diſtinguit, ꝙ aut diſcordia eſt inter ciuitatẽ & ciuitatẽ, & tunc ſuperior debet interponere partes ſuas. in aut. de mãda. prin. in §. deinde. aut eſt inter priuatos, & tunc aut eſt cauſa criminalis, aut ciuilis. primo caſu iudex põt cõpellere ad pacẽ rõne publicæ vtilitatis. nã in ciuilibus diſſenſionibus ſæpe reſpublica læditur. l. ſi quis ingenuã. §. fi. ff. de captiuis. Si verò cauſa eſt ciuilis, tunc põt monere ad cõcordiã: nõ aũt compellere, ſecundum eũ. vt no. in l. j. §. & poſt operis. ff. de no. ope. nun. Hoc vltimũ puto verũ, niſi lis magno tempore durauerit: & eſt ita intricara ꝙ de facili extirpari nõ põt, nã tũc iudex põt compellere ad concordiam, licet nõ ſit ciuilis. vt eſt tex. no. in d. ca. placuit. 2 ¶ † Secũdò q̃ro, nunqd poſsit iudex eodẽ modo ad treugam fiendã cõpellere. & dico ꝙ ſic, & multò fortius quã ad pacẽ. ar. j. c. j. Itẽ treuga eſt quaſi quædam pax ad tps: ſed ſi iudex põt ad pacẽ cõpellere, vt. s. dixi: fortius ad treugã: quia qui põt totũ, poteſt & partẽ. vt in c. paſtoralis. §. Itẽ cũ totũ. de offi. delega. & l. quæ de tota. ff. de rei vendi. ad idem bo. tex. in l. illicitas. §. ne potentiores viri contumelijs. ff. de offi. præſi. vbi dicit ꝙ ad officiũ iudicis pertinet prouidere ne potentiores viri cõtumelijs afficiant humiliores. Dic etiã ꝙ vbi quis veriſimiliter timet offendi per aduerſariũ, põt iudicis officiũ implorare[d] vt ipm compellat ad præſtandã cautionem de nõ offendẽdo nec ſe nec ſuos, & iudex tenetur in hoc officium ſuum impartiri. vt in d. §. ne potentiores. & ibi plenè per Bar. & bonus tex. in l. denũtiamus. C. de his qui ad eccl. confu. & ibi per Cy. & bene facit tex. in c. literas. in fi. de reſti. ſpo. & in c. de benedicto. xxxij. q. j. aliquid per Inno. in c. grauẽ. de ſenten. excõ. 3 ¶ † Tertiò quæro, nũquid officiales, quibus datum eſt liberũ arbitriũ ſuper bono & pacifico ſtatu ciuitatis, poſsint compellere ſubditos ad pacem. & dic ꝙ ſic. vt patet ex prædictis, nam reſpublica læditur ex diſſenſionibus ciuilibus, vnde pertinet ad pacificum ſtatum ciuitatis vt ſubditi reforment pacem. & hoc tenet Bart. in l. ambitioſa. ff. de decre. ab ordi. facien.

SVMMARIVM.

1. *Iudex eccleſiaſticus poteſt cogere partes ad treugam.*
2. *Excõmunicatus in vno loco, eſt excõicatus per totum mundum.*
3. *Pax pœnata, vel treuga ſi fuit rupta per vtranque partem, an vtraque pars poſsit agere ad pœnam.*
4. *Lex poſitiua vtrum obliget contrauenientem ad peccatum.*
   Lex vel ſtatutum an & quando tollatur per diſſuetudinem.
5. *Confirmare ſumitur aliquando pro obſeruare: & approbare.*

CAP. I.

TReugas. Statuit tẽpora treugarũ, & pœnã violãtiũ.

¶ Caſus literalis hîc non figurat. Per te videas literã. nõ enim tenetur quod hîc ſtatutum eſt, quia non fuit approbata iſta treuga, & in c. ſequenti litera patet. Ber. 1 ¶ † No. primò quòd iudex eccleſiaſticus põt ex cauſa compellere laicos ad treugam: de qua hîc. quia hoc principaliter fit ob honorem Dei, vt iſtis diebus & temporibus poſsint homines liberius vacare diuinis. nã in quinta feria debent homines ceſſare propter reuerentiã aſſumptionis, & quia illo die Chriſtus fecit cœnã apoſtolis. de conſe. diſt. j. c. porrò. & diſt. iij. c. literis. In die veneris fit propter reuerentiã paſsionis. In die ſabbati, quia diſcipuli latuerunt propter metũ iudæorum, & qa corpus Chriſti latuit in ſepulchro. In die dominico, quia oẽ inſigne Deꝰ illo die inſtituit. lxxv. di. in c. quod die. ¶ Secũdò no. ibi: *præcipimus.* quòd qui nõ ſeruat iſtas treugas peccat mortaliter. xiiij. q. j. c. quiſquis. §. quod præcipitur & in c. ij. de maio. & obe. patet etiã ex alio, quia trãſgrediens debet excõicari, & excõicatio nõ fertur niſi ꝓ mortali. vt in c. nemo. & in c. nullus. xj. q. iij. An aũt hodie hęc cõſtitutio liget cũ nõ ſeruet in omnibus, dicam cùm glo. 2 ¶ † Tertiò no. quòd excõicatus[e] in vna diœceſi debet haberi pro excõmunicato per vniuerſum orbẽ. cõcor. xj. q. iij. c. curæ. Excõicatio ergo nõ ſclaudit territorio, quia cũ afficiat aĩam & corpus, ſequit perſonã, ſicut lepra leproſum. j. q. j. c. cito turpẽ. & . s. de offi. ordi. c. ad reprimẽdam. ¶ No. quòd Epi ad iuſtitiã conſeruãdã tenent ſibi mutuò impẽdere auxiliũ & cõſiliũ. ¶ Vltimò no. ex fi. literæ: quòd prælatus tepidus in iuſtitia exequenda, põt deponi à dignitate ſua. facit. xviij. q. ij. c. ſi quis Abbas[f]. Et negligẽtia plati eſt peccatũ mortale. vt no. gl. s. de offi. archi. c. ea quæ. & idẽ dic in diſsimulatione. vt no. gl. in c. clericis. de immu. eccle. lib. vj. facit. xliij. di. c. ſit rector.

Anto. Franci.

[a] ¶ Altè & Baſsè. Circa hoc dum dicit ꝙ in dubio eſt tenendum ꝙ iſta clauſula, altè & baſsè, appoſita in cõpromiſſo non tollit reductionẽ ad arbitriũ boni viri. Dicas ꝙ hæc vident eſſe adiuicẽ cõtraria. nã aut arbiter abſq; dolo enormiter lædit partẽ, & hoc caſu ẽt ſecũdũ iſtũ apoſtillãtẽ virtute huius clauſulæ põt enormiter lædere, qđ ẽt voluit Io. an. hîc. ſi verò dolus interuenit, tũc rõne doli põt peti reductio aduerſus enormẽlæſionẽ. vtrũ ergo cõcedat reductio vel non, depẽdet ab hoc an interueneritdolꝰ, vel non interuenerit. de quo vide etiã per Alex. de imo. in l. ſocietatem. in §. arbitrorũ. ff. pro ſoc.

[b] ¶ Nunqd iudex. vide Abb. in conſ. clxxx. vol. ij. & in c. ſi qñ. co. ſi. de of. dele. aliqd p Ale. ĩ. l. j. §. & poſt opis ff. de op. no. nũc. eũdẽ Ale. & Moder. in l. qđã æſtimauerũt. ff. ſi cer. pet. Bal. i. c. cũ eccleſia vulterana. de elec. no. ĩ. i. j. C. vt quæ deſunt ad uoc. par. iu. ſuppl.

[c] ¶ Ad pacẽ fiendã Adde Roma. conſi. cxxvj.

[d] ¶ Implorare. Adde Ro. cõſ. ccxiij.

[e] ¶ Qđ excõicatꝰ. vide Mod. poſt Bart. in l. cũctos populos. C. de ſũ. trini. & fi. catholi. vbi ẽt tãgũt an bãnitus in vno loco cenſeri debeat bãnitus vbiq;? ponit etiã Abb. aliquid ad ꝓpoſitũ in c. poſtulaſti. colum. v. de fo. compet.

[f] ¶ C. ſi qs Abbas. De negligẽtia ꝑ.

latorũ. vide multa per Corsetũ in c. grădi. in vltima char. de sup. neg. præla. in. vj. & in singu. suis in ver. negligentia. versi. prælatus q tuncũ q. & q negligẽtia in prelato sit mortale peccatũ. tenet Gemina. in. c. di. spensatio. xiij. di.

nec propter timorẽ debet deserere vel differre iustitiam quia iram Dei super se inuocat qui magis timet hominẽ quã Deum, vnde bonus pastor debet animam suam ponere pro ouibus suis, vt habetur in Euangelio. & trãsum ptiuè in. c. nisi cùm pridẽ. de renun. ¶ 3 † Vltra doc. quæro in tex. mandatur puniri qui huiusmodi treugas non obseruauerit: & loquitur tex. de treuga canonica, id est à canone inducta. Sed quæro. quid in conuentionali vel in pace. Pone duo fecerũt treugam vel pacem, & apposita fuit pœna contrafacienti, demum ambo contrauenerunt, nunquid possit vnus contra alium ad pœnam agere conclude post Bart. in. l. cum pater. § libertis. ff. de leg. ij. q aut nescitur quis primò fregit pacẽ seu treugam, vt quia fortè eodẽ momento se inuaserunt, & tũc alter nõ potest agere contra reliquum. vt in. d. § libertis. Aut constat quis primò cõtrauenerit, & tunc primus non potest agere contra secundum, sed secundus bene potest agere a contra primum. quod bene notabis[a]. pro hoc facit text. in. d. § libertis. & l. qro. §. inter locatorẽ. ff. loca. & quod no. in glo. in. c. dilecti. de arbi. nam secundus non tenebatur seruare pacem primo, ex quo primus nõ seruauit eã quia promittens pœnã, vel quicquid aliud, intelligitur promittere inquantum alius seruat quod promisit, vnde si ille nõ seruat promissum, non tenetur iste ad obseruantiã. vt in. c. peruenit. de iureiur. & in regula frustra. de reg. iur. lib. vj. sed primus incidit in pœnã violando pacẽ seu treugã. ¶ In glo. j. No. gl. q per treugã non est finita discorda, pax verò est finis discordiæ. secundũ Hosti. & debet pax esse in volũtate. guerra verò in necessitate, nã debet; quis pugnare vt pacẽ habeat. xxiij. q. j. ca. noli. Vel dic vt dixi super rubrica, q pax est charitatis vinculũ, vt dicit tex. in. c. nouit. de iudi. charitas verò est amor Dei & proximi. de pœni. dist. ij. c. charitas. ¶ In gl. ij. ibi: *quando ineuitabilis vrget necessitas*. pro hoc tex. in. c. quod non est licitum. j. de reg. iur. vbi dicitur q Machabei viri sancti sine culpa in sabbato pugnabãt, & hoc propter necessitatem. Sed potest intelligi contrarium in defensione, quia in omni tempore debet quis se defendere ne pereat nec peccat tuendo corpus suum. vt in cle. vnica. de homici. vnde clericus nullã incurrit irregularitatem occidendo aggressorem suum, si aliter euitare periculũ non potuit vt ibi. iste verò tex. potest intelligi in pugnatore. vt no. glo. in. c. si nulla. alleg. in gl. ¶ 4 † Et in fi. gl. No. hanc vltimam qõnem gl. singulariter, & non tradas obliuioni, ex qua habes q lex positiua etiam præceptiua non obligat ad peccatum, si non fuit moribus vtentium[b] recepta b vel si per desuetudinẽ abijt. & hanc opi. gl. tenet Gof. hîc in summa. & Inno. & Host. in summa huius titu. Sed hîc tenuit ipse Hos. cõtrariũ mouet, quia ista est lex præceptiua, vt patet ibi: *præcipimus*. ergo à principio ligauit cõtrauenientes ad peccatũ, ergo per nõ obseruantiam non tollitur eius dispositio. quia tempus nõ est modus tollendi obligationem. vt in. l. obligationum. § placet. ff. de act. & obli. & principium fuit vitiosum, cũ peccauerint contraueniendo. Et ad § leges. alle. in gl. & § fi. eadem distinctione. respondet ipse q illi tex. nõ loquunt in legib[9] præceptiuis & statutarijs. ponit exemplũ in. c. statuimus. j. ti. ij. & no. incidenter hoc dictũ. nã sentit q dispositio dicti c. statuimus. tolli potest desuetudine: sed vide tu quod ibi dixi, iste verò tex. secundũ eũ loquit in. l. præceptiua. Alij verò distinguũt vt refert Io. and. inter leges quę apponunt pœnas ipso facto, & illas quæ mandãt infligi. vt in primis non habeat locũ cõsuetudo cõtraria, cùm statim contrafaciendo incidant isti in pœnã, & in factum damnatum. xxiiij. q. j. in. c. audiuimus. d. Ant. hîc distinguit q aut lex præceptiua emanauit in fauorem priuatũ & potest tolli cõsuetudine: sicut potest tolli pacto & renuntiatione. vt no. in. l. de quibus. ff. de legi. Aut emanauit in honorem Dei, aut in fauorem publicũ, & tunc si subditi non obseruauerũt sciente superiore & patiente, talis lex non ligat, nec requiritur aliqua prescriptio. quia ex quo superior videt & patitur, nõ videtur velle quòd lex sua vinculum inijciat. sed si superior ignorat, tũc peccant[9] cõtrauenientes. ¶ Sed cõtra hoc vltimũ & Hosti. videtur tex. in. c. fi. de consuetu. vbi text. apertè probat q oĩs lex humana potest tolli consuetudine, dummodò sit rationabilis & legitimè præscripta. Vnde ibi solũ cõtra consuetudinem conseruat ius diuinum, nec priuati dicũtur tollere legẽ superioris: sed ipse superior consensum præstando huic consuetudini in eo quod statuit iura, vt per consuetudinem possit tolli ius positiuum. d. c. fi. Inn. super rubrica quẽ sequitur Ioan. cal. hîc vult in effectu, q aut lex præceptiua est talis q eius contrarium est in se mortale peccatũ, & tunc non potest tolli consuetudine, sicut nec contraria lege. aut eius cõtrarium non est in se mortale peccatũ, & tunc tollitur per desuetudinẽ. Dixit etiam Cal. q sufficit in hoc tempus. x. anno. alleg. not. in c. fi. de consue. lib. vj. Ego sic distinguerẽ. q aut lex pręceptiua nunquã fuit recepta in obseruantia sciente legislatore, & valente cõtradicere & nõ cõtradicente, & talis lex non ligat. & puto q non requiritur tempus ad inducendam præscriptionem, sed sufficit binus vel trinus actus in contrariũ, quia hîc nõ agimus de præscribendo cõtra legẽ, sed de impediẽdo vinculũ. nã per binũ vel trinum actum apparet de consensu superioris. arg. in. l. iij. C. de epis. audien. & in. c. ita nos. xxv. qõ. ij. Si verò aliqui seruant in eodem loco. & tunc non seruantes non videntur excusari. ar. c. cũ iandudũ. in fin. de præben. aut superior ignorat, & tunc puto q requiritur præscriptio. xl. ann. dummodò cõsuetudo sit rationabilis: vt quia fundatur super aliqua ratione: vt vult tex. in. d. c. fi. si enim cõtrarium legis in se esset malũ, consuetudo nõ esset rationabilis. de iureiuran. c. intellecto. & sic salua opi. Innoc. Nec ob. q in princi. omnes peccauerunt contraueniendo. nam duplex est responsio. Primò q si moti fuerint ex aliqua causa rationabili, non peccauerunt, quia ipsemet superior indulsisset: ad hoc quod no. Archi. in. c. vtinam. xxvj. di. vel secundò successores eorum qui contrauenerunt non peccauerũt, quia potuerunt existimare q ex aliqua irrationabili causa illa lex non sit obseruata. ar. eorũ quæ no. gl. in. c. de quarta. de præscrip. Et q lex pręceptiua non illaqueat sciente superiore & non contradicente,[c] c allego bonũ tex. iuncta gl. xx. dist. c. j. & in. c. cùm olim. de cleri. coniuga. in cõsuetudine inducenda in sacramentalibus. ita voluit gl. no. in. c. vir. de secun. nupt. Et contra regulam quam hîc recitat Inno. allego bo. tex. cum gl. in. c. cũ multę. xv. q. vl. nã olim erat statutum q filij nati ex coniugio presbyterorũ essent serui ecclesiæ. & sic pœna erat inflicta ipso iure. & tamen ibi dicit glo. q hodie ecclesia ex non obseruantia perdidit illud ius. Ex quo infero q quantuncunq lex apponit pœnam ipso facto, nihilominus potest tolli contraria consuetudine: qa in non exigendo pœnam cõmittitur contra legẽ: nã & p non vsum tollitur lex. vt no. Io. an. in. c. Ioannes. de clericis coniuga. & Cyn. in. l. ij. C. quæ sit longa consuetudo. ¶ 5 † In glo. in ver. *confirmet*. No. bene istam glo. q vbi cõfirmatio exigitur à pari capitur confirmatio pro obseruãtia. nõ enim potest capi propriè, quia par vel inferior non potest confirmare factum superioris, vel paris. & ideo verba capiuntur impropriè, simile in. c. studuisti. de offi. or. Et ex hoc infert q si promisit q Titius cõfirmabit talem contractum, debet intelligi quòd ille obseruabit & approbabit quantum in eo erit. quod bene not. Sequens. c. nihil habet, nisi q presbyteri & alij de quibus in tex. gaudent priuilegio &c.

a ¶ Notabis. Adde Alex. cõ. cxix. j. lib.

b ¶ Vtentium. Adde Are. cõsi. cliiij.

SEB. SAPIA.

c ¶ Non cõtradicente. Vide Roma. in cõsil. cccccxij. inci. Quo ad primum. Pet. de ancharana. in consi. cc. lxxviij. inci. Iure statutorum. cùm infinitis congestis per Fely. hîc.

SVMMARIVM.

1 *Saluus conductus datus alicui ad eundem, intelligitur etiam datus ad*

tus ad redeundum.

2 *Saluusconductus datus alicui bannito vt possit securè ire in ciuitatem, an tollatur per primam vicem.*

CAP. II.

INnouamus. Personæ hîc enumeratæ plena securitate gaudent tempore guerræ. ¶ Not. primò personas hîc enumeratas quę tempore guerræ debent gaudere plena securitate, malè tamen obseruatur. Et no. in eo quod dicit de mercatoribus. ꝙ Papa pôt ex causa dare securitatẽ aliquib⁹ laicis tempore guerrę.

1 ¶ † No. j. ibi: *euntes vel redeuntes*. ar. ꝙ securitas data in eũdo, debet intelligi data etiã in redeũdo: nã ista duo cõiter æquiparantur in iure. vt in. c. magnę. in fi. ĵ. de voto. & bonus tex. in. l. si cui. ff. ex quibus cau. maio. no. Bar. in. l. vtimur. ff. de sepul. viola. probatur ratione. non enim quis dicitur securè venire ad certũ locũ: nisi securè possit morari, & inde recedere. ¶ † Sed dubitari potest de qõne quotidiana vltra doct. hic. Pone data est securitas alicui exbannito vt possit securè venire ad hanc ciuitatẽ, & redire, nunquid per primam vicem tollatur hæc securitas & priuilegium, an verò possit venire pluribus vicibus, vel in infinitũ? Old. disputauit hanc quæstionem, & recitat Bart. in. l. j. ff. ad leg. iul. maiest. & breuiter distinguo post eos. ꝙ aut securitas fuit petita & determinatè cõcessa: & tunc standũ est determinationi. vt puta si fuit dictũ vt veniret semper vel quid simile. arg. vj. q. iij. c. scriptũ. Aut fuit determinatè petita, sed indeterminatè concessa vt puta quia vnus exbannitus petijt vt possit per decem dies esse in ciuitate: & superior concessit indeterminatè & tunc intelligitur cõcessa secundũ petitionem, quia responsio adaptanda est petitioni seu interrogationi. inst. de inuti. stipu. in. §. præterea. & est bonus tex. in. c. inter dilectos. in. §. cæterũ. de fide instru. ibi: ex forma petitionis &c. Notabisillum tex. aut petitio fuit indeterminata, sed concessio determinata. & intelligimus securitatẽ cõcessam secũdũ cõcessionẽ: & nõ secũdũ petitionẽ, quia superior videt restrinxisse petitionẽ. quod no. Nã priuilegiũ & indulgentia sumunt vires à cõcessione, & nõ à petitione, licet in dubio cõcessio referatur ad petitionẽ, vt in præcedenti membro. secus quando sumus certi. vt hîc. Et hoc notabis, quia sæpe Papa signando supplicationẽ restringit petitionẽ vt non excuset ipetrãs ex eo ꝙ dedit supplicationẽ gnalẽ, & pridie fuit i facto. aut petitio fuit facta ideterminatè, & cõcessio etiã indeterminatè, vt puta qa simplr datur securitas veniendi & redeũdi. & intelligitur de. j. vice[a]. Ad hoc facit tex. in. l. boues. §. hoc sermone. ff. de ver. sig. & in. l. hæc conditio. ff. de cõdi. & demõ. vbi dicitur ꝙ si sit alicui relictũ cũ nupserit. intelligitur de primis nuptijs, hoc verũ: nisi fuisset data securitas ad certũ actũ, puta ꝙ pro pace fienda posset securè venire & redire, tunc duraret hæc securitas quãdiu veniret pro contractu pacis, sed pace facta cessat securitas seu saluusconductus. & pro hoc tex. hîc. iuncta glo. in verbo: *existentes*. quam notabis.

De pactis. *Rubrica.*

¶ Viso de officijs omnium iudicum, & præsidentium, de ipsis iudicijs videndum est. sed quia vocati ad iudicia quandoq; paciscuntur, quãdoq; transigunt, ideò author anteq; intret tractatũ de iudicijs, de his præmisit. & primò de pactis, tanquã de nobilioribus. vel cõtinua ad proximam rubricam hoc modo. Suprà visum est de pace, sed quia pactum est quædam conuentio ex pace facta, ideò post rubricam præcedentem subijcit istam.

SUMMARIUM.

1 *Pactum nudum ligat de iure canonico. 2. 3. 5. vide ĵ. c. ij.*

3 *Actio an nascatur de iure canonico ex nudo pacto.*

4 *Pactum nudum quid sit, & quibus modis vestiatur.*

CAP. I.

ANtigonus. Potest primò generaliter summari sic. † Pacta quantuncũq; nuda seruãda sunt. Vel aliter sic. Iudex ecclesiasticus prouidet seruanti pactũ cõtra non seruantem. Diuiditur. Nam primò ponit dictũ Antigoni Epi. Secũdò approbatio cõcilij. ibi: *dixerunt vniuersi*. ¶ Casus literalis. Antigonus Eps Matricen. in concilio Aphricano graue deposuit querimoniã de Optantio Episcopo. quia cũm inter se pactũ fecissent ꝙ alter nõ subtraheret alterius populos. Optantius Eps nõ seruauit pacta inita inter eos. Sed alliciebat populos Antigoni, vnde petebat vt pacta inita seruarentur, aut conuentus si se nõ correxerit, ecclesiasticã sentiat disciplinam: vniuersi dixerunt pax seruetur: pacta custodiantur. Ber. ¶ Not. primò iuncta suprascriptione modũ & practicã cõdendi legem in cõcilio generali vel prouinciali. Nam vnus de cõcilio facit propositionẽ, & reliqui si eis placet vniuersaliter statuũt, illã cõfirmando, vel restringendo, seu ampliando. Et ita cõiter obseruat in alijs actibus vniuersitatis. ¶ No. secundò ꝙ appellatione ecclesiasticæ disciplinæ venit sententia censuræ, vt excõicatio, interdictũ, & suspensio. ĵ. de verbo. sig. c. quereti. ¶ No. tertiò ibi: *vniuersi*. ꝙ conciliũ generale est quædã vniuersitas, ibi enim existentes non vt singuli sed vt vniuersitas disponũt: repręsentat enim conciliũ vniuersalẽ ecclesiã. de cõse. dist. j. c. ecclesia. hinc dico standũ esse in dispositionibus cõcilij iudicio plurimorũ. ad hoc bo. tex. lxj. dis. c. nam regulariter in factis vniuersitatis præualet plurimorũ sententia. vt in. c. j. de his, quæ fi. à præla. & in. l. aliud §. refertur. ff. de reg. iur. & in. l. quod maior. ff. ad munici. ¶ Vltimò no. & tene menti ex eodem verbo: ꝙ lex edita in concilio fit nomine ipsius concilij, & non Papæ tantũ. hîc enim nulla fit mentio de Papa, q̃ præsidebat in concilio: sed solũ de ipso concilio. Ex quo infertur ꝙ potestas ecclesiæ est in ipso concilio vniuersali: licet Papa sit ibi tanquã caput ipsius corporis. pro hoc. xxiiij. q. j. c. quodcunq;. vbi dicitur ꝙ potestas data fuit toti ecclesiæ in personam Petri. Petrus aũt fuit caput. Ad idem. c. j. de iudi. in eo quod ibi dicitur: placuit sanctæ synodo. & dic vt ibi plenius dixi. nam quandoq; lex editur nomine Papæ cũ approbatione concilij. vt in c. licet. de elect. vnde puto ꝙ cũ materia legis ordinatur à Papa licet conciliũ approbet: tamen lex edenda est nomine Papæ à quo sumpsit vigorẽ & originẽ. nam & sine cõcilio Papa pôt legẽ condere. ix. q. iij. c. cuncta per mundũ. & quod no. gl. in. c. ad apostolicæ. de re iudi. li. vj. aut materia legis originatur à cõcilio, & tunc nomine concilij lex edenda est. nam in cõcilio interest Papa vt caput. pro hoc. c. osius. ŝ. de elect. cũ multis similibus. &. j. q. vij. c. conuenientibus. quinimò maioris roboris est constitutio totius ecclesiæ quã solius Papę tantũ. vt no. in. cum dilectus. de elect. facit quod no. Archi. xviij. dist. in sum.

2 ¶ † In gl. j. ibi: *per pacta inita inter episcopos*. nõ apparet ratio quare gl. restringat istũ tex. ad pacta inita inter Episcopos sed fortè hoc causa exempli. vnde intelligas, meli⁹ tex. generaliter ꝙ inter quoscunq; pacta inita ex quo nõ sunt à lege improbata propter aliquam turpitudinẽ obseruanda sunt. vnde iste tex. debet habere locum nedũ inter clericos, sed etiam inter laicos: ex quo generaliter loquitur, nam laici peccant non seruando pacta & promissiones. vt in. c. iuramenti. xxij. q. p. ergo potest recurri ad iudicem ecclesiasticum, qui habet obuiare peccato, vt in c. nouit. de iudi. vt compellat laicos ad obseruantiam pactorum. ¶ † Sed dubitatur circa intellectũ huius. c. Vtrũ ex nudo pacto[b] oriatur actio: id est ius agendi in iudicio Gl. prope fi. colligit ex tex. arg. ꝙ sic. Io. and. dicit ꝙ melius glo. diceret, & ita patet hîc, quasi sentiat Io. an. quod

SEB. SAPIA.

a ¶ Prima vice. Circa hanc regulam ꝙ verba debẽt intelligi de primo actu. vltra ea quę cumulat Fely. hîc vide Bal. i prooe. decre. in. iiij. colũ. vbi dicit ꝙ legatum factum pro dotandis mulieribus, intelligitur pro primis nuptijs. vide etiam Cardi. in consi. xlix. inci. cũ testatoris voluntas. vbi dicit ꝙ legatũ factũ debẽtibus maritari, non intelligitur de viduis. multa cumulat. d. Ias. in. l. duobus. §. j. ff. de iureiurã. in. l. diuortio. §. quod in anno. ff. solu. ma. & Georgius nata. in cle. sæpe. in prin. col. lxv. versi. quartò qro. de verb. sign.

b ¶ Nudo pacto. vide latè per Ange. are. in. §. in personam. co. fi. inst. de acti. vbi tenet cõtra cõem, ꝙ etiã de iure canonico actio non oriatur quod etiã tenet Saly. in. l. legẽ. C. de pac. tamẽ cõis est in contrariũ. vt hîc per Fel. & per Mod. in. l. iurisgentium. §. igitur nuda. ff. de pac. & vide ad ꝓpositum quæ no. Feli. in. c. quæ in ecclesiarum. colũ. xxj. de consti. vbi dicit ꝙ princeps potest facere obseruari pacta & teneri.

c ¶ Oriatur actio. Adde Alex. consi. xlj. iij. libr. Roma. consi. xl.

hîc est casus expressus ꝙ detur actio, nam tunc debet allegari tex. in argu. quando id ad quod allegatur, apertè non probatur ex tex. sed subtiliter tex. inducendo. nam dicitur arg. quasi argutè & subtiliter inuentũ. vt in. c. forus. ꝭ. de ver. sig. & sic apertè sentit Ioan. an. ꝙ ex nudo pacto de iure canonico oriatur actio. & idem hîc Host. dicens ꝙ idem debet esse de iure ciuili. nã cũ de iure ciuili sint alij casus, in quibus ex nudo pacto oriatur actio, nec videantur in se habere magnã rationẽ specialitatis: idem deberet dici generaliter in omni pacto nudo, in hoc tamen non puto instãdum. Et vt intelligas materiã: primò videndum est quid sit pactum nudum, quid vestitum. & an & quando de iure ciuili competat actio. & sic videmus clarè in quo differt ius canonicum in hoc à iure ciuili, & quare. ¶ 4 † Primò ergo sciendum est, ꝙ pactũ est nomen generale comprehendens in se omnẽ conuentionẽ. est enim pactũ generaliter sumptũ duorũ pluriũ ve in idem placitus & cõsensus. i. placitus cõsensus. vt legitur & no. in. l. j. ff. de pactis. & in. c. pactum. ꝭ. de ver. sig. & sensus huius diffinitionis est, quòd id quod conuenit, seu conuentũ est inter duos vel plures, dicitur pactum quasi ad pacem habẽdã factũ. hæc est enim vocabuli etymologia. i. expositio. vt in. d. c. pactũ. Vnde omnis contractus potest generaliter cõtineri nomine pacti, sed vbi pactum assumit sibi specificũ nomen, non denominatur à suo genere, sed à specie tanquã à digniori. Vnde si vendidi tibi rem, appellatur emptio, quia est dare hoc specificũ nomen, & relinquit nomen generis, sicut si volo appellare hominem, nõ appellatur sub nomine generis, vt animalis, sed in sua specie. vbi aũt conuentio nõ potest habere nomen specificum, quia plura sunt negotia quã vocabula. vt in. l. natura. ff. de præscrip. verbis. tunc stat in nomine sui generis. Et quandoq; est nudũ, & quandoq; vestitũ. sic dictũ ad instar hoĩs, nã quãdoq; est nudus, cũ nullũ habet vestimẽtũ, qñq; vestitus. Si enĩ pactũ fiat in puris & meris finibus conuentionis, quia non intercessit aliquod extrinsecũ, puta nec stipulatio, nec interuentus alicuius rei, nec literarũ solennitas, nec chirographum, tunc appellatur nudũ. inest enim illa sola obligatio iurisgentiũ: nam vbi est consensus, ibi est obligatio iurisgentiũ. vt in. l. cũ amplius. in §. is natura debet. ff. de reg. iur. & in. l. stichũ. in §. naturalis. ff. de solu. Exemplũ huius pacti nudi ponit glo. multipliciter in. l. iurisgentium. in §. igitur. ff. eo. & inter cætera dat hoc exemplum quotidianum. scilicet, promisi tibi dare decẽ sine aliqua interrogatione præcedenti, vel chirographo. gl. tamen non persistit: nam videtur velle ꝙ illud non sit pactum sed pollicitatio: nam differentia est inter pactũ & pollicitationẽ. nam pactum est duorũ vel pluriũ. pollicitatio est vnius tantũ promittentis. vt in. l. pactũ. ff. de polli. no. gl. in clem. romani. de iureiuran. Sed Bar. saluat istud exemplum intelligendo ꝙ pars cui fit promissio consensit. nam tũc potest dici pactũ, cũ interuenerit cõsensus duorũ. quod no. Quãdoq; istud pactũ est vestitũ, & multa sunt vestimenta pactorũ. nã qñq; vestitur vestimento verborum. i. stipulatione, quæ fit præcedente interrogatione & responsione secuta. in. l. j. & . v. de ver. obli. & insti. e. in pri. Quandoq; vestitur chirographo. vt quando per scripturam meã promisi tibi dare decẽ, vel quid simile. vt in insti. de literarũ obli. qñq; vestit consensu. vt in contractibus iurisgentium, quæ solo consensu perficiũtur, vt emptio & venditio: & similia. l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iure. Quandoq; vestitur interuentu[a] rei, vt do tibi decem vt pro me aliquid facias, nam si donaui & transtuli in te ista decem: pactũ nõ dicitur nudũ, vnde potest agi. insti. quib. mo. re contrahi. obli. in prin. & ibi per gl. Vnde de iure ciuili fac regulam: ꝙ ex nudo pacto nõ põt agi, sed excipi potest, quia oritur obligatio naturalis propter cõsensum. vt in. d. §. igitur. Fallit de iure ciuili in quibusdã

a ¶ Interuentu. Adde ꝙ etiam vestitur fauore militiæ. Item iuramẽto. vt voluit Roma. consil. lxxvj.

casib⁹. ¶ 5 † Sed de iure canonico dubitatur. cõiter tenet ꝙ datur actio per istũ tex. nam vbicũq; ius approbat cõuentionem, semper datur actio & ius agendi ex illa conuentione. vt in. l. legitima. ff. de pac. sed ius canonicũ approbat hoc pactũ quantuncũq; nudũ, ergo ex eo potest agi, maximè cũ pactũ quãtuncũq; nudũ habeat approbationẽ & cõcursum iuris diuini. iuxta illud prophetæ: quæ procedunt de labijs meis nõ faciã irrita. & de iuramento præallegato dicitur ꝙ simplex loquela obligat, ita ꝙ cõtraueniens, peccat mortal'r. Præterea vbicũque ius mãdat aliquid fieri vel obseruari, semper datur actio & exceptio. vt in. l. vnica. ff. de condic. ex lege. & in. l. statuas. ff. de acqui. re. do. no. gl. in. c. cũ liberum. de sepul. & in. c. si canonici. de offi. ordi. lib. vj. Sed ius canonicum mãdat obseruari ista pacta: ergo datur actio & exceptio & hanc opi. tenuerunt gl. Host. Io. an. & do. Anto. & gl. & Archi. xij. q. ij. in. c. quicunque suffragio. Sed Inn. in. c. nouit. de iudi. videtur velle ꝙ non detur actio: sed officij iudicis imploratio: quod dicit procedere etiam in iuramento. de iuramento latius dixi in. c. cũ venissent. de insti. Quidam: vt do. Card. amplexi sunt intellectũ restringendo istũ tex. vt solùm competat officij imploratio, intantũ vt non possit peti vt quis præcisè cogatur ad obseruantiã pacti nudi, sed solũ vt nõ obseruans excõicetur quia tex. iste solũ hoc videtur innuere, in eo quod dicit, aut pacta obtineant firmitatem, aut cõtraueniens excõicetur. & sic præcisè nõ disponit vt quis cogatur præcisè ad obseruantiam pacti. Mihi nõ placet hæc restrictio: primò, quia licet ista proposita fuerint facta alternatiuè tamẽ conciliũ respondet simpliciter pacta custodiantur & sic nõ videt se restrinxisse vt conditionaliter & alternatiuè fieret coactio. argu. in. c. nõne. de præsump. & eorum quæ dixi. s. c. proxi. Item adduco tex. ꝭ. eo. c. qualiter. vbi simpliciter dicitur studiosè agendum est vt ea quæ promittuntur opere compleantur, pondera illud verbũ studiosè, & illud verbum opere compleantur: non ergo debet esse iudex contentus sola excõicatione. Car. tamẽ non ita restringendo tex. dicit ꝙ cõpetit officij imploratio: & non actio: quia actiones sunt proditæ à iure ciuili. l. ij. ff. de orig. iur. no. Inno. in. c. quæ in ecclesiarum. de cõsti. cũ ergo ius ciuile nõ det actionẽ ex nudo pacto, ergo nec de iure canonico. hoc arg. videtur persuasiuũ, & processisset olim, sed cum hodie sint regulæ quas præmisi, dicendũ est ꝙ cũ ius canonicũ approbet istud pactum & mandet obseruari pactum, debet competere ius agendi. Quia ista regula iuris ciuilis tacitè approbatur à iure canonico. ex quo non reperitur reprobata. vt in. c. j. de noui oper. nun. sed in effectu non refert an detur actio seu condictio ex lege, vel officij imploratio, dummodo concludamus iudicem ecclesiasticum posse etiam laicũ præcisè compellere ad obseruantiam pacti. & hoc teneas & notabis prædicta.

SVMMARIVM.

1 *Consensus alicuius quando requiritur in aliquo actu, non requiritur quòd ille dicat authoritatem nostram impartimur, dummodo aliter appareat de consensu.*

2 *Securitas promissa alicui, intelligitur quòd faciet securum ab exceptione iuris.*

CAP. I I.

QVoties. Breue est, vel per alia verba potest sic summari. Conuentio inualida per consensum superioris validatur: & fuit fortè exordiũ confirmationis quorũdam pactorum. ¶ Casus literalis. Si aliqua pactio vel conuentio facta est inter aliquos, ne dubitatio fit in futurum super conuẽtione illa: Papa requisitus debet illam ratam habere pro securitate partiũ. Et in capitulo sequenti dicitur, ꝙ ea quæ promittuntur, adimpleri debent. Ber. ¶ No. primò ibi: *in conuentionibus*. ꝙ cõuentio idem

idem est ꝙ pactum, aliâs non faceret iste tex. ad rubricã. ¶ Secũdò not. ꝙ assensus quandoq; capitur pro authoritate, seu confirmatione. Et cape hanc regulã: quòd vbi cunq; assensus exigitur à superiore in actu pertinenti ad subditos, tunc assensus ibi sumitur pro authoritate, quę quidem authoritas potest appellari assensus, quia authoritas propriè est assensus authorizabilis cõpetens alicui ratione officij publici. vt no. gl. & Inno. in c. j. de rebus eccle. non alienã. lib. vj. plenè not. in c. cũ consuetudinis de consuetudi. ¶ No. ibi: *ratihabitio*. ꝙ in confirmatione. fienda per superiorem non est necesse ꝙ superior dicat, cõfirmamus, sed satis est ꝙ dicat, ratificamꝰ, vel verba similia. non enim refert quid ex ęquipollẽtibus fiat. vt in c. licet ex quadam. de testib. ¶ † Et ex hoc tex. quem bene notabis, colligo argumentum, ꝙ quando superior[a] interponit authoritatẽ alicui actui, puta venditioni rerum ecclesiasticarum, non est necesse ꝙ dicat authoritatem nostram impartimur, sed satis est ꝙ appareat de consensu suo. nam intelligitur consensus præstitus secundum subiectam materiam, vt hîc. vbi ratihabitio ponitur pro cõfirmatione. Audio tamen ꝙ Bal. tenet oppositum, ꝙ debet dicere ista verba. authoritatem nostrã impartimur &c. & allegat dictum Inno. in c. cûm cõsuetudinis præal leg. Sed profecto Inno. hoc non dicit, si bene põderetur & facit quòd non sit necesse. c. in venditionibus. xvij. qõ. iiij. & c. placuit. xij. q. ij. ¶ † No. vltimò ibi, *pro securitate partium*. bonũ argumentum, ꝙ tũc quis dicitur securus[b] in aliquo facto, quando non timet aliquã iuris exceptionem. & facit hîc secundum do. Ant. quòd si quis promisit facere aliquem securum in aliqua re, debet ita ipsam rẽ disponere: vt nihil de iure possit sibi obijci, ita quòd possit sentire læsionem. Nico. Abbas.

CAP. III.

Qualiter. Breue est, & per alia verba potest sic summari. Iudex debet studiosè agere vt promissa adimpleant. ¶ No. primò verbũ studiosè, ꝙ iudex in cõpellendo adimplere promissa vel pacta, non debet esse contentus simplici comminatione, vt quidam dixerunt in c. j. sed studiosè & effectualiter agere, vt promissa ad impleantur opere. & facit iste tex. ad ea quæ dixi. s̃. ca. j. ¶ Secundò no. ibi: *promittuntur*. ꝙ omnis promissio est necessariò executioni mandanda, & põdera, quia tex. nõ requirit ꝙ interuenerit stipulatio, vel scriptura, vel alia solennitas, & sic videtur quòd cũ verbũ ꝓmissio sit multum generale nedum in pacto, quod est duorum, sed in pollicitatione, quæ est vnius tantũ, debet habere locum iste tex. nã ex significato huius verbi promittunť, non requiritur ꝙ interuenerit pactum, sed sufficit nuda ꝓmissio vnius tantùm. & pro hoc tex. in c. iuramẽti. xxij. q. v. vbi dicitur quòd inter simplicem loquelã & iuramentũ Deus non facit differentiam. s. quo ad obligandum promittentem, vel iurantem aliquid, nam vterque peccat cõtraueniendo, licet in quantitate reatus sit differentia, qa grauius peccat veniens contra iuramentum. vt no. in. c. si. de iureiur. & de hac materia, dic vt dictũ fuit i. c. j. s̃. e.

SVMMARIVM.

1 *Renuntiatio beneficij, siue litis super beneficio per pecuniam facta est simoniaca, & non valet, etiam si recipiatur pecunia nomine expensarum. intellige vt. ĩ. nu. 8. 9.*
2 *Renũtiãs liti videtur renũtiare omni iuri sibi cõpetẽti in illa cã.*
3 *Renuntiatio beneficij facta in manibus illius, qui nõ potest recipere, non valet.*
4 *Renuntiare liti an possit prælatus quãdo est lis in causa ecclesiæ.*
5 *Renuntians liti potest cogi ad resignandum instrumenta ad causam illam facientia.*
6 *Papa an possit compellere præcisè, partes ad compositionem.*
7 *Coniuncta persona an admittatur pro coniuncta sine mandato in spiritualibus.*
8 *Iudex potest cogere partes ad compositionem.*
10 *Simonia an sit de iure diuino.*
11 *Papa vbi interuenit, cessat omnis præsumptio violentiæ.*

CAP. IIII.

Cum pridem. Non valet pactum per quod ecclesiasticum beneficium debet pecunia resignari. Primò factũ; sub quo continetur processus causæ, partiũ transactio: ipsius reprobatio: Papalis ordinatio, & intercessio. Secundò dat iudices ibi: *cæterum*. ¶ Casus literalis, Monachi de acra. & . P. clericus pro se & fratre suo habebãt controuersiã inter se super ecclesia & capella de lateranͣ. quibus spoliati fuerant à monachis. S. clericus procurator monasterij & . P. pro se & fratre suo accesserunt ad dñm Papã, & quandam fecerunt compositionem. s. ꝙ dicto. P. pro expensis quas fecerat tres marchæ argenti soluerentur à monachis, & idem. P. liti cederet, & ab infestatione monachorũ cessaret, quã compositionem petierunt per dominum Papam confirmari[a], sed ipse noluit eam confirmare, quia illicita erat. Tandem Papa admonuit illum. P. vt pro se & fratre suo renuntiaret liti. quod & fecit, & instrumenta quæ super hoc habebat in manibus domini Papę resignauit, quę destinauit monachis. mandans priori & fratribus vt eidem P. & fratribus aliquod beneficium assignarent, de quo maius lucrũ haberent quã de illicita pactione. sed prior[b] & monachi acquiescere noluerunt: propter quod dictꝰ P. clericus ad dominum Papam redijt, exponens ei õnꝰ supradictum. super hoc mandat Papa quibusdam iudicibus, quatenus moneant priorem & monachos vt præfato. P. & fratri suo competens beneficium conferant & assignent: quòd si non fecerint, si constiterit eis dictos clericos[c] à prædicta ecclesia & capella absque ordine iudiciario esse violenter eiectos, faciant illos restitui, non obstantibus literis confirmationis, quas dicti monachi super[d] hoc impetrasse dicuntur. Ber. ¶ † No. primò ꝙ clericus potest esse procurator germani sui clerici, de quo vide quod dicam ĩ. de procu. c. in nostra. ¶ Secundò no. quòd nõ est licita pactio vt litigans renuntiet liti super beneficio, & consequatur aliquod temporale, etiã si illud recipiat nomine expensarum.[c] Nam posset in se cõtinere simoniam. quia si renuntians habet ius in beneficio, videť renuntiare iuri spirituali pro tẽporali. nec obstat quòd nomine expẽsarum dicatur recipere, quia hoc posset fingi in fraudem. Item quia iuri spirituali debet quis liberè renuntiare, vt in c. ex parte. & quod ibi no. s̃. de off. dele. ¶ † Tertiò no. ꝙ renuntians liti[d] videtur renuntiare omni iuri sibi cõpetenti in illa causa, vnde licet verbũ lis, strictè sumptũ referatur ad instantiam iudicialem duntaxat, vt no. in c. ij. de procur. lib. vj. tamen largius sumẽdo comprehendit in se ius, quod quis habet in causa super qua lis est mota, vt in c. forus. de ver. sig. & in l. litis nomen. ff. de verbo. signi. Et de prædictis est tex. apertus in l. postquam liti. C. de pac. Et ad. c. dudũ. el. ij. s̃. de elec. in fi. vbi dicitur ꝙ renũtiauit liti & causæ, dic quòd fuit adiectum verbum causæ, ad maiorem expressionem. ¶ † Dicunt tamen domini de Rota deci. ccxcvj. quòd litigans super beneficio renuntians liti & causæ non perdit ius quod habebat in illo beneficio, si renuntiauit in manibus illius, qui non poterat renũtiationem beneficij recipere. quod est valde not. Sicut enim non potest clericus directè renuntiare beneficio: nisi in manibus illius qui eum inuitum destituere potest: vt no. in. c. quod in dubijs. de renun. ita nec directè potest renuntiando liti & causæ. dicunt tamen quòd hæc renũtiatio habet vim taciti pacti, ne vlterius petat. & sic si de nouo petat beneficium, obstaret sibi exceptio. facit quod in simili no. In. no. in c. quod in dubijs. & in c. sup hoc. de renũ. ¶ † Et ex his infero ad quæstionem quotidianam, nunquid prælatus litigans super iuribus ecclesiæ possit liti & causæ[d]

[a] ¶ Superior. vide ad hæc quæ scribunt Ang. Imol. Pau. de ca. & Alexan. in simili in. l. si quis mihi bona §. iussum. ff. de acqui. hære.

[b] ¶ Securus. quid tenetur facere ꝙ promisit aliquem securum facere: ponit do. Ias. in. l. j. col. ij. ff. qui satisd. cogan.

[c] ¶ Nomine expẽsarũ. Adde Cald. consi. j. j. de simo.

[d] ¶ Liti. Adde quæ s̃. posui in. c. ij. de renun.

[d] ¶ Liti & causæ. Adde quod Ang. cõsi. clxxxvij. dicit ꝙ Eps non potest renuntiare iuri cõpetituro petenti restitutionem in integrũ.

cedere. Ex prædictis cōcluderē ꝙ si cā est talis in qua prælatus non habet liberam dispositionē, vt quia agitur de re quęsita ecclesiæ, nō poterit prælatus liti cedere. sicut nec directè posset rem in iudicio deductā alienare. secus autem si agereť de re in qua prælatus haberet liberam dispositionē. ¶ † Quartò not. cautū esse ꝙ post resignatū ius exigantur instrumenta facientia ad illā causam, cum sit inutilis pœnes resignantē, & in futurū possent esse damnosa alteri parti. ¶ † Vltimò no. ꝙ iudex[a] non debet cōpellere partes ad compositionem, etiā si sit Papa. nam vt hîc vides Papa fecit hanc cōpositionē: & tamen monachis nolentibus obseruare Papa non mandauit vt seruarent, sed vt procederetur super lite ordine iudiciario. Posset tamē Papa ex plenitudine potestatis compellere ad cōcordiam & ad cōpositionem, dummodò res super qua litigať sit in libera dispositione Papæ: sic limito notabile dictū Inn. in c. cū inter. R. de elect. vbi singulariter dicit Papam posse ex plenitudine potestatis compellere partes ad cōpositionem. pro hoc facit. ix. q. iij. c. per principalem. Pro limitatione verò mea facit ratio, vt sicut Papa directè nō pōt dispensare in præiudiciū partium, ita nec indirectè. pone exemplū. In concilio Constantiēsi fuit statutum vt nullus prælatus compelleretur inuitus permutare, certè crederē ꝙ prælatus litigans super prælatura non posset compelli ad componēdum, si per cōpositionē cogeretur dimittere prælaturā. facit .l. cū hi. ff. de transa. & c. tuæ. de ꝓcura. Itē limita Inno. in eo qđ dicit ꝙ alius citra Papā nō pōt cōpellere ad cōpositionē. per tex. no. in c. placuit. xc. di. nisi lis fuisset diuturna & adeò intricata ꝙ de facili explicari non posset. ¶ † In glo. j. No. gl. istam singulariter. nā relata ad text. probat ꝙ sicut in profanis, ita in beneficialibus & alijs spiritualibus admittitur coniunctus pro coniuncto sine mādato, dūmodò præstet cautionem ꝙ is pro quo agit habebit hoc ratū. sed ipse tenebitur ad interesse. & ideò præstat cautionē, vt probatur in. l. j. & . ij. C. qui. res iudi. non nocet. & idem quod gl. hîc sensit gl. in. c. coram. de offic. dele. & Doctores trāseūt hîc simpliciter cū gl. Sed dictū gl. nō placet.[b] quia in spiritualib⁹ requiritur speciale mādatū propter grauitatē præiudicij: & in his in quibus requiritur speciale mandatum non admittitur coniunct⁹ pro coniuncto sine mādato, vt in. l. patri. ff. de mino. no. in. c. nonnulli. & in. c. ex parte decani. de rescriptis. Item in istis spiritualibus non pōt sufficienter prouideri per cautionem, quia spiritualia non recipiunt congruā ęstimationē. vt no. gl. in. d. c. corā. Et contrariam opinionē huius gl. reperio tenere do. de Ro. deci. cxxxvj. & Spec. in ti. de coniuncta persona. §. j. & Coll. in. d. c. nonnulli. facit quod no. Archi. in. c. statutū. de rescri. li. vj. & hoc bene no. Tamē tene menti gl. propter eius authoritatem. & vide quod dixi in. d c. coram. ¶ † In glo. iij. ibi: *compositio.* quasi velit dicere gl. ꝙ ibi non interuenit transactio, vt hîc, sed amicabilis compositio. Itē dic vt colligitur ex eo quod sequitur in gl. ꝙ ibi interuenit authoritas superioris: hîc autem partes inter se cōposuerāt. Et no. bene ex hac solutione, ꝙ iudex ex officio suo posset prouidere vt vna pars cederet liti super spiritualibus, & pro bono pacis reciperet expensas quas faceret ab alia parte. Itē posset prouideri vt alia pars daret sibi pensionē annuatim, vt est tex. no. in. c. nisi. de præben. nam pręsumendū est ꝙ iudex non mandaret dari pecuniam pro iure spirituali. sed quia videt partem non fouere iustam causam, potest eam ducere ad renuntiandū liti: & pro bono pacis prouidere sibi de aliquo temporali. Sed inter partes sine iudice non debet admitti hæc pactio, quia posset in se continere simoniam, quia fortè renuntians liti habet ius in causam, sed vbi ius non haberet, non esset aliqua simonia. sed pars potius redimeret vexationē suam vt dicitur in gl. seq. & ob hoc arbitror text. istū dicere quòd videbatur prauū &c. quasi prima fronte sit pręsumenda simonia. sed abstinendū est nedū à malo, sed ab omni specie mali, vt in. c. cùm ab omni. de vita & honest. clerico. ¶ † In gl. in verbo: *illicitæ pactionis.* No. primò ex ista glo. ꝙ si certus sum me habere ius in aliquo beneficio, nō pecco si do pecuniam ei qui mouet mihi litem vt desistat ab illa vexatione,[c] secus si non sum certus, & ideo intelligo qōnē gl. quando certum esset, vel dubitaretur quòd renuntians habet ius vtrum excuset authoritas Papæ si recepit pecuniam pro renuntiatione. ¶ † Pro cuius solutione glo. distinguit. & tenebis perpetuò menti ipsius distinctionem. & videtur sentire quòd in beneficialibus simonia committitur ex ordinatione ecclesiæ, & non ex dispositione diuina, quia hæc beneficia non fuerunt ordinata per Deum, nec ex se essentialiter sunt spiritualia, sed ex ordinatione ecclesiæ accedunt spiritualibus. facit quod no. Inno. in. c. nisi. de renuntia. Sed in contrarium vide pulchrū tex. j. q. iij. c. ex multis. & c. nō solùm. & maximè non placeret mihi hæc opi. quando esset beneficiū habens annexam potestatem clauium, quia accessoriè videtur pecunia data ꝓ illa potestate spirituali: sed hîc me non extendo, quia plenissimè dixi in repetitiōe §. qui vero. j. de pbē. c. extirpandæ. vbi vide: & vide in simili quod no. glo. in. c. ex parte. de offic. deleg. & . j. q. iij. c. saluator. ¶ In gl. pe. in fi. No. glo. & dic latius post Phil. quòd aut instrumentum fuit habitum pecunia creditoris: & debitor pōt illud petere conditione sine causa: vt in. l. dissolutę. alle. in gl. Aut fuit habitum pecunia debitoris, & potest debitor illud vendicare tanquā proprium, vel agere ad exhibendum. vt in. l. vlti. C. ad exhiben. & ibi de hoc. ¶ † In gl. fi. Ex gl. collige tres solutiones. Prima, quòd isti erant spoliati tempore renuntiationis. hæc solutio non est bona, quia ex quo interuenit authoritas Papæ, cessat omnis præsumptio violentiæ. Secūda solutio, quòd isti gratiosè fuerunt auditi post renuntiationem. & hanc lectu. sequuntur Docto. Tertia solutio, quòd illa renūtiatio habebat in se tacitam conditionem annexam. Contra hanc solutionem facit. quia beneficium debet liberè resignari, & non sub conditione, nisi saluetur secundum do. Ant. quòd iste intellectus conditionalis datur à iure. Puto quòd satis posset sustineri hæc tertia solutio, & magis congruit literę quā pręcedēs, quia cū nulla hîc fit mētio de gratia, ex præcedenti cnmpositione satis apparet quòd iste non habebat intentionem liberè renuntiandi: nec hoc videtur simoniacum, quia sperabat aliud beneficium spirituale: nam sicut beneficium potest permutari cum beneficio, & ille qui permutat habet hoc in animo: ita & is qui renuntiat liti vt consequatur aliud beneficiū spirituale. vnde si illud non potest consequi, pōt vti suo pristino iure. vt videtur hîc tex. no. Et ex hoc posset inferri quòd si renuntians causa permutationis, nō potest consequi beneficium alterius, pōt ad suum beneficium redire sine noua collatione, quod tamen pro præsenti non firmo. sed vide Fede. in tractatu permutationis. Et ex hoc vltimo intellectu infertur ad decisionem vltimæ quæstionis quæ ponitur in gl. vt interim instituti remoueantur ab alijs beneficijs: licet Inno. contrà, nisi Papa aliud gratiosè mandaret &c.

a ¶ Quòd iudex. vide Feli. in rub. de treu. & pace. col. j. vbi multa ad ꝓpositū. vide text. in cle. j. vt lite pēden. & Abb. in. c. cum inter. r. colū. iij. de electio. Fel. in. c. quæ in ecclesiarum. col. xviij. ver. secunda declaratio. de constitutio. Anto. Francis.

b ¶ Sed dictum gl. non placet. Circa hoc an coniuncta persona in causa beneficiali admittatur sine iuramēto. vide do. de Ro. in deci. cxlv. inci. in causa. in no. vbi dicunt ꝙ non admittiť nisi ad defendendū absentē citatum, ne priuetur beneficio. & vide etiam domi. de Ro. in decis. cccc. xxiij. inci. si commitatur. vbi dicūt ꝙ etiā post lit. cō. te. nō substituit. & ꝙ cōiuncta ꝑsona in spiritualibus pro coniuncta nō possit agere: tenet Spe. in titu. de coniuncta persona. in versi. quid si est causa spiritualis. & habetur in. c. fin. in fi. de iudi. tamen gl. in. c. cū pridē. de pac. videtur tenere contrariū. de quo vide per do. Abb. in. c. coram. i. ij. col. de offi. dele. & in. c. nonnulli. in. §. sunt & alij in. ij. no. de rescr.

c ¶ Vexatione. vide Abb. in. c. dilectus filius. j. de simo. & similiter non committit simoniam qui est necessitatus dare pecuniam pro spiritualibus. vt no. in. c. cum in ecclesiæ. de simo. vnde quando datur pecunia ob aliquod statutum vel constitutionem, non est simonia vt tradit Ab. in. c. sicut pro certo. e ti. vide remissiuè ad hæc, quæ dicit Abb. hic. & Feli. in rub. de treu. & pace. co. iiij.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia non vacans non potest alteri promitti, etiam si consentiat rector ipsius.*

2 *Prælatus non potest in prælatura sua eligere sibi successorem, nisi ex consensu solius papæ.*

Papa non potest sibi eligere successorem in papatu.

Paria sunt aliquid facere tempore inhabili, vel tempore habili, si effectus confertur ad tempus inhabile.

Cap.

CAP. V.

ACcepimus. Non valet pactum de succedendo post mortem prælati in ipsius ecclesia. Et pone casum in ecclesia debitis onerata, quã senex & diues clericus nolebat acceptare ad exonerandam, nisi fieret sibi pactum vt ipsius consanguineus fortè nepos in ea succederet post mortem ipsius. Diuidit. Prima pars factũ narrat: quod secundò præcipit corrigi. ibi: *verum.* ¶ Casus literalis. Quædam ecclesiæ concessæ fuerãt quibusdam clericis tali modo siue tenore, ꝙ illis defunctis alij nominibus proprijs designati succedãt eisdem: significatum fuit hoc domino Papæ. mandat Papa Eboracẽ. Archiepiscopo, cum hoc sit iniquũ: & sacris constitutionibus cõtrariũ, quatenus hmõi successiones detestabiles & iniquas decernat omnino friuolas. B. ¶ 1 † Not. primò ꝙ ecclesia nõ vacans non debet alteri promitti, etiam si consentiat rector ipsius ecclesiæ. ¶ Secundò no. ꝙ pactũ canonibus inimicũ nõ debet per superiorem aliquo modo tolerari. ¶ 2 † Tertiò & vltimò no. ꝙ non potest Eps vni ecclesiã concedere cum pacto vt alter succedat sibi post mortem. Et facit iste tex. nunquid possit prælatus ecclesiæ sibi eligere successorem. Et conclude ꝙ citra Papam nemo hoc facere potest: sed cum authoritate ipsius Papæ hoc poterit, vt est tex. no. in. c. petisti. vij. qõ. j. vbi Papa gratiosè concessit cuidam Episcopo, vt in ipsius transitu possit sibi eligere successorem. De Papa verò an possit sibi eligere successorem in Papatu. [a] Communis conclusio est ꝙ non, vt no. gl. in. c. apostolica. §. his omnibus. viij. q. j. quam tenebis menti. & idẽ Archi. in. c. si transitus. lxxix. dist. per Io. de lig. in cle. ne romani. de electio. Et est ratio, qa hæc electio refertur ad tp̃s in quo non est futurus Papa. vnde quemadmodum tunc nõ posset, ita nec nunc. Nam paria sunt aliquid gerere tempore inhabili, vel tempore habili: si effectus confertur ad tempus inhabile, vt in. l. quod sponsæ. C. de do. ante nup. facit. c. de vxore. & quod ibi dixi j. de sepul. ¶ In glo. prima ibi, *nisi eius voluntate.* restringe hoc ad dictum glossæ quã do. s. aliqui volunt pacisci super hæreditate viuentis: hoc enim fieri non potest, nisi consentiat ille de cuius hæreditate agitur, sed quo ad casum. c. nostri, non sufficeret voluntas rectoris, vt probatur hîc. & facit quod leg. & no. in. c. ij. de concessione præbend. Nico. Abbas.

SVMMARIVM.

1 *Simonia committitur, quando promouendus in rectorem alicuius ecclesiæ paciscitur collatori soluere maiorem pensionem solito: & taliter promittens debet priuari illa ecclesia. intellige vt j. nume. 3.*
2 *Simoniacè promot⁹ ad ecclesiã debet illa spoliari, & aliter puniri. Collatio beneficij simoniacè facta non valet.*
4 *Censura ecclesiastica est excõmunicatio: sed seueritas ecclesiastica est alia pœna.*
Pœna si est imposita sine quantitate, reliquitur arbitrio iudicis.

CAP. VI.

CVm clerici. Qui per actũ augẽdæ pẽsiõis cõsecut⁹ est ecclesiã: debet ea priuari, & aliàs canonicè puniri: & secunda pars ibi: *nos.* ¶ Casus literalis In cantuarien. prouincia decedentibus prælatis ecclesiarum clerici qui instituebantur in eis pactum faciebant cum eis à quibus ecclesias recipiebant ꝙ ipsi soluerẽt maiores pensiones de ecclesijs illis, quã soluere consueuerũt vt sic facilius possent ecclesias adipisci, vnde Papa mandat Archiepiscopo Cantuarieñ. & eius Suffraganeis, quatenus ꝓhibeant clericis ne decætero id attẽtare præsumant: & si cõtrafecerint, illos ecclesijs ipsis debeat spoliare: & eos ꝑ tãta præsumptione ecclesiastica seueritate punire. B. ¶ 1 † Not. primò ꝙ eligẽdus seu promouendus in rectorem seu prælatũ alicuius ecclesiæ, nõ potest pacisci vt soluat pensionẽ collatori maiorẽ solito: nã cõmittitur simonia: quia ꝑmittit tẽporale vt cõsequat spirituale. & intellige text. in istis ecclesijs quę authoritate superioris soluunt certã pensionẽ superiori quam augere nõ possunt, maximè ante collationẽ factã. idẽ & fortius dic si promouens ꝓpria authoritate obligaret se ad pensionẽ. ¶ 2 † Secũdò no. ibi: *spolietis.* ꝙ obtinens ecclesiã simoniacè debet ea spoliari, & aliter puniri. ¶ Sed quęro nũquid in casu huius. c. collatio isti facta tenuerit. Io. an. sentit ꝙ sic, ex eo ꝙ in summario dicit, ꝙ debet ea priuari &c. nã priuatio pręsupponit ius. vt in. c. ad dissoluendum. de despon. impu. & in. l. manumissiones. de iusti. & iure & l. decem. ff. de verbo. obli. Contrarium tenet hîc Gas. de cal. qui nihil allegat, sed ponderat verbũ spolietis. [b] positũ in tex. nõ enim mãdat istos priuari, sed spoliari quod dicit ꝓcedere si pactum augẽdę pẽsionis interuenit in ipsa collatione: sec⁹ dicit si anteà vel posteà. Ego dicerẽ ꝙ siue interuenerit ante: siue in ipsa collatiõe: collatio nõ valet: quia collatio beneficij seu renũtiatio ipsi⁹ simoniacè facta, nõ valet. arg. j. q. j. c. ordinatiões. & c. sicut. & c. Mattheus. de simo. not. Inn. in. c. cũ vniuersorũ. de rerũ permu. Sed si pactũ interuenerit post collationẽ, tunc nõ potest dici simonia: cũ ius spirituale iam iste cõsequutus sit: sed peccat. & debet puniri: quia citra authoritatẽ superioris cõstituit ecclesiã censualẽ. vt in. c. significauit. & c. prohibemus j. de cẽsi. & tene menti id quod ibi: & hîc dixi. ¶ 3 † In gl. ij. in fi. Io. an. dicit ꝙ licet subsit iusta causa augẽdę pẽsionis. nõ tamẽ põt eligẽdus seu promouendus hîc pacisci sine vitio simonię. Et dicit Hosti. quòd iusta causa augẽdę pensionis est nimia paupertas, vel necessitas eius cui est soluẽda: dũmodo fiat palam, & nõ clam: & cõsentiente capitulo: & authoritate superioris. ar. in. l. nõ ęxistimo. ff. de admini. tut. & in. c. exposuisti. de prębẽ. cũ si. Ego aliter cõcluderẽ & sic: ꝙ aut pẽsio fuit ab initio imposita habito respectu ad facultates ecclesię: vt quia ecclesia fuit data religiosis vt in proprios vsus reditus conuerterent: & ipsi reseruata sibi pensione cõtulerũt alij ecclesiam. & tũc auctis facultatibus põt augeri pẽsio sicut eis diminutis debet diminui. Ad hoc quod le. & no. in cle. j. de iure pa. & in. c. auaritię. de prębẽdis. Aut pẽsio fuit imposita alio respectu: puta in recognitionẽ superioritatis vel in signum protectionis: vel quia patronus hoc obtinuit ab Episcopo tẽpore fundationis, vel ex præscriptiõe: & tũc nõ debet augeri pẽsio: licet sint auctæ facultates: quia nõ subest iusta causa augẽdi: ad hoc qđ le. & no. in. c. ꝓpter. de loca. & in. c. quãtò. de censi. ¶ 4 † In gl. fi. in fi. No. istã gl. iuncto tex. ꝙ appellatione seueritatis ecclesiasticę venit pœna aliàs à iure pro illo delicto imposita: & si nõ inuenit expressa, venit imponẽda arbitrio iudicis: vt in. c. de causis. de offi. dele. & sic est differẽtia inter censurã ecclesiasticã, & seueritatẽ ecclesiasticã: quia appellatione cẽsurę venit excõicatio, interdictũ, & suspẽsio: vt in. c. quærenti j. de verb. sig. Sed appellatione seueritatis ecclesiasticę venit alia pœna extrinseca secundũm delicti qualitatem. Secundò no. ex gl. ꝙ pœna ordinaria simoniaci est depositio. ad hoc. c. insinuatum. & c. de hoc j. de simo.

SVMMARIVM.

1 *Decima est soluenda de pensiõibus domorũ per ipsum locatorem.*
2 *Pœna si est apposita in pacto inualido, an & quãdo possit peti?*
Pœna quando est apposita in aliquo contractu, an possit agi tam ad rem quàm ad pœnam?

CAP. VII.

PLerique. Si ecclesia rem suã locando vel in feudũ cõcedendo apponit pactũ in præiudiciũ iuris parochialis alterius ecclesiæ, non tenet: & quicquid hac occasione perceperit, reddere cogit illi ecclesię. Diuiditur. Nam primò factũ narrat. secundò corrigi ꝑcipit ibi:

ZACHARIAS.

a ¶ Successorem in Papatu. Tene cõmunem opi. esse ꝙ non. vt hic dicitur. & vt no. non minus eleganter ꝗ diffusè Feli. in c. j. co. vij. ver. fallit quartò. & seq. s. de consue. Anto. Franci. ¶ Teneas indubiè, ꝙ Papa non potest sibi eligere successorem, licet Petrus princeps apostolorũ sibi elegerit. imò nec Papa cũ Cardinalibus posset facere constitutionem circa electionem sui successoris. ad quæ vide. d. Car. plenè differentem hanc materiam. in cle. ij. in. v. q. de elect.

b ¶ Spolietis. vide circa hoc verbum spolietis. quæ copiosè allegat Fel. in. c. ij. col. j. s. de rescrip.

cũ autem. ¶ Casus literalis. Quidã clerici regulares & seculares cũ ipsi domos suas locãt, vel concedũt in feudũ pactum adijciunt in præiudicium parochialium ecclesiarũ, vt conductores & feudatarij decimas soluant eis, & apud eorum ecclesias eligant sepulturam. hoc peruenit ad notitiam Papæ. cũ ergo id de auaritiæ radice procedat tale pactũ, Papa penitus reprobauit statuitq́ quicquid fuerit huius pacti occasione perceptum, ecclesiæ parochiali reddatur. Ber. ¶ No. primò ꝙ parochiani nõ possunt pacisci cũ alia ecclesia in præiudiciũ iuris parochialis: & est ratio, quia iura parochialia sunt debita ipsi ecclesiæ parochiali: vt j. de parochi. quasi per totũ. ergo pactũ cõtra tale debitũ non valet: quia non potest quis pacisci in præiudiciũ alterius: vt in. c. si diligenti. de for. cõpe. & in. c. eã te. de iureiu. ¶ Secũdò no. ꝙ ex pacto [a] nõ potest quis sibi eligere sepulturam in aliena ecclesia, licet sponte hoc facere posit: vt in. c. j. de sepul. & hodie dicẽdũ est, vt habet in. c. j. eo. li. vj. & in cle. cupientes. in fi. de pœnis. ¶ Tertiò no. ecclesiã parochialẽ posse petere ab alia ecclesia si quid de iure parochiali à suis parochianis accepit. ¶ † Vltimò no. secũdũ Host. ꝙ de pensionibus domorũ soluenda est decima. concor. c. cõmissum. & . c. tua. de deci. Hoc dictum est verum in se. sed nõ colligit ex litera secundũ Ioan. an. & bene: quia non cõductor sed locator habet soluere hanc decimã, quia cõductor nullũ fructũ percipit, sed dñs domus. Sensus ergo literæ est, ꝙ isti paciscebant vt decimas personales vel reales, quas debebant soluere alteri ecclesiæ, deberent soluere istis locatoribus, vel cõcedentibus feudum. quod non est licitũ vt in litera. ¶ In gl. j. ibi: *formam iuris fiscalis non tollit.* Idẽ dicẽdũ est in proposito ꝙ pactum initum inter istas priuatas personas nõ potest tollere ius ecclesiæ parochialis: vñ licet valere posit pactũ in præiudiciũ paciscẽtiũ, nõ tamen in præiudicium ecclesiæ. vnde põt ecclesia à quolibet possessore decimas petere, quia possessio est ad hoc obligata. xvj. q. j. c. si qs laicus, licet fuerit actũ inter partes, vt non possessor, sed dñs soluat decimas: nã pactũ appositũ contra ius nõ valet. ¶ † Et hinc sumpta occasione ponit hîc Inno. quod no. glo. in. l. pacta quæ cõtra. C. de pactis. dicens ꝙ vbi pactũ est contra ius, non valet pactũ vel pœna, vt in regula quæ contra ius. de reg. iur. lib. vj. & in. l. iurisgẽtiũ. §. sed & si quis. ff. de pact. etiam si interueniat iuramentũ, vt in. c. si diligenti. de fo. cõpe. Si verò pactum est præter ius, tũc valet pœna apposita, sed non pactum. Exemplũ in stipulatione alteri facta. in. l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de verbo. obli. Si verò est secundũ ius, valet vtrũq́: debet tamen quis esse cõtẽtus altero. nã potest agere ad pœnam, vel ad obseruãtiã pacti. & dic ꝙ potest agere ad vtrunq́, si fuit apposita clausula rato manẽte pacto, vt in. l. penul. ff. de transactio. & no. in. c. dilecti de arbi. ad prædicta vide gl. in regula accessoriũ de regu. iur. lib. vj.

SEB. SAPIA.
[a] ¶ Quòd ex pacto. Vide Feli. in c. ad audientiam. el. ij. col. vj. versi. fallit primò. in electione sepulturæ. de rescript.
[b] ¶ Possumus. Vide Ias. l. non solũ. §. morte. col. xx. in fi. de oper. no. nun. & Alex. in cõsi. iij. col. fin. versi. quinimò. in iiij. vol. facit. l. nepos proculo. in fi. ff. de verb. sig.

SVMMARIVM.

1. *Impoßibilitas quotuplex sit, & an & quando vitiet dispositionem.*
2. *Iuramentum super re turpi, an & quando valeat?*
3. *Pactum vel iuramentum de non cedendo bonis, an valeat?*

CAP. VIII.

PActiones. Non valet pactio in spiritualibus, vel quæ peccatum inducit, vel turpis, sed de turpi re vel impossibilis de iure, vel de facto. Et primò ponit dictũ, & eius rationẽ. Secundò ampliat illam & probat ibi: *quod etiam.* ¶ Casus literalis. Dicit Gregorius ꝙ pactiones pro spiritualibus obtinendis nullius sunt momẽti, quia in talibus oĩs pactio & oĩs cõuentio cessare debet. & idẽ dicẽdũ est de alijs q̃ sine periculo animæ obseruari nõ possunt, quia vt dicunt leges, pactũ turpe, vel rei turpis, aut impossibilis, nec de iure, nec de facto obligationẽ inducit. Ber. ¶ No. quatuor regulas ex tex. Prima quòd pro spiritualibus obtinendis omnis pactio omnisq́ conuentio cessare debet, & si de facto apponit pactũ, nullam obligationem inducit. Ex quo infertur ꝙ si pro mouẽdus ad ecclesiam promittit ex pacto se daturũ aliquid collatori, nõ põt agere ad obseruantiã pacti. Et intellige hanc regulã in cõuentione inhonesta, & de re spirituali: secus in conuẽtione honesta, & de re tẽporali, vt in. c. ad quæstiões. de rerũ permu. & in. c. significasti. de electio. Secũda regula. ꝙ nullũ pactum obligat saluti animarum præiudicatiuũ. nõ eñ põt se qui obligare in præiudicium animæ suæ. xxij. q. iiij. per totũ. vnde sicut dicimus in corpore, ꝙ nemo est dñs membrorũ suorũ, vt in l. liber homo. ff. ad legem aquil. nec potest sine pœna se occidere, vel vulnerare, vel alterius occisioni se exponenere, vt in. c. si nõ licet. xxiij. q. v. & in. l. nõ tantũ. ff. de ap. Ita & fortius nõ est quis dñs animæ suæ, vt ad peccatum posit se obligare. nam & iuramentũ nõ obligat ad peccandũ, quia nõ debet esse iniquitatis vinculũ. in. c. quãtò. & in. c. si verò. de iureiuran. quod procedit etiã si obligaret se ad peccatũ veniale, vt probatur in. c. ij. de pact. li. vj. Tertia regula est, ꝙ pactũ turpe vel rei turpis non est obligatorium. Et dicitur pactũ turpe, quãdo cõtinet in se turpitudinẽ, licet res super qua interponitur nõ sit turpis, vt si promitto tibi dare decem vt mihi conferas ecclesiã, & omne pactũ cõtra ius est turpe: vt in. c. faciat homo. xxij. q. ij. & in. l. filius. ff. de condi. insti. pactum verò rei turpis, est quando interponitur super re turpi, vt si ex pacto capio decem, vt hominẽ interficiã. ¶ † Quarta & vltima regula est, ꝙ pactũ impossibile de iure vel de facto non obligat, quia impossibiliũ nulla est obligatio. vt in regula nemo põt. de reg. iur. lib. vj. Et ideò dicimus ꝙ præceptum superioris non obligat ad impossibile, vt in. l. si. ff. quæ senten. sine appel. rescin. & xix. dist. c. in memoriã. Et ex hoc tex. no. ꝙ illud dicimur posse, q̃d de iure & de facto possumus. [b] quod autẽ nõ est possibile de iure reputatur impossibile. vt in. d. c. faciat homo. Pone exemplũ. promitto tibi dare rem sacrã. hoc enim de iure non est possibile, vt in. l. inter stipulantẽ. §. sacra. ff. de ver. oblig. Idẽ si est impossibile de facto. vt si promitto cælũ digito tangere, vel quid simile. Est tñ inter hæc differentia. nam si pactio impossibilis est de iure & de facto: vel de iure tantùm, non obligat. si autem est impossibilis de facto tantùm, aut illa impossibilitas est perpetua, & non obligat, vt insti. de inuti. stipula. §. j. Aut est impossibilitas ad tempus, & tunc obligat. vt si promitto tibi dare mille, & impossibile est mihi tibi nunc ea tradere, sum nihilominus tibi obligatus, quia hoc non est impossibile secundũ naturam, & potius dicitur incõmoditas quã impossibilitas. vt. l. continuus. §. illud. ff. de verbo. obli. ¶ Vltimò no. ibi: *omnis pactio, omnisque conuentio.* differentiã esse inter pactũ & cõuentionẽ. nã pactio est specialis: conuentio est generalis, nam generaliter põt dici cõuentio, quando homines in aliquã sñiam cõueniunt, qualecunq́; sit illud super quod conueniunt, vt in. l. j. §. ij. & in. l. conuentionũ. ff. de pac. ¶ † Op. contra tex. & ꝑdicta. de. c. debitores. de iureiur. vbi valet iuramentũ de vsuris soluendis, & tñ interponit super re turpi. Sol. pactũ nõ valet sine iuramento ex quo turpiter quis recipit sponsionẽ. vt in. d. c. debitores. Sed an valeat iuramentũ distingue. ꝙ aut continet turpitudinẽ ex ꝑsona vtriusq́ recipiẽtis. s. & iurantis, & non tenet, vt in. d. c. si diligẽti. & xxij. q. ij. per totũ, aut continet turpitudinẽ ex parte iurãtis, & idẽ: quia nõ põt quis se vinculare ad peccatum vel etiam contra bonos mores, vt in regula, non est obligatoriũ. de re. iu. li. vj. aut cõtinet turpitudinẽ solũ ex parte recipientis, nõ aũt ex parte iurantis, & iuramẽtũ obligat. & hoc casu procedit. c. debitores. & est rõ, quia iuramẽtũ principaliter dirigit in Deũ. in quo nulla reperit turpitudo

turpitudo: ergo iurãs tenet ad obseruãtiã, & seruãdo, nõ peccat: sed solutũ vigore huius iuramenti põt repeti ab eo q turpiter recepit: vt in. d. c. debitores. & in. c. ad audientiã. & in. c. ad aures. qđ metus cã. ¶ † Vltimò q̃rit: qui dã fecit pactũ creditori suo de nõ cedendo bonis, [a] vtrũ hoc pactũ sit impossibile de iure. Federi. cõsil. lx. in effectu distinguit, ꝙ talis pactio tenet, nisi notoria paupertas reddat pactũ illicitũ. nã tunc videt se obligare in effectu ad carceres. qđ nõ põt: vt. s. dixi: cũ nõ sit dominus membrorũ suorũ. Et an iuramẽtum super hoc interpositum valeat: vide qđ dico in. c. cùm contingat. de iureiuran.

De transactionibus. *Rubrica.*

SVMMARIVM.

1 *Transactio quid sit: & vnde dicatur.*

¶ Continua hanc rubricam: vt dictum fuit in præcedẽti titulo. Et pro rubricæ intellectu quæro, quid sit transactio. Sol. † transactio est de re dubia & lite incerta pactio non gratuita. & dicitur de re dubia: quia si manifestè appareret calũnia, nõ teneret transactio: vt in. l. in summa. ff. de condi. inde. dicitur & lite incerta: quia si fuisset prius iudicatum, nec sentẽtia fuisset appellatione suspẽsa: nõ teneret trãsactio: vt in. l. post rẽ iudicatã. ff. eo. dicit nõ gratuita pactio: quia trãsactio fit aliquo pacto dato vel retento: vt. j. eo. c. super eo. Et dicitur trãsactio: quasi actiõis trãsitio: quia is qui transigit: transit, id est recedit ab actione sibi competente: & ad materiam vide quod no. in. d. c. super eo.

SVMMARIVM.

1 *Transactio tollit omnia iura & instrumenta inter partes postquàm est facta.4.*
2 *Litigator qui recidit à lite, dicitur consequi magnum commodũ.*
3 *Exceptio trãsactionis dicitur exceptio litis finitæ. & potest semper opponi.*
5 *Clausula supplentes omnem defectum quid operetur: & non potest opponi nisi per solum Papam.*
6 *Transactio generalis quæ sit, & ad quæ extendatur. vide hìc plenè.*

CAP. I.

1 Sicut. ¶ † Instrumenta & alia iura partiũ cõtraria trãsactiõe tolluntur. Diuidit. Nã prima pars decernit. Secũda supplet ibi: *cui.* ¶ Casus literalis. Quidã prælati ecclesiarũ habebant cõtrouersiã inter se sup aliqua qõne: & per trãsactionẽ illa cõtrouersia fuit decisa: sed ne aliqua dubitatio remaneret in posterũ: petiuerunt à Papa vt eã cõfirmaret. Sup hac trãsactiõe statuit Papa vt oĩa instrumenta & qcqđ aliud esset qđ opem alicui partiũ afferre posset, vt ex præscriptiõe vel priuilegio sint cassa & vacua, & sola pacta ꝑpetuã obtineãt firmitatẽ. & si aliquid omissum fuerit, ex authoritate dñi Papæ plenũ & firmũ vigorẽ & robur obtineat sola trãsactio siue pactũ. Ber.

2 ¶ † No. ibi: *salubrem.* ꝙ transactio dicit salubris. & sicut cõmendat à iure trãsactio: sic Iurisconsultus seu prætor cõmẽdat eũ qui exercet lites: vt in. l. iiij. in fi. ff. de alie. iu. mutã. cau. fac. hinc est ꝙ si post trãsactionẽ appareat instrumẽta per q̃ appareat trãsigentẽ fuisse deceptũ, nõ ꝑ hoc instaurat lis: licet grauis sit deceptio: quia magnũ cõmodũ cõsequit q à lite recedit. & est tex. no. in. l. lucius. §. fi. ad treb. vide bo. gl. & qđ ibi dixi in. c. pe. de emp. & vẽ.

3 ¶ † Secũdò no. ibi: *decisionem.* ꝙ trãsactio dicitur decisio causæ: æqparat eñ rei iudicatæ: vñ exceptio trãsactiõis est exceptio litis finitæ. vñ põt opponi post vel añ li. conte. licet sit perẽptoria: vt no. in. c. fi. de exce. li. vj.

4 ¶ † Tertiò no. ꝙ per trãsactionẽ tollunt oĩa iura cõpetentia trãsigentibus, siue sint instrumẽta, siue testes, siue præscriptio, vel qcquid aliud de iure cõi vel speciali cõpetẽs: qđ [a] intellige altera parte volẽte transactionẽ implere: aliàs põt transigens vti iure suo: vt in. l. cũ proponas. C. de pa. ¶ No. quartò ibi: *nunc habitorum.* ꝙ pactũ nouissimum seruandũ est: rumpit enim præcedẽtia: vt in. l. pacta nouissima. C. de pac. hìc enim vt colligit ex litera multæ cõpositiones præcesserant. tandẽ venerunt ad cõpositionẽ de qua in tex. & hìc ipsa mãdatur seruari.

5 ¶ † No. quintò ꝙ Papa põt supplere defectũ cõmissum in transactione, siue sit defectus iuris, siue facti. & hoc voluit litera ibi: *incuria vel imperitia.* & dic incuria. i. mala cura vel negligẽtia, & respicit factũ. dic imperitia, vt quia partes errarũt in iure nõ seruando debitas solẽnitates. An aũt hæc suppletio generalis [b] habeat tollere omnẽ defectum. vide in Spe. in ti. de legato. in. §. nunc ostendendũ. versi. xviij. vbi notabiliter dicit, ꝙ hæc clausula supplentes defectũ [c] &c. refert duntaxat solẽnitates iuris: nõ autẽ supplet defectũ inhabilitatis personarũ, vel aliũ defectum naturalẽ: pone exẽplum. Pars transegit super eo qđ possidere nõ potest & Papa simpliciter confirmando dicit supplẽtes defectũ &c. nam nisi Papa sit de omnibus informatus, illa clausula solũ refertur ad defectus commissos circa solẽnitates iuris. & idem tenet Arch. in. c. Cenomanẽsem. lvj. dis. qđ bene notabis. vide ad hoc tex. & qđ ibi no. in cle. pastoralis. de re iud. An aũt alius citra Papã possit supplere defectum commissum in contractibus, vel in iudicijs: dic ꝙ non. etiam si sit legatus de latere: vt no. dicit Spe. in ti. prællalleg. & facit gl. no. in. c. fi. de hære. li. vj. quod nobis.

6 ¶ † In gl. j. in fi. No. glo. quæ in effectu prosequitur tres species petitionis & trãsactionis. nam quandoq; petitio & transactio est specialis, quandoq; generalis: quandoq; indefinita. Sed legistæ, vt dicunt hìc Pet. & Abb. & bene solùm prosequuntur primas duas species. de indefinita non faciunt mentionem. quia indefinita æquipollet vniuersali: vt in. l. fin. de vino triti. & oleo lega. & in. c. vt circa. vbi de hoc. de ele. lib. vj. Doct. nostri aliquid tangunt post glo. hìc: sed non perfectè explicant materiam. Vnde dic tu latius, & clarius colligendo dicta Bar. in. l. sub prętextu. & in. l. si de certa re. C. eo. titu. ꝙ quandoq; petitio est specialis: quãdoq; generalis. primo casu: aut prosecutio & transactio fuerunt etiam speciales. & tunc indubitatum est ꝙ transactio non extenditur ad aliam speciem vt in. l. age. C. eo. & ibi per glo. de hac materia pone exẽplum. Petebam certam domum à te: & hanc domum dũtaxat fui prosequutus: & demum transegimus specialiter super hac domo. vt scilicet datis mihi decem recederẽ à lite: hæc transactio specialis non obstat mihi volenti petere aliam rem à te: sed hanc rem super qua trãsegimus petere nõ possum. Aut transactio fuit generalis. vt puta quia datis mihi. x. renuntiaui omni iuri competenti mihi contra te: & tunc est dubium, nunquid hæc trãsactio generaliter facta debeat restringi ad petitionem specialem: an verò debeat referri ad omnia [d] quæ poterã à te petere. Glo. hìc tenet ꝙ debet restringi ad speciem petitam. Iac. bu. in. d. l. sub prætextu. tenet cõtrarium: dicit enim ꝙ ex quo transactio fuit generalis, habet vigorem generalẽ etiam in speciebus non petitis non vigore transactionis: quia non potest dici transactio: ex quo de alijs speciebus non erat lis: sed habebit vim ratione pacti. Barto. ibi tenet quòd etiam vigore transactionis habebit vim in alijs speciebus. Mouetur hac ratione: nam trãsactio sæpe fit: vt pro eo quod reus dat actori, actor det aliqua reo. vnde si actor receptis centum à reo liberet eum ab actione proposita, & ab alijs quibuscunq; sibi cõpetentibus contra illum, videtur sibi donare ius sibi cõpetens, quantuncũq; sit clarum & liquidum, pro eo qđ recipit à reo: nam remittere est donare: vt in. c. veniens. de testibus. & in. l. cõtra iuris. ff. de pactis. Et ideò cõclude post eum, ꝙ aut transactio generalis sequuta petitiõe

[a] ¶ Cedẽdo bonis. Adde do. de Ro. deci. suis. decisio. bono. Anto. Francis. ¶ Circa hoc an cessioni bonorũ possit renũtiari. vltra hìc alle. vide Bar. in. l. alia. §. elegãter. ij. col. in ver. vlt. Dy. inducit. ff. sol. ma. vbi dicit ꝙ nõ. nisi in duobus casib⁹ ibi positis ꝑ eũ. & ibi vide Ale. in. x. & in. xj. co. in ver. & inquãtum Bar. ponit. & vide Bar. i. l. fi. ff. de cessi. bo. & Flo. in. l. liber hõ. ff. ad legẽ aqli. & vide gl. in auẽ. sed hodie. C. de ac. & ob. & an ꝑ statutũ possit tolli, ne fiat. vide per Bar. in. l. titio. ff. de cõdi. & demõ. & Io. de imo. in. d. §. elegãter. i prin. & ꝑ Bal. in. l. j. in. iij. co. C. q bo. ce. pos. Et an validet iuramẽto. cõiter tenet ꝙ sic nisi mẽdicitas & iopia iurãtis sit notoria. vt in. c. cũ qdã. de iureiu. & ꝑ. d. Anto. in. c. cũ cõtingat. hìc alle. Et adde ꝙ cessio bonorũ licet liberet à carcere, nõ tñ liberat à debito vt ꝑ Bart. in. l. hæres. §. ꝙ si stipulator. & ibi ꝑ Ale. ff. de fideiu. & in. l. j. qui bo. ce. pos.

SEB. SAPIA.

[b] ¶ Gñalis. Vide Are. in cõsi. viij. in ci. abũde. & Ro. in fin. ccccclix. & Ab. in cõs. lxxxiiij. in j. volu. Alex. post Imo. in. l. qdã consulebãt. col. iiij. ff. de re iu. & Vitalẽ in tra. clausularum in ver. supplẽtes. & Alex. in consil. lxxix. colũ. vj. in primo volu.

[c] ¶ Supplẽtes defectũ. Adde Ale. cõ. lxviij. j. li. & Abb. consi. lxij.

[d] ¶ Referri ad oĩa. Adde Ro. consil. cclxxj, & vide ibi qđ voluit ꝑ hanc gl. in transactione facta inter Epm & Archidiaconũ. & vide Ang. cõsi. cc. xviij. Alex. consi. xliij. j. libr. vbi de hac materia.

speciali pôt salua ratiõe recti sermonis restringi ad petitionẽ specialẽ. & in hoc casu salua opi. gl. & facit: qa verba sequẽtia intelligũtur secundũ præcedẽtia, vt in l. si seruus pluriũ. §. fi. & l. qui filiabus. ff. de leg. j. facit. c. intelligẽtia. & c. propterea j. de verb. sig. Aut non pôt restringi ad speciẽ petitã salua ratiõe recti sermonis: vt qa verba sunt multũ gñalia: vt puta quia dixi: renũtio omnibus actiõibus mihi cõpetẽtibus qualitercũq; cõtra te, vel quid simile: & tũc trãsactio non restringitur: sed generaliter in omnibus actionibus habet vigorẽ. ad hoc. l. pluribus. ff. de acceptila. & hoc quo ad primũ membrũ. Quo ad secundũ quãdo petitio fuit generalis: puta quia Episcopus petijt omnia iura epalis: & tũc aut ꝓsecutio & trãsactio fuerant etiã generales: quia Episcopus ꝓsequutus fuit in iudicio petitionẽ generalẽ: & postea trãsegit generaliter & tũc transactio generalis generaliter debet intelligi: vt in. l. sub prætextu. C. eo. In hoc tamẽ aduerte extra exemplũ premissum: ꝙ aut quedã species seu res erãt incognitæ dolo aduersarij: & tũc trãsactio generalis nõ refertur ad illas res: vt in. l. tres fratres. ff. de pac. Exẽplũ. Duo fratres qui cõiter successerunt pari trãsegerunt generaliter super tota hæreditate, si alter eorũ occultauit prius aliquas res, illa trãsactio generalis ad illas res occultatas nõ refertur. Aut certæ species seu res erant incognitæ sine dolo aduersarij: & tũc aut erant debitæ ex testamẽto, & nõ valet trãsactio: quia super debitis ex testamẽto nõ valet trãsactio: nisi viso[a] testamẽto: vt est tex. notabilis in. l. de his. ff. eo. Aut erãt debitæ alio iure, & cõiter tenetur ꝙ valet trãsactio etiã respectu aliarũ specierũ incognitarũ. Quidã tunc tenuerunt oppositũ dicentes ꝙ is qui remittit donat: sed ignorãs nõ donat: vt in. l. nec ignorans C. de dona. ergo transactio seu remissio non refertur ad incognita trãsigenti. Sed Bart. tenet primũ. quia satis est ꝙ generaliter cogitauerit: & videtur cogitasse generaliter, ex quo liberauit eum ab omni eo qđ ab eo posset petere. Dicit tamẽ ꝙ vbi iste nõ cogitasset generaliter, vel specialiter, tũc nõ refert ad incognita rõne prædicta. & in dubio si petitio fuit generalis, præsumit generaliter cogitasse: vnde refertur ad omnia quæ pñt comprehẽdi sub generali actione: secus vbi petitio fuit specialis: quod no. quãdoq; petitio fuit generalis, & trãsactio generalis sed prosecutio fuit specialis. Exẽplum: petij à te administrationẽ tutelæ. postmodũ fui prosequutus certas species tantũ, puta administrationẽ lanæ, vel salis. & isto casu sunt opi. ꝓpter. l. licet. C. de iud. nã sententia generalis refertur ad prosequuta vt ibi: ergo idem in transactione. Alij in contrarium: quia sententia debet restringi ad probationes: sed transactio potest esse generalis. Sed omissis opinionibus distingue. ꝙ aut dolosè in prosequutione omisit alias spẽs: & tũc sentẽtia obstat in omnibus & idẽ in transactionibus. ad hoc tex. not. in. l. de rebus. ff. de arbi. Aut sine dolo, & tũc refertur ad prosequuta, sicut in sententia: quod intelligo si salua ratione recti sermonis potest transactio restringi ad prosequuta: aliàs secus: vt. s. dixi. Aut transactio fuit specialis, & restringitur solum ad illam speciem: vt in dicta. l. si de certa. Sed notabile dubium est, nunquid transactio super certa re extendat ad alias actiones cõpetentes ad illam rem: nam certũ est ꝙ ad alias res nõ extẽdit: vt. s. dictũ est. Sed dubitatur, nunquid extẽdatur ad alias actiones. Exẽplum. Petebã à te istã domũ ex causa emptiõis. demũ trãsegimus. nã recessi à lite datis mihi decẽ. nunqd de nouo possum eandẽ domũ petere ex alia actiõe: vt puta quia dico domũ meã: quia fuit mihi legata. Quidã tenuerunt ꝙ refertur ad omnes actiones. sed Bart. distinguit, & melius: ꝙ aut petitio fuit generalis: puta quia petebã domum iure dominij vel quasi. & trãsactio sequẽs refertur ad omnes actiones. ar. in. c. Abbate sanè. de re iud. li. vj. Aut petitio fuit specialis: & tũc trãsactio refertur ad actionẽ ꝓpositã tãtũ. ad hoc tex. in. l. si ita quis. §. fi. ff. de ver. ob. Et ideò ex prædictis sis caut⁹, vt si vis liberari, generaliter facias trãsactionẽ multũ generalẽ.[b] & nõ parcas in verbis. vt puta dicatur ꝙ partes venerunt ad trãsactionẽ: cõpositionẽ & cõuentionẽ: & cõuenerunt, & trãsegerũt super omnibus actionibus, & super omnibus rebus cognitis competẽtibus, & incognitis: tam in hac re quã in qualibet alia.

a ¶ Viso. Adde & cognito: vt latè per Ange. cõsi. xciiij.

b ¶ Gñalem. Adde qđ voluit Alexã. cõsi. xj. ij. li.

c ¶ Licet decimæ. Vide Ioã. de ana. in. c. post miserabilẽ. in fin. de vsu. vbi dicit ꝙ laici cõtẽdentes de decimis, inter se pñt transigere. & hoc qñ laici fuerũt inuestiti de decimis vt tenet Feli. in. c. cãm. col. iij. ver. de mũ ad prædictam de præscriptioni.

d ¶ Causæ cognitione. Adde quæ ponam. in. c. seq.

e ¶ Quòd nõ. Adde videndũ Ro. cõsi. xxxvj.

SUMMARIUM.

1 *Decimæ licet debeantur de iure diuino: tamẽ potest fieri super eis cõpositio, vt minus vel certo modo soluantur: & hoc fieri debet cum episcopi authoritate. 2. 7.*

3 *Compositio quando fit super decimis, vel qualibet alia ecclesiastica alienatio, quid requiratur ad eius validitatem?*

4 *Decretum episcopi non requiritur in alienationibus rerum ecclesiæ: sed sufficit eius consensus.*

5 *Transactio in spiritualibus non est prohibita, si datur spirituale pro spirituali, secus si datur temporale pro spirituali. 6.*

Transactio, & amicabilis compositio in quibus differant?

7 *Præscriptio super decimis, an & quomodo currat.*

CAP. II.

Statuimus. Tenet cõpositio super decimis facta cũ assensu superioris. & non diuidit. ¶ Casus literalis. Aliquod collegiũ qõnẽ habet cũ aliquib⁹ super decimis: dubitabat vtrũ cõpositio possit interuenire: statuit Papa ꝙ si super decimis inter collegiũ illud & ecclesiasticã personam cõpositio facta fuerit de assensu Episcopi sui, rata & firma permaneat. B. ¶ 1 † No. primò ꝙ licet decimæ[c] sint de iure diuino: vt in. c. tua j. de deci. tamẽ super eis pôt interuenire cõpositio: vt minus soluatur, vel vt certo mõ fiat solutio. ad hoc. c. veniens j. eo. & j. de decimis. c. ex multiplici. qđ an ꝓcedat indistinctè j. dicã. ¶ 2 † No. ij. ꝙ cõpositio non pôt fieri super decimis sine authoritate Episcopi vel Archiepiscopi. ¶ Oppo. & videtur ꝙ authoritas Archiepiscopi nõ sufficiat: quia nõ debet se impedire de subditis suffraganeorũ suorũ vt in c. pastoralis. de off. or. Sol. pôt tex. dupliciter intelligi secundũ doc. Primò ꝙ in subditis Episcopi requirit cõsensus ipsius Episcopi. In subditis verò Archiepiscopi: puta in diœcesi sua requiritur consensus ipsius Archiepiscopi. Secũdò pôt intelligi qñ episcopus trãsigit cũ subdito vt tũc Archieps habeat authorizare: quia ipse est supior Epi. d. c. pastoralis. facit qđ no. gl. in cle. ij. de reb. ecclesi. nõ alienã. ¶ 3 † Secũdò hîc quærit, quid requirat in ista cõpositione seu in alia alienatiõe rerũ ecclesiæ. Sol. dicit In no. ꝙ requirit causæ cognitio, vt sic superior examinet, an talis cõpositio vel alienatio expediat ecclesiæ. Itẽ requiritur decretũ ipsius Epi respectu subditorũ suorũ. xij. q. ij. c. placuit. & c. Abbatibus. & xvij. q. iiij. c. in vẽditionibus. ¶ No. hæc dicta. primò ꝙ alienatio vel cõpositio facta de re immobili sine causæ cognitiõe[d] nõ tenet. & idẽ tenet Inn. in. c. vnico. vt eccle. benefi. in fi. facit. xij. q. ij. c. sine exceptione. & gl. ordinaria quã tenebis menti in. c. j. de reb. eccl. nõ alie. li. vj. & tenet Fede. in cõsi. suis. ¶ 4 † Secũdò no. ꝙ requiritur decretũ: & sic referẽdo Inn. transeunt cõiter Doct. hîc. Sed tu tene contrariũ: quia nullo iure canonico hoc probatur: & ipsemet Inn. tenet oppositum in. d. c. j. li. vj. & gl. ordinaria ibidẽ. vnde sufficit cõsensus seu authoritas superioris, nõ aũt requiritur decretũ. & differentiã inter hæc vide per gl. & Inn. in. d. c. j. An aũt abbates & inferiores prælati citra Epm possint interponere hãc authoritatẽ in cõpositione seu alienatiõe rerũ ecclesiarũ eis subiectarũ. dicit Inn. ꝙ nõ[e]: quia iura faciunt mentionẽ de solis Episcopis: vt in. d. c. placuit. & c. Abbatibus. & c. in vẽditionibus. & similibus. dicit tamẽ quosdã tenere: quos ipse seqt: hoc verũ, nisi ecclesiæ sint pleno

pleno iure subiectæ istis prælatis inferioribus. quia tunc cũ habeant in eis episcopalẽ iurisdictionẽ possunt hãc authoritatẽ interponere. & nõ tradas obliuioni hoc dictũ: quia quotidie allegatur. & sequitur gl. ordinaria in clemen. j. de reb. eccle. non alienand. Et ex hoc dicto infertur generaliter, ꝙ in ecclesijs subiectis prælato inferiori pleno iure potest iste prelatus inferiori exercere omnem iurisdictionem episcopalem. Vnde potest absoluere excommunicatos in casibus in quibus põt Episcopus, & alia exercere epalia. vt plenè dico in. c. significasti. de fo. cõpe. Quidã tamen vt Host. in. c. cũ & plãtare. de priuile. voluerũt hoc dictũ restringere ad prælatos inferiores exẽptos: sed ego non video restrictionis causam respectu ecclesiarũ subiectarũ. ar. in. c. auditis. & in. c. cũ olim. de prę scri. facit. c. irrefragabili. §. excessus. de off. ord. vbi canonici nõ exẽpti possunt præscribere iurisdictionẽ episcopalẽ: an aũt in cõpositione seu transactione semper requiratur authoritas superioris in iuribus ecclesię, dicã plenè in. c. seq. ¶ † In gl. j. in fi. cõcludit hęc gl. in effectu ꝙ in spiritualibus nõ põt interuenire trãsactio[a] vt detur spũale pro tẽporali: sed amicabilis cõpositio sic. & videtur sic ꝓbari. j. eo. c. sup eo. & hæc differẽtia est inter cõpositionẽ amicabilẽ & trãsactionẽ: qa trãsactio est pactio nõ gratuita: qa aliqd datur, vel retinet̃ vt à lite recedat̃: cõpositio verò est gratuita pactio: vñ nulla simonia hoc casu cõmittit̃. sed in. j. posset cõmitti: vt si recipiens tpale resignat ius spirituale. Dic tamẽ secundũ Inn. ꝙ in spiritualibus nõ ex toto reprobat̃ trãsactio: sed tũc cũ dat̃ tpale ꝓ spirituali: & ita loquit̃ gl. secus si dat̃ aliqd spirituale ꝓ spirituali: nã tũc cessat simonia. sicut eñ spiritualia pñt adinuicẽ cõmutari: vt in. c. ad qõnes. de rerũ permu. ita in eis trãsigi põt. Itẽ secũdũ Gof. si authoritate superioris datur aliquod tpale in spũalibus tollit̃ vitiũ simoniæ: in. c. nisi. j. de prębẽ. ¶ † Quid aũt si litigat̃ super bñficio, nũquid possit trãsigi. Cõclude post Inn. ꝙ aut petit̃ beneficiũ rõne tituli, & nõ põt interuenire trãsactio vt det̃ aliquod tpale ꝓ recessu à lite: vt in. c. sup eo. j. eo. nisi superior ex officio suo hoc ordinet vt in. d. c. nisi. dũ tñ is q renũtiat nullũ ius habeat in beneficio. Debet eñ beneficiũ remanere apud eũ, q ius habet: vt in. d. c. nisi. Sed si petit̃ beneficiũ iure ꝓprietatis: tũc põt interuenire trãsactio: qa nõ põt dici quæstio super re spirituali. Pone exẽplũ cũ monasteriũ dicit ecclesiã ad se pertinere, vt possit cõuertere fructus in vsus ꝓprios. facit. c. j. & qđ ibi no. j. de eo qui mit. in pos. ¶ † In gl. fi. in fi. Hæc gl. intrat qõnẽ, nũqd cũ laicis authoritate Epi possit cõponi super decimis, vt minus decimæ soluant̃.[b] & ponit in effectu duas opi. cõtrarias. Primã opi. ꝙ non possit sine authoritate superioris: tenẽt Pet. & Abb. Et ꝓ hac opi. facit qa etiã in quantitate decimæ nõ currit præscriptio. ad hoc tex. iũcta gl. xvj. q. vij. c. quicũq;. & in c. j. de deci. li. vj. nã cũ decima integra sit de iure diuino. vt. j. de decimis. in. c. tua. & in. c. cũ hoĩes. & cõtra ius diuinũ nõ currit præscriptio, nec valet aliqua cõsuetu. vt in. c. fi. de cõsuetu. ergo &c. Secũdã opinionẽ cõtrariã tenuit Host. dicẽs ꝙ licet laici nõ possint possidere, vel præscribere ius decimæ: tñ sup quãtitate bñ currit præscriptio. & sic intellige. c. in aliqbus. j. de deci. & in hoc põdera istũ tex. in eo qđ dicit̃ inter vos & aliquã psonã ecclesiasticã. Alij dixerunt ꝙ in psonalibus decimis põt cõponi cũ laicis. sed in pdialibus nõ: quasi istæ sint de iure diuino, & primę de iure positiuo: de quo tñ dic vt plenius dixi sup ru. de deci. Ego cõcordãdo opi. sic distinguerẽ, ꝙ in psonalibus ꝓpter dubiũ de quo. s. põt admitti cõpositio: in prædialibus verò, aut volũt cõponere super decimis pteritis, & põt admitti: qa fit potius sup fructibus quã super iure spũali: vt ꝓbat̃ in. c. fi. de re. pmu. Aut volũt cõponere sup futuris: & si ad tẽpus põt fieri authoritate Epi. ar. in. c. ij. & iij. j. de his quę fiunt à pla. aut in ppetuũ: & tũc aut ius ecclesiæ est clarũ, & nõ põt fieri citra authoritatẽ Papæ: qa nemo citra eũ põt eximere laicũ à solutiõe decimarũ: vt in. c. à nobis. & qđ ibi no. j. de deci. Esset eñ hæc cõpositio qdã exẽptio: saltẽ respectu partis. & hoc casu ꝓcedit prima opi. gl. Aut ius ecclesiæ est dubiũ: vt puta qa laicus allegat nimiam pauptatẽ: & opi. sunt: nũquid pauper teneat̃ soluere decimã: vt no. gl. in. c. quia tua. xij. q. j. Vel allegat priuilegiũ Papæ. qđ tñ non est clarũ, vel aliqd simile: & tũc põt admitti cõpositio: & ꝓcedat hoc casu secũda opinio. Et ꝓ hoc facit: qa cõpositio nõ debet fieri sine causæ cognitione: vt. s. dixi: quia nõ debet ius ecclesiæ remitti sine cã. ar. in. l. pactũ curatoris. C. de pactis. & xij. q. ij. in. c. sine exce

ptiõe. sed ecclesiæ inter se liberius possunt cõponere: quia oẽs ecclesiæ sunt vna ecclesia. vij. q. j. in. c. nouatianus. & c. loquit̃. xxiiij. q. j. hinc est ꝙ vna ecclesia præscribit cõtra aliam: vt in c. j. de præscri. li. vj. ad prędicta vide. c. veniens j. eo. & c. ex multiplici j. de decimis.

SVMMARIVM.

1 *Transactio potest interuenire super lite etiam mota coram delegato.*

2 *Prælatus potest conuenire & conueniri sine consensu capituli, nisi res sit ardua.*

3 *Prælatus an possit transigere sine consensu capituli: vide plenè.*

Clausula promittens habere ratum. posita in procuratorio, an operetur speciale mandatum.

CAP. III.

Contingit. Si capitulũ cõsensit trãsactioni quã fecit prælat⁹ nomine ecclesiæ, vlterius dissentire non potest. Cõis diuisio. Secũda ibi: *vnde.* ¶ Casus literalis. Abbas siue prior alicuius cõuentualis ecclesię habet causam cum aliquo clerico vel laico, corã ordinario, vel delegato. Abbas vel prior sup qõne illa trãsactionẽ fecit cũ aduersario, vnde capitulũ transactionẽ illã nititur reuocare: quęrit̃ an possit. Respõdet Papa ꝙ si Abbas vel prior habuit mandatũ siue literas de rato à capitulo suo: transactionẽ illã si aliquot annis seruata fuit, nõ poterit reuocare ex eo ꝙ cõsensit à principio, & si literas de rato non habuit reuocare nõ potuit: quia cãm posteà ratã habuit. B. ¶ No. primò ar. ex tex. ꝙ prælatus ecclesiæ non põt transigere sine cõsensu capituli sui: qđ an verũ sit indistinctè, infrà latius & clarè subijciã. ¶ No. secũdò ꝙ in trãsactione põt cõsensus capituli accedere ex postfacto: qđ an verũ sit infrà dicã. ¶ † Tertiò not. ꝙ etiã si lis sit corã delegato, põt interuenire transactio. vnde superior cõmittendo causam nõ tollit libertatẽ componendi & trãsigendi super illa cã quia iudex nõ debet ad aliud laborare, nisi vt partes ad cõcordiã reducat: vt in. c. fi. j. e. & xc. dist. p totũ. & in. l. j. §. & post operis. ff. de noui ope. nũtiatio. ¶ In gl. j. vt clarè intelligas hanc gl. cũ sequẽ. dic ꝙ duæ quæstiões eliciũtur ex gl. Prima nũquid prelatus possit agere in iudicio sine cõsensu capituli. Secũda, nũquid possit trãsigere. ¶ † Quo ad primã gl. hîc & vbi tetigit istum passum, semper inclinauit in partem negatiuam. Sed cõis opinio est in oppositũ: vt nisi causa sit grauis, possit prælatus conuenire & conueniri sine consensu capituli: vt probat̃ in. c. edoceri. s. de rescri. ¶ † Quo ad secundam quæstionẽ quæ pertinet ad titulum gl. hîc concludit quòd licet prælatus posset agere, vel habuerit mandatum generale à capitulo, non

---

a ZACHARIAS. ¶ Interuenire transactio. Adde pro hoc Bar. in. l. j. ver. no. bene hanc gl. C. si aduer. transa. Bal. in. l. post decisionem in. ij. qõ. C. de fur. & Alex. consi. xcj. vol. ij.

b ZACHARIAS. ¶ Decimæ soluãtur. Adde Ant. de but. in. c. parochianos. j. de deci. Istum in rub. eo. ti. & ibi Imo. Arc. in. c. maiores. xvj. q. vij. & Bal. in suo cõsi. in ci. cõstitutio Epi. & Fel. in. c. cãm. in prin. vbi min⁹ sufficienter loquutus est: ideo illum nõ imitare. s. de præscript. Anto. Francis. ¶ Circa materiã hãc decimarũ, dicas primò, ꝙ decimæ sunt in bonis ecclesiæ. c. cã. j. de ver. si. & per Spe. in titul. de deci. in prin. Et adde ꝙ ecclesia non põt remittere decimas alicui: sed præstationẽ vel actũ prę stãdi bene põt remittere secũdũ. d. Card. in cle. fin. in princ. in. vj. qõ. de pœnis. vbi ẽt dicit ibi in. vij. q. ꝙ Papa põt concedere alicui laico priuilegiũ nõ soluẽdi decimas, non tñ põt tollere in totũ ius decimarũ. & iõ dicitur ꝙ pñt laicis cõcedi quo ad cõmoditatẽ, nõ quo ad ius. qa est qđ spirituale. c. ij. de loca. c. quãuis. & c. ꝓhibemus. de deci. & habet̃. xvj. q. j. in. c. decimas. & in. c. Adrianus. lxiij. dis. & in. c. in synodo. & in. c. bñ quidẽ. xcvj. dist. & tene mẽti ꝙ decimæ p statutum tolli vel minui nõ pñt. ita Bal. in. l. fi. C. sine cẽ. vel rel. imò etiã iudæus de terris suis soluere debet: & eo mõ saraceni. vt in. c. de terris. & ibi p Doc. de deci. & per Ol. in cõs. xix. & adde ꝙ decima tẽporis & omniũ bonorũ debet præstari. de cõse. di. v. in. c. quadragesima. cũ glo. & debet solui de auro vel argento qđ effodit̃ in fundo priuato. l. cuncti. & ibi per Bar. C. de metalla. lib. xj. & dñt solui decimæ de animalibus, & de fructu peculiũ: vt per do. Car. in cle. j. in. ix. & xv. q. de deci. & iudex etiã tenetur soluere decimas ex officio qđ habet. vt p. d. Car. in cle. ij. in. xxiiij. q. de iu. & nõ soluẽs decimas non debet absolui per confessorem: quia est in notorio crimine & continuè in peccato mortali. vt per. d. Car. in cle. fi. in. §. j. in fin. de pœnis. & vide gl. or. in. c. ad apostolicæ. de deci. & ibi plenè per scribentes quæ dicuntur decimæ prædiales, & quæ personales. & quæ mixtæ.

tamē pōt tranſigere ſine cōſenſu capituli.[a] Ad iſtū tex. gl. reſpōdet dupliciter. Primò ꝙ prælatus habuit hîc mādatū tranſigendi ſpeciale: & ita debet intelligi tex. dum facit mentionē de litis de ratihabitiōe. Vel pōt ſecūdò intelligi ſecundū gl. ꝙ capitulū promiſit habere ratū quicquid Abbas gereret in illo negocio: & ſic vigore huius clauſulæ potuit Abbas tranſigere. & pondera ſingulariter hunc intellectū: videt̄ enim gl. in hoc ſentire ꝙ per hāc clauſulā appoſitā in procuratorio ꝓmitto habere ratum quicquid feceris. datur poteſtas tranſigēdi: & per cōſequens faciēdi ea quę requirūt ſpeciale mandatū.[b] Idē voluit Bar. in. l. procurator cui generaliter liberam. ff. de procuratoribus. dicens ꝙ ꝑ iſta verba datur libera poteſtas ꝓcuratori. Sed aduerte. quia idē Bart. in. l. j. ff. de off. ꝓcu. cæſa. refert Cy. & alios tenuiſſe cōtrariū. quos ipſe ibi ſeqtur: cōcludēs ꝙ per illā clauſulā non ampliātur vires ꝓcuratoris generalis: ſed ad cautelam illa clauſula ſolet apponi. & hoc idē ſentit gl. in. c. cū dilectus. de reli. domi. vbi concludit ꝙ literæ de rato nō differūt à mandato procuratoris. Doc. hîc cōiter tranſeunt, ꝙ ſine cōſenſu capituli non pōt prælatus tranſigere. & ſatis videtur hoc innuere litera. & multa circa hoc dicuntur per quæ minimè explicatur intellectus & difficultas huius qōnis. Vnde in hoc paſſu latius attingendo materiā cùm quæritur nūquid prælatus ſeu rector eccleſiæ poſsit trāſigere ſine conſenſu capituli ſui, & authoritate ſuperioris. Concluderem[c] ſic. ꝙ aut per tranſactionē alienatur res immobilis eccleſiæ, vel mobilis precioſa: quæ aliās ſine ſolennitate debita alienari nō poterat: tūc nō poteſt fieri trāſactio, niſi capitulū conſentiat, & authoritas ſuperioris interueniat. Nam ſicut directè nō pōt fieri talis alienatio ſine debita ſolēnitate: ita nec indirectè tranſigendo: vnde ſiue prælatus petat poſſeſsiōem ab alio detētam, ſiue ab eo petatur, nūquā poterit fieri trāſactio, per quā poſſeſsio remaneat penes aliū ſine ſolēnitate debita. ad hoc tex. cū gl. notabili in. l. nulli. ff. eo. & ibi notāter firmat Bar. & Fede. de ſenis conſi. xciiij. facit tex. in. l. cū hi §. ſi cū lis. ff. de trāſac. & tex. iuncta gl. in. l. non ſolū. C. de prædijs mino. nō ali. vbi habetur ꝙ queādmodū minor non pōt directè rem alienare ſine decreto, ita nec tranſigēdo: quia non debet concedi vna via qd' alia prohibetur: vt in. c. tuæ. de procur. & in regula cùm quid vna via. de reg. iu. li. vj. ſed ſi per tranſactionem res religioſa remanet penes eccleſiam aliquo dato vel facto per prælatū: tunc poterit ipſe prælatus tranſigere ſine alterius licētia & conſenſu: quia reddit conditionē eccleſiæ meliorem. ad hoc gl. notabilis in. d. l. nulli. & hoc firmat ibi Bar. qd' dicit perpetuò menti tenēdū. & ſecūdū hoc nō erit differētia inter Præſidē, ſeu adminiſtratorē ciuitatis: ſeu inter tutorē, & curatorem, & prælatū. licet Hoſt. videatur hîc facere differētiam. Nā præſes & adminiſtrator ciuitatis, item tutor & curator poſſunt tranſigere: vt in. l. præſes. C. de trāſa. & in. l. interdū. §. qui tutelā. ff. de furtis. quod intelligo ſecundū diſtinctionē prædictā: ita etiā poterit prælatus. nā video ꝙ prælatus pōt modica donare vt in. c. cęterū. de dona. fortius poterit trāſigere retēta ſeu recupata re eccleſiæ: dū tn̄ ius eccleſiæ nō ſit clarū. qa ſi eſſet clarū, non admitteret̄ trāſactio ſua cū dāno eccleſię, ſicut nec trāſactio præſidis vel curatoris. C. de trāſa. l. præſes. Nec obſtat prædictæ concluſioni iſte tex. in quo nulla fit mentio de ſuperiore: quia hîc ſolū quærebatur de capitulo vn̄ ius ſuperioris remanet illæſum. Simile notat gl. in cle. j. de rebus eccl. non alie. & eo caſu quo fieret alienatio rei immobilis nō ſufficeret tacitus cōſenſus capituli: & ſic nō haberet locū iſte tex. quia in alienatiōe perpetua requiritur expreſſus cōſenſus capituli, & non ſufficit tacitus. xij. q. ij. c. ſine exceptiōe: & c. j. de his quæ fiunt à prælatis. & no. gl. in. c. j. de re. eccle. nō alie. li. vj. ſed in alienatiōe temporali ſufficit tacitus cōſenſus capituli: vt in. c. ij. & iij. de his quę fit à prę. & ad hunc caſum reſtringe iſtum tex. vnde ſicut in alienatione ad tempus requiritur conſenſus capituli. & ita in tranſactiōe: & ſufficit tacitus. vt dixi. & ad inferendū tacitū conſenſum capituli, tex. iſte (vt arbitror) ponderat ꝙ Abbas habebat mandatū à capitulo, & ꝙ aliquibus annis capitulū ſeruauit trāſactionē: nec præciſè requirūtur ad inferēdum tacitū cōſenſum: ſed hic de facto iſta cōtigerūt. Vnde idē dicas qualitercunq; per alia indicia poſsit probari tacitus conſenſus capituli: vt in. d. ca. ij. & iij. de his quæ fi. à præla. Item quod ſuprà in tranſactione dic in cōpromiſſo, ꝙ prælatus nō pōt cōpromittere ſuper re in qua non poteſt ſolus diſponere: vnde non pōt compromittere ſuper re immobili, ſeu ad inferendum perpetuum præiudiciū eccleſiæ ſine authoritate ſuperioris & cōſenſu capituli ſui. vt no. Ioā. an. poſt Hoſt. in. c. peruenit. de arbi. & plenè per Lapū alle. cij. vbi etiam dicit ꝙ prælatus cōpromittēdo ſuper re eccleſiæ non poteſt dare poteſtatem arbitro, vt procedat de iure & de facto: quia poſſet eccleſiæ præiudicare. Et hæc ſingulariter notabis. ex quibus habes ꝙ licet ſolus prælatus poſsit agere in iudicio etiā de re immobili: vt. s. dixi: non tamē poteſt compromittere: quia iudicium eſt neceſſarium: compromiſſum voluntarium. ad hoc facit qd' notatur in. c. ſi. j. de emp. & vendi. in glo. j. in fi. & ff. de euic. ſi dictum. §. ſi cōpromiſero. Et per hoc habes declaratum tex. & materiam ſuam &c.

SVMMARIVM.

1. *Tranſactio ſuper eccleſiaſtico beneficio etiam firmata iuramento non valet. 3.*
2. *Tranſactio illicita non firmatur iuramento.*
3. *Simoniacum aliquid eſſe, & ſapere ſimoniam: differunt.*
4. *Fidei præſtatio an ſit propriè iuramentum?*

CAP. IIII.

Conſtitutus. Sup eccleſiaſtico beneficio tranſigi non poteſt: etiam cum iuramenti interpoſitiōe. Prima pars ponit partis ꝗrelā. Secunda dat iudicē ibi: *quia*. ¶ Caſus literalis. Inter. G. clericū ex vna parte. & A. clericum ex alia: ſuper quadam capella quæſtio vertebatur: tandem ſopita fuit per tranſactionem, & fides hinc & inde præſtita & confirmata. tamen præfatus. A. eam ſeruare nolebat: vnde. G. clericus domino Papæ fuit conqueſtus. dicit Papa ꝙ huiuſmodi tranſactiones ſpeciem habent ſimoniæ: mandat quatenus tranſactione in irritum reuocata, audiant cauſam. Ber. ¶ 1 † No. primò regulam quæ ſumitur ex ſummario, vt ſuper eccleſiaſtico beneficio qualecunq; ſit, illud etiam ſi ſit capella, non eſt licitum tranſigere. ¶ 2 † No. ſecundò ꝙ tranſactionē illicitam non validat iuramentum. nam iuramentum nō debet eſſe iniquitatis vinculum. vt in capitul. quātò. de iureiu. ¶ 3 † No. iij. ibi: *ſpeciem ſimoniæ*. quòd tranſactio ſuper eccleſiaſtico beneficio non eſt purè ſimoniaca: ſed ſpeciem ſimoniæ continet ſecundum Innocē. & bene. Et poteſt eſſe ratio: quia is qui dat aliquid temporale vt in beneficio quietè perſiſtat poteſt habere ius in eo: & ſic non conſequitur per tranſactionem aliquid ſpirituale: ſed potius redimit vexationem ſuam: quod licet. vt in. c. dilectus. j. de ſimo. Sed quia poſſet eſſe contrarium: ideò iura prohibent tranſactiōem in beneficio: & videtur ineſſe quædā ſpecies ſimoniæ: & vide in ſimili tex. j. eo. c. ſuper eo. & in. c. cùm pridem. s. de pactis. vbi text. ſemper vtit̄ iſtis verbis. ſ. ꝙ continet ſpeciē ſimoniæ: vnde nō ſine myſterio tex. facit mētionē de ſpecie ſimonię, & nō de pura ſimonia.[d] Et ex

SEB. SAPIA.

a ¶ Conſenſu capituli. Vide Bart. in l. nulli. ff. de trāſa. & in. l. imperatores. ff. de pactis. & quæ notātur in. l. præſes. C. de trāſa. & quæ eleganter ponit Hoſt. i ſumma huiuſti. §. quis pōt. ver. ſed quæro an prælatus. & Feli. in. c. edoceri. col. iiij. s. de reſcri. videt̄ tamen dicendū ꝙ quādo eſſet vrgens neceſsitas, poſſet prælatus ſolus tranſigere. per ea, quæ tradit. d. Iaſ. in. c. j. col. vij. verſi. quartò vltra alia. q feud. da. poſſunt. & Corſe. ſin. ſuis in ver. pupillus.

b ¶ Spale mandatū. Adde Ro. conſil. xciiij. tenere primum dictum. & Ful. cōſi. clxxxvj. Lapum alleg. lxx. circa fi.

ZACHARIAS.

¶ Adde Bar. Cepo. caute. ſua. cxv. An. Bal. & Raph. in. l. ꝙ ſi nolit. §. ſi quis. ff. de ædili. edic.

c ¶ Concluderem. Adde qd' voluit Ro. cōſi. l. & conſ. lxxxviij. Petr. de ancha. cōſil. cxxv.

d ¶ Simonia. Adde Calde. conſil. j. de ſimo.

Et ex hoc infert hîc notabiliter Inno. solutionem ad contrarium. de quo in gl. ij. quare isti non fuerunt depositi vel priuati beneficijs, ex quo commiserunt simoniam. vt patet ex prædictis. Et si diceretur quare ergo hoc prohibetur. Respondet Inn. & bene, quòd non solùm à malo, sed ab omni specie mali abstinendum est: vt in c. cùm ab omni. de vita & hone. clerico. Et ex prædictis no. ꝙ propter speciem simoniæ non debet quis deponi. Secundò ꝙ propter transactionem factam in beneficio ecclesiastico non meretur clericus deponi: sed transactio debet irrita iudicari: quod notabis. licet glo. hîc aliter sentiat. sed primum æquius, verius, & cōius. ¶ Vltimò nota ꝙ transactione existente inualida, partes redeunt ad iura pristina. Intelligitur ergo facta transactio sub tacita conditione, si & inquantum habeat effectum. Idem est si transactio sit valida: sed partes communi consensu volunt ab ea recedere: de quo tamen dicendum vt legi. & nota. in. l. siue. C. eo. ¶ In glo. j. ibi: *æquè punitur.* a Nota bene glo. secundum quam pœna pari[a] venit puniendus trāsgressor fidei sicut transgressor iuramenti: sed dic vt plenius dicam in. c. ad aures. j. quod metus causa. & vide per Arch. in. c. j. de sepul. lib. vj. ¶ 4 † Item no. quòd præstatio fidei non est propriè iuramentum. quod an sit verum dicam in. d. c. ad aures. Et in fi. gl. dic quòd vbi iuramentum non continet turpitudinem ex parte iurantis, semper est seruandum: licet non valeat contractus super quo fuit præstitum: vt in. c. significante. j. de pigno. & ita loquitur. c. debitores. alleg. in glos. Aut continet turpitudinem ex parte iurantis: & tunc non est seruandum: & ita loquitur iste tex. ¶ In glo. ij. ibi: *de gratia tantum auditur.* Not. bene glo. propter ipsius authoritatem. & originaliter fuit opi. ipsius Tan. ꝙ clericus transigens super beneficio debet deponi, & amplius non audiri super illo. Sed tu dic vt. s. dixi. Abbas.

SVMMARIVM.

1 *Transactio super beneficio, an valeat facta per clericum sine episcopo.*
2 *Clericus an possit se obligare ad soluendum censum alicui sine episcopo?*

CAP. V.

De cæterò. Per transactionem factam sine authoritate Episcopi potest prælatus: sed non ecclesia constitui censualis. Vel aliter, & sic. Transactio facta sine authoritate Episcopi super ecclesia si non est iuri contraria, non est per Episcopum reprobāda: sed si per eum census ecclesiæ imponitur, non excedit vitam transigētis. Primò ponitur quæstio. Secundò solutio ibi: *si compositio.* & ibi duo dicta, secundum ibi: *sed sensus.* ¶ Casus literalis. Rector cuiusdam ecclesiæ impetrauit literas à domino Papa contra rectorem alterius ecclesiæ super aliquo iure qđ se habere dicebat contra aliam ecclesiam: coram iudice composuit cum illo aduersario: ita ꝙ per cōpositionem in illa ecclesia ius aliquod habiturus erat. puta aliquem censum annuatim: quæritur vtrùm talis compositio valeat. Respondet Papa ꝙ si compositio non est iuri contraria, non est reprobanda ab Episcopo: sed census sub hoc prætextu solutus siue soluendus illi ecclesiæ cui præest qui literas impetrauit vitam illius qui soluerit non excedat. Ber. ¶ No. ibi: *extraordinarium.* iuncta gl. ꝙ iudex delegatus dicitur extraordinarius.[b] non enim est iudex secūdum iurisdictionem, sed eius potestas est extraordinario modo inducta. & idem notat glo. in. c. quoniam contra. de proba. & pro hoc facit, quia cùm non sit ordinarius, ergo est extraordinarius: arg. in. c. intellecto. de iureiurando. ¶ 1 † No. secundò, ꝙ super beneficio potest clericus transigere sine authoritate Episcopi: qđ intellige, dummodò remaneat in beneficio. aliàs non puto ꝙ possit sine Episcopo dimittere beneficium. nam sicut non potest directè: vt in. c. quod in dubijs. & c. admonet. de renuntia. ita nec indirectè transigendo: quia posset confingi fraus: ad hoc bo. text. in simili in. l. cùm hi. §. si cùm lis. ff. eod. ¶ 2 † No. iij. quòd per compositionem factam authoritate iudicis delegati potest clericus se obligare ad soluendum aduersario censum toto tempore vitæ suæ: licet Episcopus non consenserit, nec consentire velit. alium text. in hoc notabilem habes infrà. de præben. c. nisi. quod est menti tenē dum: nam licet bona ecclesiæ debeant conuerti ad vsus pios: vt in. c. pastoralis, de his quæ fiunt à prælatis. tamen pro bono pacis potest constitui ex reditibus ecclesiæ census soluendus aduersario. ¶ Item not. quòd authoritas delegata non sufficit ad constituendum ecclesiam perpetuò censualem: sed Episcopus ex causa hoc potest: vt in. c. prohibemus. & quod ibi not. infrà de censibus. Sed quæro qualiter debet iste census constitui? Solu. dicunt Doc. quòd non debet computari certa quota redituum: puta dimidia, vel tertia pars, ne videatur facta sectio beneficij: vt in. c. maioribus. in frà. de præb. sed poterit constitui certa quantitas fructuum vel redituum. ¶ In gloss. ij. ibi: *de subiectione.* Hæc secunda solutio non est vera: quia cùm litigatur super ecclesia aliqua ratione subiectionis spiritualis non potest transigi: vt detur aliquod temporale: vt est text. apertus in. c. præterea. infrà eodem. Sed posset saluari hæc secunda solutio, intelligēdo quòd agebatur super aliquibus iuribus temporalibus competentibus in ecclesia: tunc enim posset interuenire transactio: vt dixi. s. eod. c. statuimus. Et in fin. glo. facit hanc expositionem pro declaratione literæ: quia tex. dicit cui præest: & nō apparet de quo loquatur: cùm loquitur impersonaliter. ideò supplet gl. cui præest scilicet impetrator. Vel secundum Innoc. dic cui præest: scilicet Episcopus. & clarior esset litera secundum Ioan. and. si text. diceret absq; authoritate Episcopi qui pręest: sed in hoc nō est vis. Abbas.

SEB. SAPIA.

a ¶ Pœna pari. An qui promittit sub fide sua dicatur iurare. vide Alex. in l. nā posteà. §. dato. ff. de iureiurā. vbi ponit de multiplici specie iurandi.

b ¶ Extraordinari⁹. Adde Roma. consil. cclxxvij. vbi dicit ꝙ ideò fauorabilior est ordinatio.

SVMMARIVM.

1 *Aduocatus potest esse testis in causa in qua quando fuit adhibitus testis non erat aduocatus.*
2 *Coniuncta persona si fuit adhibita testis in causa cōiunctæ personæ, adminiculatur instrumento.*
Testis si non debuit examinari propter suspiciōem, tamen examinatus facit indicium.
3 *Proxeneta potest esse testis in instrumento in quo fuit mediator: tamen non potest testificari voce viua.*
4 *Aduocatus aduocans in causa in qua prætendit habere ius, an censeatur iuri suo renuntiare.*
5 *Testis descriptus in aliquo instrumento, an præiudicet sibi respectu contentorum in eo?*

CAP. VI.

Ex literis. Qui fuit transactiōis mediator, contra eam non auditur. Vel sic. Si beneficium quod per trāsactionem habetur impetratur vt vacans ab eo qui fuit transactionis mediator, non valet impetratio. Hoc dicit quo ad titulum. Prima pars narrat factum. Secunda diffinit. ibi: *cùm autem.* ¶ Casus literalis. Inter R. & A. clericos quæstio vertebatur super ecclesia de vult. corā vigoreñ. Episcopo à sede apostolica delegato: in cuius ꝑsentia trāsactio inter ꝑdictos clericos facta fuit mediatē. G. qui eidē. A. in eadē cā patrocinium pręstabat: & testis etiam inscriptus fuit in illa trāsactiōe: postmodū dictus. G. mētiens se clericum, cū nondū fuit tonsuratus in clericū, sup ecclesia illa tacito de illa trāsactiōe contra dictum. R. literas impetrauit ad Archi

a ¶ Vt testis. Adde Alex. consi. iiij.

b SEB. SAPIA. ¶ Licet pr. Vide Io. de ana. & Are. in. c. cũ oporteat. j. de accusatio. & subtilius p Are. in. l. q testamẽto. §. qcũq;. ff. de testamen.

c ¶ Aliquod indiciũ. Adde videdũ Ale. cõsi. cxxvij. iiij. li. Roma. cõsil. cliiij.

d ¶ Proxeneta. Adde Ale. consi. xiij. Roma. consi. cccxxxiij.

parti aduersæ instrumẽta, & pandens iura sui clientis aduersario, tenetur de falso. secundũ Bar. in. l. j. in. §. is qui. ff. de fal. & habetur per Spe. in tit. de aduo. in. §. iij. imò dixit Bart. in. l. j. ff. de præuari. ꝙ aduocatus vnius partis præstans auxilium alteri parti tenet̃ pœna falsi. imò aduocatus in vno articulo causę nõ põt cõtra eãdẽ partẽ in residuo causæ pręstare patrocinium.

Anto. Franci.

¶ Circa hoc de ꝓxeneta cõtractus siue de mediatore an posset esse testis. Dicas ꝙ de cõsensu vtriusq; partis nedũ põt esse, sed cogitur testificari. neutra verò parte cõsentiente repellit̃. altera verò parte cõsentiẽte põt esse testis volẽs, sed nõ inuitus: vt no. per Ange. in. §. quoniam verò. in aut̃. de testi. colla. vij. & per Bal. in. l. omnibus in ver. sed dubitat̃ C. de testi. & vide in. c. j. & ibi glo. in versi. mediatores. de test. li. vj. vbi dicitur ꝙ spẽale est in crimine simoniæ ꝙ admittat̃. & vide aliã gl. in ver. in testẽ. ad fi. in. c. romana. eo. ti. & lib. & vide gl. in. §. in his. in ver. ꝙ si. in aut̃. de inst. cau. & fi. vide aliã glo. in c. dilectorũ. de testi. cog. & habetur per gl. in. c. si episcopus. j. q̃. j. & p Bart. in. l. deferre. in princ. versus fi. ff. de iur. fis. & per Angel. in. l. debet. de ædi. edic. & hr̃ per. d. Anto. in. c. nõ fine & est. c. ij. in pen. co. & se. de arb. & in. c. ex literis. in pen. col. de trãsa. & vltra cõsi. Ale. hic alleg. vide eũ dẽ in cõs. xviij. in. iiij. parte cõsil. vbi idem dicit ꝙ in cõtractu in scriptis confecto põt esse testis: quia videtur esse adhibitus de cõsensu vtriusq; partis: quod etiã voluit Bal. in aut̃. sed nouo. in iiij. colũ. C. si cer. pe. & idẽ dicendũ in procuratore ad negotia secũdum Bar. in. d. l. deferre. in prin. & Bal. in. d. l. oĩbus. in ver. sed dubitatur. & vide Spe. in ti. de teste. in. §. j. in ver. quid de proxeneta. & vide omnino Alex. in consi. cxxviij. in. ij. parte consi. & etiam in. d. l. deferre. vbi dicit ꝙ proxeneta non repellitur à testificando officio iudicis: sed tantum parte opponente. & habetur etiam per. d. Anto. in. c. cũ dilectus. de consue. & per eũdem in. l. iiij. in. §. hoc autem iudicium. ff. de dam. infe.

episcopum Eboracen. & vigoren. Episcopum coram quibus proponebat literas non valere, pro eo ꝙ nondum fuerat tonsuratus in clericum, ipse dixit se clericum: & quia non dixit in literis ꝙ eo mediante & authoritate ipsius trãsactio fuerit facta vnde iudices remiserũt causam ad dominum Papam. ipse examinato negotio cùm dictus. G. confiteretur se interfuisse in illa transactione & non fuisse tõsuratum in clericum quando literas impetrauit, eidem G. super dicta causa silentium imposuit. Ber.

1 ¶ † Not. primò & tene menti, quia nescio alibi ita expressum: ꝙ aduocatus alterius partis potest esse testis in instrumento compositiõis & transactionis in illa causa. Et potest esse ratio: quia per transactionem finitur lis: vnde instrumentum refertur ad tempus, quo iste est futurus aduocatus. Item non præstitit patrocinium super trãsactione: sed super causa principali. Et circa hoc dicit Innoc. aliud notabile verbum securè: scilicet tenẽdum, ꝙ is qui fuit descriptus in instrumento alicuius cõtractus vt testis:[a] potest esse posteà aduocatus cùm agitur ad executionem illius contractus: nec instrumentum vacillat ex eo quia aduocatus est ibi descriptus vt testis. Dicit tamẽ quòd si dubitaretur in aliquo de viribus instrumenti, nõ posset iste aduocatus testificari. quia nunc est aduocatus. Et sic nota mirabile, quòd vox istiꝰ aduocati descripta facit fidem etiam tempore aduocationis: tamen vox sua viua non admittitur: & facit hoc ad quæstionem: quam ponit Ioan. and. in regula, cùm quid vna via. in mercu. vbi quærit nunquid notarius procurator possit in causa quã procurat producere instrumentũ quod ipse prius fecit in fauorem dominiꝰ & dic vt ibi: & facit ad materiam. quod no. Bar. in. l. deferre. §. Item decreuerunt. ff. de iur. fisc. ¶ † Et ex his arguebat do. Ant. ꝙ licet pa-

2 ter,[b] vel coniunctus nõ possit esse testis in causa filij, vel communi, tamen si fuit descriptus in instrumento vt testis, adminiculatur instrumento: hoc tamen non colligitur hìc. quia tẽpore descriptiõis iste erat suspectus. Dictum tamen potest esse verum. quia regula traditur ꝙ vbi testis non debuit examinari propter suspicionem: tamẽ si fuerit examinatus, facit aliquod indicium:[c] vt no. Bar. in. l. maritus. ff. de

3 quæstio. ¶ † Secundò no. & etiam tene menti ꝙ mediator alicuius contractus potest describi vt testis in instrumento illius contractus. & sic proxeneta[d] potest esse testis in instrumento, licet non possit testificari voce viua[e] vt no. in. c. j. de test. li. vj. & in aut̃. de testi. §. quoniam verò. & potest diuersitatis esse ratio: quia in instrumento describitur de consensu vtriusq; partis qua ratione potest esse testis etiam voce viua: vt in iuribus pręalleg. Item tollitur suspicio propter fidem instrumenti. ¶ Not. tertio ibi: *authoritate*. ꝙ authoritas quandoq; sonat in factum & non in ius. nam aduocatus nõ potest authorizare in transactione, capiendo trãsactionem propriè pro consensu authorizabili, qui requiritur à superiore: quia aduocatus non est superior. sed hìc sonat in factum: quia fuit iste adiutor & mediator illius transactiõis, & fortè dictauit instrumentum secũdum Host. ¶ Item nota ibi: *in clericum tonsuratus*. ꝙ clericus primæ tonsuræ est capax beneficij. & quòd prima tonsura est ordo. facit. c. cùm contingat. de ætate & qualitate. & quod notatur in prooemio sexti. ¶ Item no. quòd laicus non est capax beneficij, nec potest impetrare beneficium ante, quã ordinetur, nisi fieret specialis mentio in rescripto: vt quia Papa mãdaret ꝓuideri alicui scholari perito cupienti adscribi militiæ clericali. & tunc debet prius ordinari, & posteà beneficium sibi cõferri. de quo vide qđ dixi in. c. cũ adeò. de rescri. & in. c. fi. de pręsumptio. & in. c. ij. de inst. ¶ † In gl. j. no. j. gl. iũ-

4 cto tex. quia in canonibus nõ habetur alibi. & limita istã gl. quãdo qs sciẽter fuit aduocatus pro actore, vt tũc videatur renũtiare iuri, qđ habet in illa cã. secus si fuit aduocatus rei. ita limitat gl. in. l. inter. ff. de rei vẽdi. qđ ego intelligo qñ aduocatus stetit in meris finibus defensiõis, dicẽdo ad actorẽ ius nõ cõpetere: secus si insistit dicẽdo ꝙ reo ius cõpetit, & petẽdo pro eo pronuntiari: nã tunc eadẽ ratio est in aduocato rei quæ est in aduocato actoris. & aduertẽ: quia ex eo ꝙ gl. hìc dicit ꝙ iste patrocinãdo tacitẽ renũtiauit iuri suo: videtur sentire vnã lec. ad illum text. ꝙ iste aduocatus impetrauit super ista ecclesia tanquã sibi debita per prius: nã aliàs nõ poterat renũtiare iuri qđ nõdũ habebat. & idẽ sentit gl. pe. j. c. Sed Host. sequitur istũ intellectũ. nõ est tamẽ verus in se. nã vt dicit Io. an. & bene cũ iste esse tũc laicus, nõ poterat habere ius in ecclesia. dictũ gl. tñ est verũ in se: sed non quo ad tex. & iõ tene aliũ intellectũ quẽ ponit hìc Inn. ꝙ iste impetrauit hãc ecclesiã vt vacantẽ: & posteà cũ exciperẽt cõtra eũ ꝙ alius erat possessor, iste replicauit ꝙ erat possessor iniustus & simoniacus; q̃a eã tenebat vigore trãsactiõis illicitæ: sed alia pars replicauit, ꝙ cùm ipse fuisset author & mediator illius transactionis: & testis ibidem descriptus, non poterat allegare contra illam transactionem: quia sic allegaret turpitudinem suam. Itẽ litera erat surreptitia, cũ dixisset se clericũ

de quo vide Spec. in ti. de aduo. in. §. nunc tractemus. in ver. sed nũquid post. imò aduocatus post cognita secreta partis non põt cõtra eã assumere aduocationem: vt per Spec. in loco præalle. & vide eundem Spe. in ti. de teste. in. §. j. in ver. quid si aduersarius. vbi dixit ꝙ ita demum aduocatus vnius partis potest recipi in testẽ, si pars velit: aliàs non. nec etiam potest esse iudex in causa, in qua fuit aduocatus. secundũ Bald. in. l. ne in arbitris. in. ij. colũ. in versi. iuxta ꝑdicta quæritur. C. de arbi. & in. l. apertissimi. in ij. col. C. de iud. & in. l. fin. C. de assesso. & tenet Bar. in l. prætor per illũ text. ff. de iurif. omnium iudi. vbi etiam Alexã. ponit. & no. Doc. in c. postremò. de appel. & habetur per Spe. in tit. de lega. in. §. restat videre. in ver. Item si fuerit. & prædicta intellige vera in eadem cã, secus autẽ in alia. vt plenè p Phili. fran. in. c. postremò. præalleg. nisi sit connexa & dependens ab ea, in qua fuit aduocatus. vt in præalle. c. postremò. & habetur per Io. and. in. c. j. de testi. lib. vj. Et adde ꝙ aduocatus nõ põt cõsulere in causa cui patrocinatur. secũdum glo. in. l. proximè. in ver. remotis. & ibi per Bar. ff. de his quæ in testa. delen. quod intelligo verũ, quando reqreretur consilium decisiuum, propter affectionem quam præsumerẽ habere ad cãm: imò in alia cã posset cogi ad consulendum. l. ij. C. de proxi. sa. scri. li. xij. & habetur per Bar. & Bal. in. l. sancimus. C. de aduo. diuer. iu. Et an quis possit esse iudex in causa in qua fuit aduocatus, vel ecõtrà an possit esse aduocatus in causa in qua fuit iudex. vide Spe. in ti. de offici. deleg. in. §. superest. in ver. quid econtrà. vbi dicit ꝙ potest esse aduocatus in causa in qua fuit iudex. tamen dicit honestum fore si abstinetur. an aũt, possit esse assessor in causa in qua præstat patrocinium: habetur per Spe. in titu. de assesso. in. §. fin. in prin. vbi dicit ꝙ non.

e Anto. Francis. ¶ Viua voce. Circa hanc materiam de aduocato an possit esse testis in cã in qua est aduocatus: veritas est ꝙ nõ: quia per indirectũ cogeretur pandere aduersario iura partis & clientis sui. imò aduocatus oñdẽs

cũ nondum esset tonsuratus: & per hoc Papa imposuit isti impetratori silentiũ.& ex his habes declaratũ intellectũ hui⁹ capituli.& fuit mirabilis decisio ꝙ auctor & mediator alicuius cõtractus non põt contra illũ contractũ aliquã inualiditatẽ allegare.qđ tene menti.¶ †In glo.ij. in fi.No.hanc gl.ex qua habetur decisio quotidianæ quęstiõis,an testis[a] descriptus in aliquo instrumẽto præiudicet sibi respectu eorũ quæ continẽtur in ipso instrumento?& concludit gl.ꝙ non:nisi quando sciẽter authoritatẽ præstitit:qa fuit author in illo instrumento:vt in tex. isto.Sed gl.iuris ciuilis aliter distinguũt. dicunt enim ꝙ aut tale describebatur quod poterat testis impedire contradicẽdo,& sibi præiudicat:aut nõ poterat impedire:& nullum præiudiciũ facit.Exẽplũ primi.quãdo obligatur in instrumẽto res ipsius testis:nã non poterat sine cõsensu suo res pignori supponi.l.rem alienam.ff.de pignora. actio.& no.in.c.nonne.de præsump.Exẽplum secũdi in venditione.nã inuito domino põt res ipsius vendi. quia per cõtractum venditionis nullũ pręiudiciũ fit domino quia solũ obligatur persona ad tradendũ: vt in.l. rẽ alienam.ff.de contrahen.emp. ita no.gl.& sequi videtur ibi Bar.in.l.fideiussor.§.pater.allegata in gl.& in.l.Caius.ff. de pigno.act.Gof.in.c.cũ inter.de re iud.aliter distinguebat.ꝙ aut testis intẽdebat se obligare,& obligatur. vt in l.si nõ subscripsisti.C.de administra.tut. aut nõ aduertit quid in scriptura cõtineretur,vel subscripsit vt testis, & nõ obligatur,quia hoc non intendebat.ar.l. nec ignorãs C.de dona.hoc vltimum videtur seq dominus Ant. vel põt dici secundũ eum & aliter,ꝙ aut fuit author,& sciẽs & facit sibi præiudicium:secus si solũ sciens.& hæc videtur opinio huius gl.satis credo posse has opiniones reduci ad cõcordiam hoc modo:ꝙ aut in instrumento continebatur aliquid in præiudicium iuris ipsius testis:& tũc si fuit ignorans,sibi non pręiudicat.vt.d.l.Caius.Idem si fuit sciens,& non poterat impedire actum contradicendo:aut poterat impedire actũ contradicendo: & tunc facit sibi præiudiciũ:vt.d.l.fideiussor.Aut de præsenti nõ versabatur aliquod suũ interesse:sed põt petere interesse respectu iuris posteà quæsiti:puta qa emit rem quę pri⁹ fuerat à tertio pignorata:&tunc aut fuit auctor illius cõtractus,&nõ põt allegare illius inualiditatẽ:vt patet secũdum lecturã Inn.aut solũ fuit testis descriptus: & poterit allegare inualiditatẽ.quia testis solùm testatur de his quæ sunt facti,& non de his quæ sunt iuris:vt in.c.si testes.iiij.q.iij.& cautum est ad euitãdas opiniões vt nunquã quis patiatur describi in instrumẽto si ex illo potest prætendere aliquod pręiudicium.¶ In gl.iij.in fi.vel dic ꝙ ibi interuenit propriè transactio, quæ tamen de iure fieri nõ poterat. & ob hanc causam ille impetrauerat illud beneficium vt vacans, sed non fuit auditus; quia ex quo fuit mediator transactionis licet illicitæ:non potest eam impugnare:quia allegaret turpitudinem suam.arg. in.c.j.de testibus.li.vj.¶ In gl.si.in fi.& dic ꝙ hìc recepit ordinem postmodum. vt hìc innuunt verba textus ibi: *nondum.* quasi innuant ꝙ postmodum fuit ordinatus: & hoc est indubitatum si dixit se clericum cùm non esset, quia surreptio in beneficio reddit gratiam nullam ipso facto:vt in.c.j.&.ij.de filijs presbyterorum.lib.vj.Idem dicerem si tacuit se esse laicum: quia ex quo subticuit illam qualitatem,qua expressa literas non habuisset, literæ sunt surreptitię. vt in.c.postulasti.in fi.de rescrip.nec habilitas superueniẽs habet literas cõualidare: vt est tex. in.c.si eo tẽpore.de rescriptis.li.vj. Nicolaus Abbas.

SUMMARIUM.

1 *Transactio super ecclesiastico beneficio fieri non põt:sed amicabilis compositio sic.*

2 *Transactio,& amicabilis compositio quomodo differant.*

CAP. VII.

Super eo.[b] ¶ †Super ecclesiastico beneficio transigi nõ põt: sed amicabiliter componi sic.& ad hoc quotidie allegatur iste text.Communis diuisio. Secunda ibi: *tale.* ¶ Casus literalis. Aliquis coram iudice petebat beneficiũ ecclesiasticũ in aliqua ecclesia:quærebatur vtrũ super hoc beneficio sic in iudicium deducto possit fieri trãsactio:respondetur ꝙ super re sacra & religiosa nõ potest fieri trãsactio:quia res sacra dato aliquo vel retento aut promisso vel possideatur,speciẽ continet simoniæ:si verò gratis & amicabiliter fiat cõpositio inter litigãtes,nõ obuiat sacris canonibus.B. ¶ No. j.regulã ꝙ nedũ super beneficio ecclesiastico,sed nec super aliqua re sacra seu spirituali põt interuenire transactio.videtur enim in se cõtinere speciẽ simonię:quia posset cõtingere ꝙ ex datione seu promissione rei tẽporalis quis consequeretur istud ius spirituale:vt dixi latius.s.e. ti.in.c.constitutus.¶ No.ij.ex hoc & ex tex.ibi: *speciem.* ꝙ transactio super re spirituali vel beneficio nõ est oĩno simoniaca,sed videtur habere speciẽ simoniæ.&hũc tex. allegaui.s.eo.c constitutus.¶ †No.iij.differẽtiam inter transactionẽ & compositionẽ:nã transactio fit cũ receditur à lite aliquo dato,seu retento,vel promisso:cõpositio fit gratis & amicabiliter:vt cùm prætendẽs non habere ius vult à lite gratis recedere.Posset tamẽ dici ꝙ cõpositio possit fieri etiam aliquo dato seu retento. vt in c.ij.iuncta gl.s.eo.& talis compositio non debet interuenire in bñficio litigioso:sed debet esse amicabilis & gratuita:vt in tex.Vnde pondera istũ tex.in eo qđ dicit ꝙ si gratis &amicabiliter inter se componãt &c.ergo de substãtia compositionis nõ est vt sit gratuita & amicabilis: aliâs illa verba gratis & amicabiliter superfluerẽt.¶ Sed quæro de exẽplo.qualiter possint cõponere gratis &amicabiliter.fortè partes cõueniunt secundũ Doc. vt aliqui periti videant iura partium, quorum consilio promittant acquiescere:vel ad preces alterius reliquus vult discedere à lite tãquã ius nõ habens,nec etiam improbatur si nulla præcedente specialiter promissiõe postmodum aliquid alteri largiatur.argumẽtum in.c.tua. de simo. & tene menti istum tex.ꝙ in compositiõe fienda gratis super beneficio non requiritur authoritas superioris: qđ ego puto procedere:nisi alter per compositiõem dimittat beneficium ab eo possessum:nã non potest possessor quoquomodo beneficium dimittere sine authoritate superioris.vt in.c.admonet.&.c.qđ in dubijs.de renuntiatio.& vide quod dixi in.c.cũ pridem.de pact.¶ †In gl.j. Nota bene hanc gl.quia quotidie allegatur.& dic clarius ꝙ aut contenditur de beneficio ratione tituli seu prælationis:& nõ potest interuenire transactio vt detur tẽporale pro spirituali,vel vt detur aliud spirituale non à superiore sed vigore transactionis: quod non est licitum. quia beneficium ecclesiasticum non potest obtineri,nisi per canonicã institutionem:vt in regula prima.de regu. iur.li.vj.& in.c.ex frequẽtibus.de institu.tenet Inn. in.c. ij.s.eo.sed amicabilis cõpositio potest interuenire modo prædicto.Itẽ iudex ex officio suo pro bono pacis posset cõponere vt habens ius in beneficio det aliquid non habẽti.iuxta formam.c.nisi.j.de prębẽ.aut cõtenditur de beneficio ratione subiectionis:& tũc idẽ dicendũ qđ de alia re spirituali.in qua dic ꝙ transactio non potest interuenire:vt detur temporale propter recessum à lite:vt in c.præterea.j.e.Sed bene potest dari vel retineri aliud spirituale:arg.in.c.ad quæstiones.de re.permu.dixi post Inno.in.c.ij.s.eo.¶ In gl.ij.ibi: *non tenet transactio.* Vult ergo gl.& bene,ꝙ ꝓpter euidentem calumniã impeditur transactio,& intellige de calumnia ex parte actoris.quia actor sciebat sibi ius non cõpetere,& malitiosè mouit li

SEB. SAPIA.

a ¶ An testis. Vide pulchrè p do. Sozi.in.l.si quis ita. ff.de reb.dub.vbi tangit an qs possit esse testis in instrumẽto de cuius cõmodo tractat,tradunt etiã Doc. in §.legatarijs. insti. de testamen.

b ¶ Super eo. Vide singularem limitationẽ ad istũ text. quã ponit Feli. in c.capitulũ ad fi.de rescri. videlicet ꝙ in Papatu est licitũ de facto cõpromittere & transigere:qđ multum notat & extollit.

tem.tũc enim si aliquid recepit vigore transactionis, potest illud ab eo repeti:vt in.l.in summa.allega.in gl.sed si calumnia esset ex parte rei,tunc non vitiaret transactio sed actioni potest consuli per actionem & replicatiõem doli:vt probatur in.l.sub prætextu. C.de transac.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio rei ecclesiasticæ facta per rectorem ipsius ecclesiæ sine consensu superioris, valet in vita ipsius rectoris tãtum 2.intellige vt infrà.nu.3.*

4 *Clericus non cogitur satisfacere creditoribus, nisi deducto ne egeat.*

CAP. VIII.

VEniens. Transactio facta de rebus ecclesiæ per prælatũ sine superioris cõsensu non obligat successorẽ.&quotidie allegatur iste tex.Prima pars ponit querelã.Secũda dat iudices ibi: *Mandamus.* ¶ Casus literalis. Monachi quidã maioris monasterij excolũt terras in parochia sanctæ mariæ de marchia,&coloni ipsorũ monachorũ omnia sacramẽta tam volũtaria quã necessaria recipiunt ab eadẽ ecclesia:monachi prædicti talẽ fecerunt compositionẽ cum rectore ipsius ecclesiæ sanctæ mariæ prædecessore istius rectoris,vt monachi de duabus caruatis terræ quas retinẽt monachi in dominio suo, tertiã partẽ decimarũ tantũ soluãt eidẽ ecclesiæ sanctæ mariæ & de omnibus alijs decimã integrè soluant: demũ mortuus est sacerdos ille cũ quo talis trãsactio facta fuit. successor illius integraliter petebat decimam de omnibus possessionibus quas ibi monachi & coloni monachorũ excolũt in parochia sanctæ mariæ:monachi volebant se defendere prætextu transactionis prædictæ:nec permittebant colonos suos soluere decimas prædictæ ecclesiæ. rector iste conquestus est dño Papæ.vnde mandat quibusdã,quatenus cõpellant monachos &agricolas ipsorũ soluere decimas eidẽ ecclesiæ integraliter de omnibus rebus de quibus decimæ solui debẽt:&de subtractis satisfaciant cõpetenter.nisi præfati monachi docuerint trãsactionẽ prædictam super duabus caruatis terræ per sedẽ apostolicam confirmatã fuisse,cũ aliàs transactio illa super duabus caruatis fuerit personalis:& pacta inter alios acta alijs obesse non debeãt.B.¶ Nota primò iuncta gl. ꝙ sacramẽtorũ quædã sunt necessaria: quædam voluntaria.Et ꝙ omnia sacramẽta debẽt percipi ab ecclesia parochiali.¶ Secũdò no.ꝙ super decimis põt interuenire trãsactio inter personas eccclesiasticas,vt soluant aliquo retento.& hoc declaratur in.c.ij.§.eodem.vbi dicitur ꝙ super decimis põt cõponi:nam debet intelligi in compositione etiã non gratuita.nã per istam cõpositionẽ de qua in textu monachi nõ soluebãt integram decimã. ¶ Not. iij.ex hoc & ex textu,ꝙ etiã religiosi tenẽtur ad solutionem decimarũ,quæ ratiõe prædiorũ quæsitæ sunt intra parochiã alterius ecclesiæ.de quo vide qđ legitur & no. in.c.ex parte.&.c.nuper.&.c.suggestum.j.de deci.¶ †Itẽ no.& tene menti,ꝙ super iuribus ecclesiæ immobilibus & spiritualibus põt rector transigere, & componere in præiudiciũ suijpsius,ita ꝙ cõpositio valebit toto tẽpore quo ecclesiam possidebit.Et ex hoc & ex textu no.singulariter ꝙ rector ecclesiæ põt cõtrahere super rebus ecclesiæ sine superioris authoritate:vt cõtractus duret toto tẽpore,quo ipse est futurus rector:& nescio alibi ita bonũ tex.¶ Item no.ꝙ sine authoritate superioris non põt rector ecclesiæ trãsigere quo ad inferendũ perpetuũ præiudiciũ ecclesiæ.Et ex hac parte infero, ꝙ rector ecclesiæ nõ põt transigere,si per trãsactionẽ res immobilis ecclesiæ remaneat penes aliũ,sed valebit trãsactio in vita sua duntaxat:vt hic.de quo vide quod plenius dixi.s.eo.c.cõtingit.¶ Itẽ no.ꝙ pacta inter alios acta nõ debẽt obesse alijs.¶ No.ibi: *ex quibuslibet rebus.* &ibi: *ex integro.* ꝙ decima est integrè soluenda de omnibus vndecũq;.¶ Vltimò collige formã petitiõis cũ decimæ aliquo tẽpore nõ fuerunt solutæ.nã de præteritis põt peti æstimatio,& in futurũ põt peti vt reus cõdemnetur ad solutionẽ decimarũ.Si ergo fructus mihi debiti non extãt,possum petere æstimatiõem.¶ Sed quæro,nũquid iste text.intelligatur etiã in decimis personalibus.videt primò ꝙ sic.quia tex.loquitur indistinctè.cõtrariũ tenet Hosti.tũ quia in prin.fit solũ mentio de prædialibus:tum quia in personalibus currit præscriptio secũdũ opi.Host. tum quia monachi nõ tenẽtur ad personales decimas.¶ No.hoc vltimũ.& idẽ tenet Hosti.in.c.nonũ genus.j.de deci. Ratio: quia religiosi acquirũt monasterio:monasteriũ aũt non tenetur ad personales decimas.& idẽ dicit Inn. in omnibus alijs qui alteri acquirũt. Ex quo infertur ꝙ si dñs est exẽptus etiã à solutiõe decimarũ,nõ tenet dñs vel seruus de lucratis per seruũ soluere decimã. Quid aũt de clericis secularibus?dixi plenè in.d.c.nouũ genus.¶ In gl.j.in fi.Not.hanc gl.quia quotidie allegatur.ex qua collige septẽ esse sacramẽta[a] ecclesiæ:quorũ quinq; sunt necessaria duo volũtaria.& declara vt in gl.& aduerte:quia gl. sentit ꝙ laicus etiã in necessitate nõ põt conferre nisi duo sacramẽta:vt sacramẽtũ baptismatis,& sacramẽtũ pœnitẽtiæ.Chrismare verò,& extremã vnctionẽ conferre, vel corpus christi tradere nõ põt:licet in necessitate.de quo vide qđ dixi in.c.quãtò.de cõsuetudine.& in.c.pastoralis.in.§.præterea.de offi.deleg.¶ Itẽ no.ex gl.ꝙ sacramẽtũ ordinis dicitur sacramẽtũ dignitatis. & vltra expositiões gl.credo ꝙ dicitur dignitatis:quia ꝓmotus ad ordinẽ consequitur dignitatem:vt.iiij.di.c.deniq;.in prin.& alibi dixit tex.ꝙ nulla dignitas secularis similis est sacerdotio.xcvj.dist.c.duo sunt.¶ †In gl.in ver. *confirmatam.* in fi.No.gl.ꝙ quantuncũq; rector ecclesiæ transigat nomine ecclesiæ,vel aliũ cõtractũ faciat,si est talis contractus qui nõ possit perpetuò valere sine authoritate superioris,ille cõtractus cẽsetur potius personalis quã realis. vñ obligat personã cõtrahentis,& non ecclesiã.simile in c.vnico.de despon.impube.li.vj.¶ †In gl.pe.Not.bene vltimã qõnẽ ꝙ rector obligatus ad obseruantiã contractus,in vita sua nõ põt cõuenire,nisi ecclesia esset læsa.[b] tunc enim posset petere restitutionẽ in integrũ.nec ob. c.qđ quis.&.c.quisquis.alle.in gl.quia loquũtur quando cõtractus nõ tenuit.nã tunc põt rector iure cõi cõuenire.Sed cõtra conclusionẽ gl.opponitur:nã cũ cõpositio ista sit personalis,nõ videtur ꝙ ecclesia possit lædi:&per cõsequẽs nõ debet posse peti restitutio.Sol.dicit Hos.ꝙ de facto ecclesia poterat lædi:puta quia seruitores nõ haberẽt vnde viuere.& iõ subueniẽdũ ecclesiæ,ar.in.c.pe. de cle.nõ resi.& in.l.minoribus.ff.de mino.Dicit tamen ꝙ si iste rector haberet ꝓpriũ,compelleretur satisfacere cõtrahẽti secũ pro interesse.ar.in.c.de multa.in ver.& si vltra.de præben.& in.c.reprehensibilis.§.si aũt.de appel. Itẽ secũdũ eũ posset capi id qđ cederet in sustentationẽ suã,& de se conqueratur:quia dignũ est vt malè meriti egestate laborẽt.l.bona fides.ff.depo.¶ †Not.hoc dictũ bene.per hoc enim vult Host.ꝙ ad satisfaciendũ creditoribus alicuius rectoris põt tolli ex reditibus ecclesiæ id, quod cederet ad sustẽtationẽ ipsius[c].& idem sentit in.c. peruenit.de fideius.Sed nõ credo hoc dictũ esse verũ, nisi saltẽ ipse rector haberet vnde viueret:quia quẽadmodũ miles seculi non cõpellitur vltra quã facere possit:& semper habẽda est rõ ne egeat.vt in.l.miles.ff. de re iud. ita dicẽdũ est in milite Dei.vt no.gl.in.d.l.miles.& vide gl.in.c.studeat.l.di.&qđ plenius dixi in.c.Odoardus.de sol.& in.c.ij.de pig.& plenius in repeti.§.q verò.in.c.extirpãdæ.j.de præbẽ.& hoc ꝓcedit cũ clericus cõuenitur rõne cõtractus.sed si rõne maleficij,tũc non habet ratio ne egeat:quia dignũ est vt malè meriti &c. d.bona fides &c.Extra

SEB. SAPIA.

a ¶ Septẽ esse sacramẽta. Vide no.in c.j.de cõiu.seruo. & quæ ponit Io. an.in rub.de sacra. non iter. & cõtra istã gl. ꝙ imò extrema vnctio non sit sacramẽtũ:vide gl.in.c.iij.de secũ. nup. & Do. & an benedictio quę fit in nuptijs sit sacramentũ.vide gl. & Doct.in.c.j.de secun.nup.

b ¶ Esset læsa. Adde latè Fran.aret. consi.cxiiij.

c ¶ Ad sustentationem ipsius.Adde Are.cõ.alle.&qđ voluit Ancha.cõsilio.cxv.

&c. ¶ Extra gl. quæro, quō debet cognosci an pactio sit realis vel personalis? Sol. conclude post Doc. ꝙ aut agitur de re tēporali, & tunc hoc cōsideratur non solū ex verbis, sed etiam ex mente contrahentiū. vtrū. s. quis voluerit se obligare personaliter, an etiā hæredes suos. vt in. l. iurisgentiū. §. pactorum. ff. de pac. plenius per Bar. in. l. stipulationes non diuidūtur. ff. de verb obli. aut agitur de rebus ecclesiasticis, & tunc hoc perpenditur non solū ex mente & verbis contrahentium, sed ex potestate iuris. nam sine superioris authoritate non potest rector ecclesiam perpetuò obligare: restat ergo vt pactio censeatur hoc casu potius personalis, quàm realis: vt res valeat eo modo quo valere potest.

SVMMARIVM.

1 *Simonia committitur non solùm in spiritualibus: sed etiam in connexis ipsis spiritualibus.*

CAP. IX.

PRæterea. Non valet transactio super iure presentādi, per quam nouus census imponitur ecclesiæ, vel antiquus augetur. Vel notabilius summa sic. Sicut super iure spirituali: ita super annexo non pōt transigi vt recedatur à lite interueniēte aliqua tēporalitate. Cōis diuisio. Secūda ibi: *cùm igitur.* ¶ Casus litera. Ecce vacat aliqua ecclesia: contentio est inter laicos & aliquos religiosos super præsentatiōe rectoris. veniūt ad talē transactionē vt laici habeāt præsentationē, & religiosi percipiant ab ecclesia maiorē pensionē quā recipere consueuerant, vel nouam, cùm nihil anteà percipiebant. quæritur an talis transactio teneat. Respōdet Papa ꝙ talis trāsactio simoniaca videtur, & ideò de iure non tenet, nec monachus ex ea vllū debet cōmodū obtinere. B. ¶ Not. j. ꝙ præsentatio qnq; ponitur pro iurepatronatus: vel pōt text. intelligi ꝙ de sola præsentatiōe erat contētio quę est pars iurispatronatus, & nō de toto patronatu. iuxta not. in. c. nobis. 1 de iurep. & per gl. xvj. q. vij. c. piæ mētis. ¶ † No. ij. ꝙ simonia [a]committitur non solū in merè spiritualibus: sed etiā in cōnexis ipsis spiritualibus: quod tene mēti. [b]Nam ius præsentādi non est merè spirituale: sed annexū spirituali: vt in. c. quātò. de iud. & tn̄ super hoc iure cōmittitur simonia. emens ergo iuspatronatus, vel aliter illud acquirens interueniente aliquo tpali cōmittit simoniā. ¶ Tertiò not. ꝙ nulla est transactio super spirituali, vel cōnexo interueniēte aliquo tpali. Sed opp. contra text. videtur enim ꝙ non committatur simonia in transactiōe super spirituali: sed species simoniæ: vt in. c. super eo. & c. cōstitutus. s̄. eo. hîc aūt tex. innuit oppositū. Sol. iste tex. dicit ꝙ vr̄ simonia: verbū aūt vr̄, est fictū, non aūt denotat præcisam veritatē: vt in. l. j. §. deieciſſe. ff. de vi & vi ar. ¶ Secūdò opp. & vr̄ ꝙ alio respectu hæc trāsactio non poterat sustineri: qa laici nō poterant cōferre vel augmentare pensionē in ecclesia. x. q. ō. j. ca. j. & se. & c. nouerint. & ca. fi. de re. ecc. nō alie. Solu. dicit Inn. ꝙ laici nō conferebāt, sed tacebāt, & cōsentiebāt: fatetur tn̄ ꝙ si isti laici percepiſſent ab antiquo cēsum in ecclesia, potuiſſent illū remittere, & cōferre religiosis, & percipere iuspatronatus. quod dicit Host. verū ex authoritate superioris, & non pactione partiū: & bene loquitur: quia aliàs cōmitteretur simonia: vt hîc: sed superioris authoritas purgat vitiū: vt in. c. nisi. de præben. ¶ In gl. j. hęc gl. videtur corrigi per sequentē, in qua dicitur ꝙ etiam superioris authoritate non potest constitui ecclesia censualis: tn̄ in delegato dic vt habetur. s̄. eo. c. decætero. in ordinario dicendum: vt legi. & no. in. c. prohibemus. & in. c. significauit. de censi.

SVMMARIVM.

1 *Confeſsio poteſt pro parte acceptari, & pro parte non, quando habet diuersas partes.*
2 *Confeſsio illorum de capitulo præiudicat ecclesiæ.*
3 *Dominus semel, semper præsumitur dominus: nisi probetur contrarium.*
4 *Obligatio nulla poteſt esse inter monachum & Abbatem, vel dominum & seruum.*

CAP. X.

PRæterea. Super spirituali subiectione non licet transigi. Cōis diuisio: Secunda ibi: *Respondemus.* ¶ Casus literalis. Quedā cella voluit eximi à subiectione qua tenebatur matrici ecclesię, oblato libello & lit. contest. fratres illius cellæ per syndicū suū cōfeſsi fuerūt in iure se fuiſſe olim subiectos ecclesię: & quęstionē de hac subiectione motā fuiſſe, & per trāsactionē sopitam, ita ꝙ quendā cēsum redderēt annuatim matrici ecclesiæ, & eſſent à subiectione illius exempti. prior matricis ecclesiæ ꝓponebat pro ipsa, ꝙ de spirituali subiectiōe trāsigere non licebat, & ex confeſsione illorū fratrū apparet, ꝙ olim subiecti erāt matrici ecclesiæ. ergo adhuc ad subiectionē tenentur: cū priuilegia exēptionis nō ostendāt. Iudex dubitauit quid iuris eſſet. Rn̄det Papa ꝙ ex cōfeſsione illorū fratrum debet ferri sn̄ia cōtra eos: cū illa trāsactio iniquitatē cōtineat, licet nō cōstiterit dn̄o Papæ de illo qđ cella determinatè reddere tenebatur. B. ¶ † Not. j. 1 ꝙ vbi cōfeſsio emanat sub diuerso cōstructu [c], seu diuersis oratiōibus, pōt quis aduersæ partis cōfeſsionē quatenus facit pro se recipere: & quatenus facit cōtra se, reijcere. Vel no. aliter & sic. ꝙ pōt quis aduersę partis cōfeſsionē recipere pro se, & aliā partem cōtra se impugnare. De hac materia no. plenius in. c. j. de cōfeſ. li. vj. & Bart. 2 in. l. Aurelius. in. §. Itē quæsijt. ff. de li. leg. ¶ † No. ij. ꝙ cōfeſsio fratrū nocet ecclesiæ, etiā vbi agitur de iure subiectiōis, ex sola enī cōfeſsione istorū fratrū ferēda erat cōtra ecclesiā sn̄ia. cōcordat. c. dilectus. de cap. mo. & ca. suborta. de re iud. cū si. ¶ Vlti. no. qđ dixi in summario. ꝙ super subiectione spūali nō pōt interuenire trāsactio. intellige interueniente aliquo tpali: secus si daretur vel teneretur aliud spūale: vt no. gl. s̄. eo. in. c. sup eo. & probatur in. c. ve- 3 niēs. s̄. eo. ¶ † Itē pōt colligi ex tex. ꝙ olim dn̄s seu superior semper pręsumitur dn̄s vel superior, nisi probetur liberatio [d] nā isti fratres confitebantur de præterito: dicentes se olim fuiſſe subiectos, & tn̄ sn̄ia fertur de præsenti cōtra eos: qa & hodie p̄sumuntur subiecti. aſſerēti enī liberationē incūbit onus probādi. vj. q. vlt. c. accusator. & facit ad primū 4 dictū. l. siue poſsidetis. C. de proba. ¶ † Sed quæro, nunquid super subiectione tpali poſsit transigi. puta est contētio vtrū quis sit seruus an liber. Cōclude post Host. ꝙ aut est dubiū de subiectiōe, seu seruitute. & pōt transigi: vt in. l. fi. C. eo. aut est certū, & nō valet trāsactio: vt in. l. interpositas. C. eo. nā inter seruū & dn̄m non cadit obligatio, & sic nō potuit dn̄s seruo obligari per trāsactionem. d. l. interpositas. & per illā. l. idē dicendū in transactione quæ fieret inter monachū & Abbatem: nō enim valet talis trāsactio: quia Abbas non pōt obligari monacho. facit quod no. Io. an. in regula non est obligatoriū. in mer. Hinc dicit Fed. ꝙ si Abbas ꝓmisit monacho pro moto ad prioratū se nō reuocaturū eū invita, non obstāte illa promiſsione pōt illum reuocare. vt no. ipse consi. c. dixi in. c. cū ad monasterium. de stat. reg. quod not.

SBB. SAPIA. a ¶ Quòd simonia. ꝙ simonia cōmittatur etiā in iurepatronat⁹ est tex. in. c. veniens. j. de testi. vbi. d. Abb. in. ij. not. & tenet Fel. ibidē in prin. & in. c. iij. de iud.

b ¶ Tenemēti. Ad de Rom. cōsil. cc. dxix.

ZACHARIAS. c ¶ Sub diuerso cōstructu. Adde Lāfran. in. c. qm̄ contra. §. statuimus. ver. confeſsiones. num. xij. & ibi in apos. Celsi. in ver. defensionem. j. de probatio.

d ¶ Probetur liberatio. Adde quod voluit Old. consi. ccliiij.

SEB. SAPIA. d ¶ Probetur liberatio. Vide no. in. l. siue poſsideris. C. de proba. cum infinitis quæ congerit Fel. in. l. scribā. de præsumpt. vbi copiosè ponit qn̄ ex præterito tempore præsumitur in præsens.

SVMMARIVM.

1 *Transactio in causa matrimoniali non valet: intellige vt j. nu. 8.*
2 *Iudex non solùm debet causas decidere secundum ius: sed etiā eas concordare, si poteſt.*
3 *Pœna statutaria poteſt per iudicem moderari ex causa. 10.*
4 *Iudex debet semper inclinare se in partem æquiorem, & habere æquitatem præ oculis.*
5 *Legatus de latere poteſt omnia diſpensare quæ non sunt expreſsè reseruata Papæ.*
Legatus in prouincia eſt maior omnibus ordinarijs citra Papā.
6 *Aequitas, eſt iuſtitia dulcore misericordiæ temperata.*
7 *Iudex an poſsit cum bona conscientia reducere partes ad concordiam, quando iura partium sunt clara ipsi iudici?*
8 *Gradus secundus in linea æquali eſt diſpensabilis per solum Pa*

pam ex maxima causa.

9 *Aequitas in casu dubio, vel pari, semper est præferenda rigori.*

CAP. XI.

1 EX parte. ¶ † Super matrimonio trāsigi non pōt. Vel plenius sic. Iudex pōt & debet se interponere pro trāsactione inter partes fienda, præterquā in casibus, in quibus iura hoc nō admittūt vt super matrimonio. Diuidit. Nā primò hortatur legatū vt cōponat etiā in casibus expressis à iure. In fi. dicit quid de casibus non expressis ibi: *in his.* ¶ Casus literalis. Quidā græci furtiuè recipiebant ordines sacros à non suis Epis: quidā etiā celebrabāt in ecclesijs interdictis, & nolebāt obedire latinis: quidā alij Græci & Latini Epi celebrabāt cōsecrationes in Epatibus aliorū: & decimas percipiebāt ibidē, in eorū præiudiciū & grauamen: qdā laici græci ꝓprias vxores dimittebāt authoritate sua illis viuētibꝰ, & alias accipiebant, sup his & alijs excessibus pluribus prædicti excedebāt. Cardinalis legatus inde cōsuluit do. Pa. quārr in his deberet se habere. Rñdetur ꝙ Cardinalis sup his ad cōponendū interponat partes suas, & poterit aliquid interdū detrahere seueritatis, consideratis statu imperij & excedentiū multitudine, deliberatione habita prout viderit expedire: exceptis casibus qui cōpositionē vel dispensationē non recipiūt: vt sacrm coniugij, quod apud Latinos & Græcos, & apud fideles & infideles existit: in quo à seueritate canonica recedere non licet. In his verò in qbus non inuenit expressum, procedat æquitate pēsata, declinādo in benigniorē partē, scdm qd personas, cās, loca, & tpa viderit postulare. B.

2 ¶ † Not. j. ꝙ officiū iudicis cōsistit nō solū in decidendo cās scdm iuris regulas sed etiā in cōponēdo inter partes: debet enī iudex à principio conari quātū potest vt partes reducat ad concordiā, & ad bonā compositionē. concor. xc. dist. per totū. & in. l. j. §. & post. ff. de no. operis. nun.

3 ¶ † Not. ij. quòd iudex potest, & debet in pœnis interponendis interdum detrahere seueritati, recedēdo à pœnis in iure statutis, si cā legitima subest: vt puta qa multitudo delinquētiū est in cā, & sic sine scādalo multitudo plecti non pōt cōcordātiæ plurimæ sunt in glo. Itē vbi subest alia causa legitima. ad idē. l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui not. infa. vbi Bar. dicit ꝙ etiā pœnā statuti pōt iudex moderari ex cā. ¶ No. iij. ꝙ in casibus non recipientibus dispēsationē nō debet iudex laborare ad concordiā: qa frustra laboraret. & qui sunt illi casus j. subijcief. Itē not. ꝙ matrimoniū est verū non solū apud fideles: sed etiā infideles. cōcor j. de cōsan. & aff. c. de infidelibus. & c. quāto de diuor.

4 ¶ † Itē no. ꝙ in casibus iure nō expressis debet iudex semper inclinare in partem humaniorem, & habere æquitatē præ oculis, & pœnā imponere habito respectu ad personas, causas, loca, & tpa: quæ declara vt in gl.

5 ¶ † Vlti. no. & tene menti istū tex. ꝙ ex gnali officio & potestate legato de latere cōpetit ptās dispēsandi in his quæ dispēnsationē recipiunt. & vide ad materiā plenè ꝑ Spe. in tit. de dispen. §. cōsequenter. vbi in prin. dicit ꝙ legatus de latere pōt dispensare in casibus in quibus dispēsant Epi, Archiepi, Primates, & Patriarchæ, & quilibet alius iudex ordinarius, cū ipse sit ordinarius in tota prouincia, gerēs vices Pa. & maior oībus post Papā. de offi. leg. c ij. li. vj. Itē dispensat etiā in casibus in quibus Epi: & alij dispensare non possunt. s. in oībus quæ Papæ non sunt reseruata: de qbus in. c. quod trāslationē. s. de offi. leg. & vide quod ibi dixi. Cōtra concilia verò gnalia dispēsare non pōt: & idē tenet ibi Io. an. in addi. in ver. legatus. pro hoc. c. dilectus. el. jj. de præbē. de legato verò nō de latere dicit ibi Spe. notabile verbū, ꝙ non dispensat, nisi in casibus iure expressis, vel si in priuilegiū hoc cōcedit specialiter. facit quod leg. & not. in. c. excōicatis. de off. leg.

6 ¶ † Sed quæro qa tex. hīc facit mētionē de æquitate: quid est æquitas? Sol. Io. an. diffinit scdm beatū Cyprianū, ꝙ est iustitia dulcore misericordię temperata. & hāc diffinitionē ēt refert Spe. in ti. de dispē. in. §. j. in vers. æquitas. Diffinit etiā & scdo mō, ꝙ est rationabilis modus cōtinēs misericordiā & rigorē. Et ex his potes sumere differentiā inter ius & æquitatē. nā ius est decisio quæ fit secundū iuris regulas. æquitas verò est quædā continentia, & quoddā tēperamentum recedēs ex cā à cōibus regulis iuris. vt no. Bar. in. l. j. C. de leg. Et scias ꝙ qnq; rigor iuris & ipsum ius ponunf pro eodē: vt in. c. sup literis. & quod ibi dixi, de rescri. qnq; sunt diuersa, & ponif rigor pro excessu iuris, qn ob aliquā causam ad terrorē in aliquo casu excedit oēs regulas: vt in. c. j. & quod ibi no j. de torneamētis. & in. c. literas. de resti. spol. & quod ibi not. & vide pro æquitate seruanda bonū tex. in. c. disciplina. xlv. dist. vbi pulcher tex. ꝙ vna non absoluif ab alia. & l. placuit. C. de iud. & l. quòd si Ephesi. ff. de eo qd certo lo. ¶ In gl. j. ibi: *si potest.* No. gl. ꝙ iudex nō potest cōpellere partes ad cōcordiā, sed laborare debet inquantū potest. & idē not. gl. iuris ciuilis in. l. j. & post. ff. de no. ope. nunt. Fallit in Papa in his in qbus habet plenitudinem ptātis: vt in. c. cū inter. R. & quod ibi not. ꝑ Inn. de ele. & dic in hoc vt latius dixi. s. de treu. & pa. super rub.

7 ¶ † Sed quæro, nūquid indistinctè possit iudex cū bona cōscientia partes reducere ad cōpositionem? de hoc per Spe. in tit. de præparatorijs iudiciorū. in. §. excipitur. vbi

deberet remittere causam ad forum ecclesiasticū, propter ꝓbationem matrimonij faciēdam: corā eo facta talis probatio nō valeret: nisi statutum loci aliter disponeret. quod dicit menti esse tenendum.

SEB. SAPIA.

a ¶ Met⁹. Vide tex. hoc probātē in l. cū ita. cū l. seq. ff. de cōdi. & demō. & adde istis quòd metus statuti, est iustus met⁹. vt no. Feli. in c. j. ff. de off. deleg. col. ij. ver. & inquātum.

b ¶ Sentētia p metum. Adde Rom. sing. suis. fo. ij.

ZACHARIAS.

¶ Adde quòd est fin. xcj. quod ici. quæro à te an sententia. cui adde Lāfran. de oria. c. qm̄ cōtra. §. statuim⁹. versi. interlocutiones. nu. ix. vbi distinguit de sn̄ia cēsure, excōicatiōis vel iterdicti. quòd sint ipso iure nullæ. in alijs verò ꝙ teneant.

c ¶ Metū quis. Adde Roma. singu. suis. fo. xxiij.

d ¶ Vnanimiter. ad de Ro. cōs. ccclij.

metus[a] non vitiat ipso facto: qa nō ex toto adimit potestas & libertas eligēdi. hoc probo ista rōne. Nā nō valet cōsuetudo per quā tollitur libertas eligēdi. vt in c. cū terra. de elec. & tn̄ valet cōsuetudo vt electores teneant sibi eligere ꝑlatū de certo genere personarū. vt est tex. i. c. Abbate. j. de ver. sig. & in c. cū dilect⁹. de cōsue. Hinc dixit Io. an. in d. c. cū terra. ꝙ cōsuetudo nō pōt tollere libertatē eligendi: sed restringere sic: qđ notabis: & pleni⁹ dico in d. c. licet. ¶ †Sextus casus & vltim⁹ secundū gl. in authoritate tutoris p metū extorta. vt in l. j. in fi. ff. de aut. tuto. & posset deduci ille text. ad tertiū casum ꝑalle. vt si Ep̄s authozet ī cōtractu p metū inito p ecclesiā inferiorē, qđ talis authoritas non teneat: qa Ep̄s æquiparaṫ tutori. vj. q. j. i. c. oēs. & no. j. de in inte. resti. in c. auditis. in gl. iiij. Extra gl. Hosti. excipit aliquos alios casus: & sic in ordine. ¶ †Septim⁹ casus. c. vnic. j. e. lib. vj. vbi diciṫ ꝙ absolutio ab excōicatione p metū facta non tenet. ¶ †Octauus casus in testamēto cū testes inuiti fuerūt detenti: vt in l. qui testamēto. in fi. ff. de testa. no. gl. j. eo. c. sacris. ¶ †Non⁹ casus in sn̄ia. nā tenet hîc Host. ꝙ sententiā p metum[b] lata nō tenet. alle. xj. q. iij. c. iniustū. & Io. an. hîc simpliciter trāsit referēdo Hosti. Sed cōtrariū notauit gl. in d. c. iniustū. & seqṫ ibi Archi. & gl. in c. quatuor. ea. causa & q. quæ dicit ꝙ sententia lata p metū tenet, licet possit elidi per actionē, vel exceptionē. d. Anto. distinguit ꝙ aut metus impediuit solēnitatē requisitā, & sentētia nō tenet: aliàs secus. sed hoc nihil est dicere: qa si debita solēnitas nō interuenerit: sn̄ia est nulla, nō ꝑpter metū, sed ꝑpter defectum solēnitatis: quia si nō seruaṫ solēnitas substātifica, nō tenet sn̄ia quātūcunq; spōte lata. vt in l. prolatā. C. de sen. & ij. q. vj. c. ei q. §. diffinitiua. Reperio Bal. in hac qō. in d. l. decernim⁹. distinguentē, ꝙ aut metus fuit illatus circa ꝑtātē clauiū, & vitiat ipso facto: qa potestas clauiū debet esse libera. alle. d. c. vnicū. eo. ti. li. vj. aut metus fuit illatus in alijs sentētijs, & tenet sn̄ia: licet posset rescindi ꝑpter metū. alle. gl. i. d. c. iniustū. & dicit Canonistas ita tenere: sed profectò cōtra primū mēbrū suū allego gl. fin. in d. c. vnico. quæ cōcludit sn̄iam excōicationis latā per metū tenere. quasi in absolutiōe fit spāle vt met⁹ vitiet. & allegat no. in d. c. iniustū. & tenemēti illā gl. qa nemo allegat: facit primò: quia cū illa fit gl. Io. an. videṫ reprobare dictū Host. hîc. nā si excōicatio lata per metū tenet fortius alia sn̄ia. Itē adduco illū tex. ꝑ locum à spāli. Nā cū spāliter Papa ibi ꝓuiderit circa absolutionē ergo secus in excōicatione, & in alijs sententijs cōtra dictū Bald. & pōt esse ratio specialitatis: quia principes seculares erant faciles in cōpellēdo prælatos ad absoluendū aliquos à sentētia excōicatiōis: & sic nō poterat obseruari rigor ecclesiasticus: meritò fuit statutū vt aliàs absolutio esset ipso iure nulla. Conclude ergo ꝙ regulariter metus non vitiat ipso facto cū interuenit in iurisdictione exercenda: secus si in iurisdictione cōferenda, vel proroganda: vt in d. l. ij. & in quinto casu. s̄. excepto. ¶ †Decimus casus in constitutione procur. secundum Hostien. allega. c. accedens. s̄. de procurato. & ita transeunt hîc docto. Et bene notabis, propter authoritatem docto. vt si per metum quis[c] constituit procuratorem, non tenet constitutio. sed certè ille tex. hoc non probat. nā Papa ibi nō intendebat ius de nouo inducere: sed voluit prouidere locum securū partibus: quod fiēdum est in oī actu, tn̄ non sequitur ꝙ si de facto metus intercesserit actus vitieṫ. ¶ Vndecimus casus & vltimus sc̄dm Hos. in actu qui non pōt seruari sine peccato: sed dic ꝙ obligatio hîc impediṫ, nō propter metū, sed rōne peccati: qa non pōt obligari ad peccādum, nec etiā iuramentum valet vt in c. quātò. de iureiu. & c. si verò. & xxij. q. iiij. quasi per totū. ¶ †Excipio duodecimū casum: q cōprehendit se multos casus: in his scilicet quæ geruṅ per iniustè carceratū cū ipso detētore: vt est tex. not. in l. qui in carcerē. ff. eo. aliū casum voluit excipere. d. Ant. j. c. proxi. in renūciatione beneficij. Dicit enī ibi ꝙ renunciatio beneficij p metum facta non tenet: & infert ibi postmodū generaľr ad oēs actus spāles: vt in eis vitiet metus ipso facto: qa in istis debet esse volūtas libera, & liberū arbitrium, sed certè non credo eū bene dicere. & primò in renuntiatione beneficij habes gl. no. in c. sup hoc. de renū. quę apertè tenet ꝙ renunciatio per metū facta tenet, licet posset rescindi. apertè hoc teeet Inn. in c. ad audientiā. j. eo. vbi dicit ꝙ rescinditur per actionē qđ metus cā. sentit idē Inn. j. c. proxi. loquiṫ tō ibi alternatiuè: sed Pet. & Abb. apertè hoc ibi tenēt. Idē do. de Rot. deci. ccclij. probaṫ per locū à speciali in cle. ij. in §. sanè. de pœnis. vbi dr̄ ꝙ renuntiatio bn̄ficij quæ fit p captionē & detentionē potestatū secularium non tenet. & sic in odiū istorum principū qui quādoq; incarcerant clericos vt renuntient fuit illud ius speciale inductū, vt non teneat renuntiatio. vnde dicit ibi Bal. ꝙ illud est ius nouum. & facit quod ibi no. glo. in prædicto mō. Ad hoc etiā adduco istū tex. nā Papa non fundat se spāliter hîc super beneficio: sed super regula generali, dicēs ꝙ quę metu & vi fiunt, debent reuocari &c. & sic apertè sentit ꝙ debet trāsire cum cōi regula. ¶ Item quatenus dicit ꝙ in spiritualibus vitiat metus. cōtrariū voluit gl. in d. c. vnico. lib. vj. ¶ †Itē baptismus assumptus per metū tenet: quia ibi est voluntas, licet coacta. vt in c. maiores. in §. Itē quæritur. de bap. & xl. dist. c. de Iudæis. & facit ratio. c. meritò. xv. q. j. ¶ Conclude ergo ꝙ in actu meritorio metus vitiat ipso facto. vt in d. c. ad fidē. xxiij. q. v. Sed speciale est vbi imprimitur character. d. c. maiores. sed vbi non tractatur de merito quo ad Deum: sed de merito, vel alio vinculo, metus non vitiat regulariter.

SVMMARIVM.

1 *Vnanimiter dicitur fieri, quod fit nemine, vel paucis discrepantibus. vide j. eo. proxi.*
2 *Renuntiatio beneficij metu facta, an teneat? 7. 8.*
3 *Iuramentum non requirit necessariò tacturam alicuius rei.*
Iuramentum, & fidei præstatio quomodo differant?
4 *Fidem violans, an priuetur beneficio, sicut violans iuramentum?*
5 *Iuramentum magis est obseruandum quando interponitur super corpore Christi, quàm si super alia creatura.*
6 *Fidem suam violans est infamis, sicut est violans iuramentum.*
7 *Electus an possit renuntiare suæ electioni sine consensu sui superioris etiā ad sui præiudicium, siue electio sit confirmata, siue non.*
9 *Absolutio à iuramento potest per Episcopum concedi.*
Vsuras iurans soluere, pōt vel petere absolutionem à iuramento, vel prius soluere, & posteà repetere.

CAP. II.

AD aures. Qui terrore laicorū electioni de se factæ renuntiat: si renūtiatio iuramento vł fide firmata nō fit, regimini ad quod electus erat præfici poterit. h. d. comprehendēdo quēlibet intellectū. Cōis diuisio. Secunda ibi: *tuæ*. ¶ Casus literalis. Quidam electus fuit in plebanū cuiusdam ecclesiæ concorditer vno excepto: ipse ad terrorē laicorum renuntiauit electioni de factæ: quęrebaṫ vtrū non obstante renūtiatione præfici deberet eidē ecclesiæ? Respondet Papa ꝙ renuntiatio facta ad terrorē laicorum non impedit quominus ille præficiatur eidē ecclesiæ, nisi illa renuntiatio cōfirmata sit iuramēto, vel fide interposita. B. ¶ †Not. j. ꝙ factū à maiori parte collegij aliquibus contradicētibus, pōt dici vnanimiter factū: ita colligit hîc. d. Ant. sed iudicio meo totū oppositū est colligendū. hîc enim dr̄ ꝙ vno excepto electio fuit vnanimiter celebrata: nā si verbū vnanimiter, verificareṫ in maiori parte collegij, frustra fuisset dictū, vno excepto. ꝙ hoc verbū vnanimiter[c] importet

importet ꝙ nemine discrepante.probat text. in.c.iij. de postu.præla.& in.c.& si vnanimiter.eo.ti.& ibi not.hoc etiam probat etymologia vocabuli:nã vnanimiter dicitur, quasi vni⁹ animi.non ergo põt dici electores fuisse vnanimes,si eorũ aliquis fuit discors à sententia cõmuni: & idem dic de verbo cõcorditer.requiritur enĩ vt nemo discrepauerit:vt no.gl.in cle.ne romani.de elec. li.vj. dixi in.c.nõ potest.j.de re iudic.¶ †Secundò notabat hîc do. Anto.ꝙ renunciatio beneficij ꝑ metum facta nõ tenet[a]. & certè iste tex.hoc non probat.hîc enim non dicitur ꝙ renuntiatio electionis nõ tenuerit:sed simpliciter dicit ꝙ talis renunciatio nõ obstat quominus is qui renunciauit, præfici possit ecclesiæ ad cuius regimẽ fuit electus. vnde (vt dicit Inno.)põt intelligi ex nouo iure s.per electionẽ de nouo fiendam.vel põt intelligi ꝙ ex antiquo iure.sed (vt dicũt Pet.& Abb.)prius petita restitutione aduersus illam renunciationẽ metu factã.& pro hoc tex.in cle. ij. in.§.sanè.de pœnis.vbi tunc solùm renuntiatio beneficij est nulla qñ fuit facta ad captionẽ & detentionẽ alicuius potestatis secularis.secus ergo qñ met⁹ aliter interuenit. de quo dic vt plenius dixi.s̃.c.proxi.¶ †Tertiò no.ꝙ iuramentũ & fidei interpositio diuersa sunt.Sed q̃ro de differentia inter hæc.Sol.dicit Inno. ꝙ iuramentũ est cùm fit super libris,reliquijs,vel alia re sacra.Fidei p̃statio est cùm quis promittit aliquid per Deũ,vel fidẽ.& nil aliud hîc dicit Inno.Sed ĩn cõtrariũ facit.c.& si Christus.de iureiur.vbi patet ꝙ põt interuenire iuramentũ absq; tactura alicui⁹ rei sacræ,vel alicuius scripturæ.nã ad esse iuramenti nõ requirit necessariò tactura alicui⁹ rei:vt probatur ibi:& not.gl.xxij.q.j.in summa.& vide gl.in hoc no. in cle.j §.porrò.de hære.Et ob hoc do.Car.hîc voluit dare aliã differentiã,dicẽs ꝙ tunc est iuramentũ,cũ exprimitur verbũ iuro.Si aũt non exprimit,& promittit aliquid per Deũ,seu per fidẽ:tunc dicit fidei præstatio. si autem nõ interponit Deus,vel fides,tunc dicit simplex promissio.hæc differentia mihi ex toto nõ placet.& tex.videt in oppositum in.c.ego.N.& in.d.c.si Christ⁹.de iureiu.vbi patet ꝙ dicẽdo:sic Deus me adiuuet,& hæc sancta euangelia:est iuramentũ:& tamen non exprimit verbũ iuro. Itẽ habes multa exẽpla in.d.c.& si Christus.in quib⁹ fine expressione huius verbi iuro,inducit iuramentũ:& ideò dicerẽ ꝙ iuramentũ,& fidei præstatio habẽt se vt genus & species:qa omnis fidei præstatio est iuramentũ:sed nõ ecõuersò.vbicunq; enĩ adijcit vinculũ religionis simplici assertioni,potest dici iuramentũ.Ad hoc quod not.in d.c.& si Christus.¶ †Et hæc faciunt ad quæstiones.Nũquid violans p̃stationẽ fidei[b],possit priuari beneficio sicut veniẽs cõtra iuramentũ?Secundò nunqd sit infamis sicut periur⁹ eo casu quo periuriũ irrogat infamã.quod quãdo fit,plenè dixi i.c.testimoniũ.de testi.¶ Ad primũ Archi.in.c.iuramenti.xxij.q.v.recitauit quendam dicere ꝙ debeat priuari beneficio,sicut veniẽs contra iuramentum.Et hoc tenuit gl.not.in.c. querelã. ne prælati vices suas.& idem ibi Hosti.& idem tenet gl.in.c.constitutus. de transact.sed aliud videtur tenere ipse Archi. ibi.& in c.j.de sepul.libr.vj.vbi vide.videt enim in hoc variasse. sed do. Cardi. tenet hîc ꝙ non sit priuandus beneficio: & refert hoc idẽ tenere quandã deci. Rotæ.ego sequerer opi.glo.primò per fundamentũ quod.s̃.feci:quia oĩs fidei præstatio est iuramentũ.Itẽ ꝙ accidere posset ꝙ plus peccaret veniens contra fidem, quã contra iuramentũ. nã periuriũ tãto est grauius,quantò id super quo fuit iuramentum præstitum,erat sanctius.¶ †Nam magis peccat veniens contra iuramentum interpositum super corpore Christi,quã si esset interpositum super alia creatura:vt probat text.not.in.c.mouet.xxij.quæstio.j.not.Innocẽ.in.c.& si Christus.p̃alleg.Vnde si quis iuraret super beato Pet.& alius promitteret aliquid per Deum, vel fidem suam,non est dubitandum quin magis peccaret contraueniendo ille qui iurat per Deum vel fidẽ suã: vnde absonũ esset dicere quòd iste non deberet priuari. quia venit contra iuramentum.ad idem adduco tex.in.c. tua.de iureiur.vbi clericus priuatur beneficio pro periurio putatiuo,id est pro eo quod vitare nõ potest quo ad vulgi opinionem,licet in veritate non sit periurium: fortius ergo non debet priuari quãdo venit cõtra p̃statione fidei.ad idem etiam adduco.c.peruenit. de fideiusso. vbi copulatiuè dicitur, si religionem fidei & iuramenti sui &c.vnde præstationem fidei appellat ibi iuramentũ. nam vnicum interuenit ibi iuramentum,seu fidei p̃statio.¶ †Et ex hoc infero ad secũdum,quod iudicio meo non bene dixit Collecta.in.d.c.constitutus. vbi dixit ꝙ veniens contra fidem præstitam non sit infamis:quia iura loquuntur de iuramento.nam(vt.s̃.dixi) fidei præstatio est iuramentum:& facit iste tex.vbi æquiparantur.& prædicta notabis.& vide glos.no.ad materiã in.c. vt circa.de electio.lib.vj.& in.d.cle.j.de hæreti.¶ †In glo.j.in fi.Ioan.and.dicit hanc gl.procedere in cõfirmato, non in electo tantũ:quasi dicat quòd electus tantũ potest renuntiare electioni de se factæ absq; consensu superioris:secus quando electio est confirmata[c],vel quando quis habuit beneficium per institutionem,seu collationẽ.vt no. glo. in.c.si electio.de elec.lib.vj.& no.in.c.ij. de transla. epi. Item plus dico ꝙ si electio fuisset hîc confirmata,non tenuisset renuntiatio facta in manibus non superioris,etiã in præiudicium renuntiantis. Hoc probatur in.c. quod in dubijs.de renuntia.vbi dicitur quòd talis renuntiatio nullam obtinet firmitatem:ergo non valet etiam in præiudicium renuntiantis.cùm enim iste sit obligatus beneficio.vt in.c.nisi.de renuntia. non potest per se eximere seipsum ab hac obligatione.ad hoc.l.legatus.ff. de offic. præsi.Vnde potest sic renuntians administrare in beneficio suo ante,quàm superior habeat ratam illam renuntiationem:quod sentit Ioan.and.post Hostien.in.c.quãtò.de transla.epi.plenè dico in dicto.c.quod in dubijs.licet aliud senserit glos.in.c.quod Dei.de sta.regu.Et ideò hæc iura quæ videntur innuere,quòd valet renuntiatio beneficij per metum facta, intelligo interueniente superioris consensu[d]:& ita loquitur & ponderat tex.in dicta clem.ij.in.§.sanè.&.j.cap.proxi.¶ †In gloss.fin.hæc glos. habet bonum intellectum, sed nõ soluit clarè & formaliter contraria:sed in effectu vult dicere,ꝙ aut iuramentum[e] est taliter p̃stitum quòd repugnat postmodum iuri repetenti:& tunc iuramentũ obstat.Et ita loquitur iste text. vnde debet intelligi,quòd iste iurauit amplius non repetere:vel ꝙ amplius nõ p̃ficeretur illi ecclesię: secus autem quando iuramentum est taliter præstitum quòd non repugnat iuri repetenti: vt puta si quis iurauit resignare beneficium suum per metum,si postmodũ resignauit,potest beneficium repetere,intentando actionem quod metus cau.nam iuramentum suum sibi non obstat:quia non iurauit nõ repetere beneficium.vt probatur in capitulo proximo.Non obstat capitul.cùm inter.p.de renuntiatio.quia ibi promouetur ex nouo iure. si enim quis iurauit non repetere beneficiũ: intelligitur ex antiquo iure:sed ex nouo iure bene posset, vt ibi. Ad c.ij.de resti.spolia.dic ꝙ ibi renũtiauit spoliatus: nam ibi renuntiatio non refertur ad possessionẽ quam non habebat:& dicendũ vt ibi latius not.Nunquid autẽ aduersus illud iuramentũ,de quo in tex.competat aliquod remedium.dixit Inno.ꝙ sic:quia ex quo iurauit per metũ,potest petere absolutionẽ à iuramento:& Eps poterit istũ absoluere.& not.bene hoc dictum quòd Episcopus potest absoluere istum qui iurauit propter metum:& sic intellige.c.si verò.&.c.verum.de iureiuran.¶ †Et idem est vbicunq; iuramentum continet turpitudinem ex parte recipientis:vt odiũ in istius qui turpiter recipit iuramẽtum possit Episcopus absoluere iurantem. vt not. idem

ZACHARIAS.

a ¶ Per metũ facta non tenet. Adde quod not.in apo. ad istum in.c.Abbas.nu.ij.in verbo fine.ix.colla.s̃.eo.

b ¶ P̃stationẽ fidei. Adde do. de Rot.decis. cxxxvij.in antiquis. de iureiuran.

c ¶ Cõfirmata. Adde do.de Rot. decis.suis.de elect.

d ¶ Superioris cõsensu.Adde dom. de Rota decis.suis. de renuntia.

SEB. SAPIA.

e ¶ Iuramentũ. An iuramentũ metu extortũ obliget. ponit do.Fel.post Abb.in.c.n.versi. pro intellectu. de iureiurã.& in.c.si verò.col.pe.inver. in gl.in verbo iuramentũ.eo. titu.

Inno.in.c.debitores.de iureiu.& dicit hîc Inn.quòd licet Eps possit absoluere, bene tñ facit non absoluere, si aliud remedium cõpetit iuranti: vnde si quis iurat soluere vsuras, habet remediũ vt prius soluat,& posteà repetat. vt in d.c.debitores.dicit tamen quòd si omissa hac via Eps directè absolueret, non putat hoc cõtra ius esse. Et no.sing. hoc dictũ.ex hoc enĩ vult quòd qñ iuramentũ turpitudinem continet ex parte recipientis, nõ est necesse, vt iurãs adimpleat prius iuramẽtũ: vel vt faciat compelli recipiẽtẽ ad relaxationẽ: sed põt directè petere absolutionem ab Episcopo.& plenius hanc materiam attingo in.c.j.de iureiurando.

SVMMARIVM.

1 *Metum passo quæ remedia dentur?*
2 *Vis quotuplex sit: vide.j.c.proxi.in princ.*
3 *Metus an præsumatur durare, si posteà appareat aliquid voluntariè factum?*
4 *Pœna an euitetur, si fuit adimpletum factum sibi iniunctum: licet huiusmodi factum non durauerit?*

CAP. IIII.

AD audientiam. ¶ Qui per metũ q debuit cadere in constantẽ virũ beneficio suo renuntiare iurauit & renuntiauit illud repetere poterit. In prima conquestio partis. In secunda dat iudices ibi: *Mandamus.* ¶ Casus literalis. Magister. G. rector eccle. de cheuellis grauissimo metu Regis coactus: iurauit ꝙ ecclesiã illã renuntiaret in manibus illorũ ad quos illa ecclesia ꝑtinebat: quod & factum est. cõquestus fuit dño papæ: & ipse respondet quæ vi vel metu fiunt, carere debent robore firmitatis. Ideò mandat papa quibusdã quatenus si constiterit magistrũ illũ ad resignationẽ per talẽ metũ fuisse coactũ qui potuerit cadere in constantẽ virũ, præfatã ecclesiã faciant illi restitui, non obstãte iuramento prædicto, quo solũmodo tenebatur ad resignãdũ. sed non tenebatur ad non repetendũ. B. ¶ No.j.ꝙ iuramentũ de resignãdo nõ extẽdit ad ius posteà quærendũ, nec præcludit facultatẽ repetendi per actionẽ quod me.cau. si interuenit metus. satisfit ergo iuramẽto ex solo renuntiationis actu. quod facit ad multa. ¶ Secundò ex hoc & ex text.no. ꝙ aliud est iurare de resignando: aliud de non repetendo Itẽ quòd iurans non petere beneficiũ per eũ resignãdum non põt petere licet per metũ iurauerit. intellige nisi prius petita absolutione aduersus iuramentum. vt in.c.si verò. de iureiur.& est gl.fi.hic.& dixi.s.c.proxi. ¶ Tertiò not. in ver.quia verò.ar.op.ꝙ circa renuntiationem beneficij metu factã nõ est aliqua specialitas. Sed quẽadmodũ alia q̃ metu fiunt, debent reuocari, ita renũtiatio. ¶ Sed quæro quo iure audit iste qui renũtiauit beneficio per metũ? Sol.dicit Inn.ꝙ per actionẽ quod me.cau.quod plenius dixi.s.c.ij. ¶ † Sed aduerte tu ad tex.qui loquit per verba præsentis tẽporis dicẽs quæ metus cã fiunt, carere debent robore firmitatis: & sic videt quòd hæc quæ fiunt per metum, nõ habent robur firmitatis: & sic concordat iste tex. cũ edicto prætorio, in eo quod dicitur ꝙ metus causa factũ est, ratũ non habeo: vt in.l.metũ.in §.sed ꝙ prætor.ff. eo. Et ideò põt dici vt notãter dicit Bar.in.d.l.metũ.in.§. volenti.ꝙ duo sunt remedia principalia contra ea quæ fiunt per metũ de iure prætorio. nã de iure ciuili regulariter tenet ex quo interuenit consensus, licet coactus. Sed ꝑtor introduxit duo remedia. primò dando vtilẽ actionẽ, quæ prius erat directa. vnde absq; eo ꝙ intentem actionẽ quod metus causa, possum petere rem quam tradidi per metum intẽtando actionem vtilem, quæ prius mihi cõpetebat: & hoc ex beneficio prætoris mortui: quia ex quo prætor non vult habere ratum quod fit per metum, ipso facto datur metũ passo vtilis actio. Sed quia non erat ex toto sufficienter prouisum metũ passo, induxit aliud remedium. s. actionẽ quod metꝰ cã: & per eã restituit actio directa, quæ prius cõpetebat beneficio prætoris legitimi corã quo intẽtatur actio quod metus causa.& hoc satis ꝓbat tex.in.d.§.volenti. Et ex his infert ad intellectũ huius c.quòd ille qui renuntiauit beneficio per metum, habet duplex remedium. Primum, vt intentet actionẽ qđ metꝰ cã.& per hoc remedium restituuntur sibi omnia quę tradidit per metum cum integritate. vt in.c.Abbas.in fi.s.eodem.& potest indirectè petere beneficium intentando vtilem actionẽ. Nam si cecidisset à possessione sine metu & sine renũtiatione, habuisset actionem directam: puta cõfessoriam, vel officium iudicis, vel latam rei vendi. iuxta no.per Inn.in.c.cum venerabilis.de reli.do. Nunc verò ex quo renuntiauit per metum, habet illã actionem vtilem quæ prius erat directa. directa verò sibi non competit: quia nõ potuit prætor directè dispõere cõtra ius ciuile: vt insti.de bo.pos.post prin. Et secũdũ hoc intellige & limita ea quæ no.gl.in fi.in.c.Abbas.s.eo. ¶ † In glo.ij. ibi: *quia & dicitur vis, impetus maioris rei. &c.* Aduerte: hîc enĩ ponitur diffinitio cùm quæritur quid sit vis præcisa. nam duplex est vis: quædam est pręcisa: quædam est prorsus contraria voluntati: vt cùm quis ligatis manibꝰ & pedibus rebaptizatur: vel cõpellitur cõicare excõicato in ecclesia.& de ista vi non fit mentio in isto titulo. alia est vis conditionalis: vt quando infertur alicui vis, vt nisi certũ quid faciat, minat alter sibi mortẽ.& de hac vi fit mentio in isto.tit.& hæc vis includitur sub metu. ideò dicit glo. ꝙ hodie detracta est mentio vis, quæ olim fiebat in edicto prætoris. & dic quòd detracta est mentio in libris iuris ciuilis: quia solũ fit mentio de metu: & debet intelligi iste titu. secundum gl.& bene, in vi cõpulsiua:[a] vt quãdo quis ꝑ vim cõditionalẽ cõpellit rẽ suã tradere, vel debitorẽ liberare. ꝓ alia verò vi: puta expulsiua, vt cũ violẽter expellit de possessione sua: vel vi ablatiua: vt cũ alicui auferꝫ violẽter res mobilis. vel vi turbatiua inqetatiua dãtur alia remedia: de quibus in gl. Et in fi.gl. vel dic ꝙ dicitur metus quia mentem terret. ¶ † In gl.in ver. *ad resignationẽ.* ibi: *si postmodum in resignatione non intercessit metus.* Aduerte: quia gl. hic sentit non sufficere, vt metus absit tpe iuramenti de resignando: sed requiritur vt etiã duret in resignationis actu: aliàs si sponte resignaret, non haberet actionem quod metus causa: per.l.ij.C.eo.vbi dicitur ꝙ si per metum promisi aliquid tradere, & ex interuallo cessante metu tradidi, nõ possum repetere:[b] quia sponte videtur purgatum vitium metus præcedentis. Io.and.dicit quòd hîc durabat metꝰ periurij: quasi dicat quòd ex quo fuit compulsus iurare, si posteà in executione non durat metus, nihilominus excusor: quia videor exequi timore iuramenti. Moderniores doc. sequunt glo. dicentes quòd cũ aduersus iuramentum haberet iste remediũ, quia poterat petere absolutionem, non excusatur si posteà sponte soluit. Sed mihi plus placet opinio Ioan.an.per.c.j.iũcto.c.debitores.de iureiur. Nam iurãs soluere vsuras, habet remediũ petendi absolutionem. vt in dic.c.j. tamen si volens satisfacere iuramento, soluit: potest postea repetere. Item potuit ille timere periurium quo ad vulgi opin. vnde omnis modica præsumptio sufficit ad tollendam illam præsumptionem quòd sponte soluit: sicut in simili no. Inno. in susceptione habitus in.c.primo.s.eodem. Ad idem quod no.idem Inn.in.c.præce.vbi dicitur quòd ex quo quis habet remedium repetendi, non debet petere absolutionem à iuramento. ad idem cap. commissum.de spon.& hoc iudicio meo apertè probat iste text. in quo nihil dicitur quòd tempore renuntiationis metus durabat: imò tex.in fi.dicit quòd virtute iuramenti tenebatur resignare. ¶ In glo.fi.in fi. No.ex hac glo. tria remedia cũ iuramentum continet turpitudinem recipientis.& inter cætera

---

SEB.SAPIA.
[a] ¶ Vi compulsiua. Quotuplex sit vis, & quæ remedia dent pro vi illata: vide pulchrè ꝑ do.Ias.i.l. si qñ. col.j.C.vñ vi. vbi declarat quæ sit vis cõpulsiua: quę ablatiua, quæ expulsiua, & quæ turbatiua vel inqetatiua.
[b] ¶ Repetere. Ad de videndum Frãare. Consi.xiiij.in iiij.dubio.& Roma.cõsi.ccclxix.

cætera not. quòd potest petere absolutionem à iuramento. quod latius dixi. s. c. proxi. Et not. sing. ex tex. iūctа gl. quòd dicitur quis adimpleuisse iuramentū, licet non duret effectus iuramenti. ¶ † Et facit ad illā quæstio. Nunquid ad euitandā pœnā sufficiat fecisse actū sibi iniunctū licet actus postmodū non duret[a]: de quo plenius p Bar. in. l. inter castellianum. ff. de arbi. & in. l. sicut. in. §. superuacuū. ff. qui. mo. pig. vel hypo. sol. & facit bene. c. commissum. præalleg.

SVMMARIVM.

1 *Peccatum vt vitetur, debet quis pati mortem.* 7.
2 *Crimen metu commissum, an sit punibile?* 5.
3 *Communicans excommunicato, quam excōicationē incurrit?* 8.
4 *Communicans excōmunicato propter metum, vel necessitatem, an incurrat excommnnicationem?* 6.
6 *Casus à regula exceptuatus, an extendatur ad similes?*
9 *Peccatum veniale conuertitur in mortale ex nimia frequentatione.*

CAP. V.

SAcris. ¶ Excōicatus non est, qui absolutè coactus excōicato cōmunicat: secus si coactio fuit conditionalis. In prima parte decisa cōsultatio. In secunda distinguens respōsio. ibi: *distinguemus.* & primū membrū prosequitur ibi: *In primo.* secundū ibi: *In secundo.* ¶ Casus literalis. Aliquis inuitus participauit excōicatis. Quæritur vtrum sit excōicatus. Distinguit hîc Papa vtrum ille qui communicat excōicatis inuitus, sit attractus per coactionem, aut per metū coactus. In primo casu nō est excōicatus, cùm pati magis, quā agere videatur. In secundo casu est excōicatus: sed metus illatus culpā attenuat quia pro nullo metu debet mortale peccatū incurrere. Ber. ¶ Nota primò φ habenti rñdere de iure qñq; imminet necessitas distinguendi. Sunt enim quædā dubia, quæ sine distinctione decidi non valent. cōcor. c. literas. de despon. impu. cū multis simi. & ideò alibi distinctio appellat discretio: vt in. c. super literis. de rescrip. ¶ Secundò no. duplicem esse vim: præcisam. s. & conditionalē: quod autē fit ex vi præcisa non imputatur: quia potius dicitur quis pati quā agere: quia nulla voluntas reperitur in agente. Exemplum in eo qui ligatis manibus & pedibus cōpellitur cōmunicare excōicato in lecto, vel in ecclesia. vis verò cōditionalis est: quādo metu mortis, vel corporis cruciatu quis cōmunicat excōmunicato: & hoc casu dicitur facere: quia hîc reperitur voluntas, cùm potius eligat cōmunicare excommunicato quā mori. ¶ † Et ex hoc & ex tex. not. φ potius quis debet pati mortem violentā, quā cōmunicare excōicato: vel aliquod aliud peccatum committere. Hinc alibi dicit canon, potius quis debet omnia mala pati quàm malo consentire: vt. xxxij. qō. v. c. ita ne. ¶ No. φ metus attenuat culpā, non tamen prorsus eam excludit. minus enim peccat is qui per metū peccat, quā qui sponte: & ideò minor debet imponi pœna vt. ij. qō. j. c. in primis. & in. c. fi. xj. q. iij. ¶ Not. ibi: *labe.* φ excōicatio dicitur labes. & fortè ideò secundū Io. an. quia multi in eam labuntur: vel dic quod ideò: quia propter eā anima labefactatur. ¶ Item not. quòd mitius agitur cū ignorante quā cum metum patiente. nam ille qui ignoranter communicat excōicato, nullā culpā contrahit. vt in. c. nuper. de sen. excōi. secus in eo qui cōicat per metū, vt hîc. ¶ † Vltimò facit iste tex. ad qō. Cauetur statuto φ quicunq; tale quid fecerit, incidat ipso facto in talē pœnam: quidam fecit per metū actum prohibitū: nunquid incurrat illam pœnam? & videtur primò φ sic: per istū tex. nā excōicationis pœna ita inuoluitur qui cōicat excōicato per metū, sicut qui sponte. in cōtrariū facit: qa metus attenuat culpam: & etiam pœnam: vt. s. dixi. Ex quo ergo ratione metus debet mitius puniri[b]: ergo nō debet incurrere pœnā statuti. ad quod bene facit. c. ij. de delict. pue. Solu. dici pōt φ pœnam incurrit, sed iudex in impositione & executione debet habere respectum ad metum: vnde debet minuere ipsam pœnam. Et idem videtur dicendum in alio casu. vbi in deliquente reperitur aliqua qualitas, per quā debet mitius puniri. Ad hoc quod not. Bar to. in. l. j. de recep. ad istum tex. dic φ licet communicans per metum incurrat excōicationē: nihilominus tēpore absolutionis minor pœna sibi imponiť, quā si cōmunicasset sponte. vt est tex. not. in. c. fi. xj. q. iij. ¶ In glo. vlti. aliàs ij. in fi. vel secundū Hosti. cōicās excōicato per metum si non consenserit iniquitati illius apud Deum, nullū detrimentum incurrit. & sic possunt intelligi. c. quod prædecessor. &. c. antecessor. alleg. in gl. sed quo ad ecclesiā militantem contraxit excōicatsonis vinculum: vt hîc. ¶ No. hoc dictum Hosti. quòd agens aliquid per metum, si nō consentit iniquitati, non peccat quo ad Deum. Sed cōtra hoc facit iste tex. in eo quod dicit istum culpā cōtrahere, licet metus ipsam attenuet. ¶ † Et quod dixi φ cōicans excommunicato incurrit excōmunicationē. intellige minorem, non autem maiorē, nisi cōmunicasset excōicato in crimine pro quo fuit excommunicatus. vel fuisset excōicatus cum participantibus sibi. hæc probantur in ca. nuper. &. c. si concubinæ. de sen. excō. &. xj. q. iij. c. qm̄. & in. c. fi. de cle. ex. mi. An autem cōmunicās excommunicato minori excōmunicatione incurrat excōicationē? dic quòd non: quia excommunicatio non transit in tertiam personā: vt in. d. c. quoniā. quod not. ¶ In gl. fi. ibi: *eos.* ibi parificat tex. rebaptizatos sponte vel per metum. & in. c. quisquis. quod sequiť parificat in teste tacente veritatem sponte, vel metu: vnde testis incurrit periurium tacendo veritatem si sponte fecit, sicut si per metum. Sol. dicit Io an. and. & bene, φ metus non excusat ab excōicatione. vt hîc: neq; ab irregularitate rebaptizationis: vt in cap. eos. neq; à periurio. vt in. d. c. quisquis. tamē minus peccat φ hæc & similia agit per metum. & dic φ minor pœna vel pœnitentia debet imponi: vt est text. in. d. c. fi. xj. qō. iij. &. ij. q. j. in. c. in primis. ¶ † Sed extra gl. opp. videtur enī quòd metus debeat excusare participantē cū excōicato à pœna excōicationis. videmus enim φ viator seu peregrinns transiens per terram excōicatorū, licitè eis cōmunicat, propter necessitatem famis: vt in. c. quoniā multos. xj. q. iij. &. c. inter. de senten. excom. Itē creditor excōicati licitè sibi cōicat pro recuperatione rerum suarū, vel sibi debitarū. vt in. c. si verò. de sen. excō. no. in. c. intelleximus. de iudi. Si ergo necessitas vitæ seruandæ contra necessitatē victus excusat à sententia excōicationis: fortius necessitas seruandi contra timorē gladij deberet excusare participantē cū excōicato. Sol. cōtrariū est difficile, & potest solui tribus modis. Primò φ loquitur iste text. in cōmunione in crimine: & sic quando quis per cōionem incurrit peccatū mortale, seu maiorē excōicarionē: tunc enim cessant contraria. nā non est licitum communicare excōicato in crimine propter necessitatē famis, nec propter necessitatē bona sua recuperādi. Sed qa hæc sol. nimis stringit literā, datur & secunda solutio, vt intelligatur tex. in metu vano, qui regulariter non excusat. secus autē si metus fuisset talis qui potuisset cadere in constātem virū. hæc etiā solutio nimis restringit tex. imò litera videtur innuere contrariū. dum dicit, φ pro nullo metu &c. & sic includit metum etiam sufficiētem. ¶ † Et facit hæc litera contra opin. Cyn. in. l. j. C. vnde vi. in pe. q. vbi formauit qōnē notabilē. Quidā habens vxorē suspectam de adulterio: præcepit seruo, seu familiari vt eam interficiat: aliàs minabatur sibi mortē: seru⁹ timore mortis propriæ, occidit vxorem: quæritur nunquid seruus sit excusatus ab homicidio? & tandē concludit post Pet.

a ¶ Non duret. Adde Bartol. consil. lxxviij.

ZACHARIAS.

¶ Adde Ant. cor. sing. clxxiij. i ver. met⁹. quod icipit, an operať timor. & istū in. c. cū sup. nu. iiij. & quod ibi posui in apost. ad ipsum. in versicu. minæ.

b ¶ Puniri. Adde Bal. cōs. ccccxxxviij. iij. lib.

quòd sic: quia hoc fecit seruus ad tutelã sui corporis. nã sicut excusatur quis occidendo aliũ causa defensionis[a]. vt in clement. si furiosus. de homi. ita debet excusari iste qui vt non periret, vxorẽ domini interfecit. Idẽ sentit gl. in. l. penul. ff. si fami. fur. fecis. di. & Bar. in. l. ij. ff. de noxa. act. & satis bene facit ibi tex. De iure canonico seu diuino: non crederẽ hoc dictum Legistarum procedere: qa (vt notanter dixit tex. quẽ ad hoc notabis) pro nullo metu debet quis peccatũ mortale incurrere & est ratio: qa (vt. s̄. dixi) potius debet quis conseruare vitã animæ quã corporis. nã cõmittendo peccatũ mortale, moritur anima. sustinendo verò gladium, moritur corpus: quinimò vir perfectus potius deberet pati mortẽ corporalẽ quã committere peccatum veniale: quia peccatũ veniale opponitur feruori charitatis: vt not. gl. in proœmio sexti. vir autem perfectus potius debet eligere interitum corporis caduci & mortalis, quã perdere feruorem charitatis, quã habet in Deum. facit quod leg. & no. in. c. quæritur. & in. c. ne quis. xxij. q. ij. Itẽ non pōt negari ꝙ occidẽdo alium propter metum quis non cõmittat homicidiũ ex quo ille qui nũc est interfectus nō erat aggressor. xv. q. j. c. meritò. sed quia debet potius omnia mala pati quã malo consentire. xxxij. q. v. c. ita ne. Nec ob. si dicatur, ꝙ iste iste fecit ad tutelam sui corporis: & quòd licitè quis alium occidit causa defensionis: quia ista procedunt, qñ quis occidit suũ aggressorẽ: quia tũc potius aggressor dicitur seipsum occidere: & iste dicitur pati: vt no. in. d. clemen. si furiosus, sed in casu nostro iste qui metu alterius facit, directè agit, & explet, iniquitatem alterius. ¶ 6 † Et redeundo ad contrariũ: datur tertia solutio secundũ Io. an. qui non valens aliter soluere contrariũ, dicit ꝙ casus exceptus contra iuris regulã non est extendẽdus ad aliũ casum eiusdem vel paris rationis, nisi per principalẽ. allegat. l. si verò. §. de viro. ff. sol. mat. & quod no. in. c. constitutionem. de regul. iuris. libro. vj. & in regul. quæ à iure commmuni. de reg. iu. li. vj. Et notabis singulariter hoc dictum ad materiam extensionis. In contrariũ tamen facit. l. ij. ff. ad tertul. & in. c. cũ dilecta. de confir. vti. & glo. in. l. j. C. de condi. inde. & in cle. j. de elect. cũ multis simi. & maximè est gloss. sing. in. c. j. de tempo. ordi. lib. vj. vbi dicitur ꝙ vbi est omnino eadẽ ratio, debet esse eadẽ iuris dispositio: etiam in pœna. sed potius ex mente videt̃ cautum in lege: sed propter necessitatẽ vitæ cõseruãdæ licitũ est cõicare tpe famis excõicato. & eadẽ rõ vitę cõseruãdę est imĩnẽte timore gladij: ergo & tũc debet excusari metus. ¶ 7 † Fortè ob ista quæ possunt opp. do. Ant. ponit aliã solutionẽ. dicens ꝙ necessitas famis excusat, & nō necessitas gladij: quia primo casu principium mouens mortem venit ab intra: nam patiendo mortem propter famẽ quis disponit in seipsum: ita quòd ipse videtur seipsum occidere, ex quo potest sibi subuenire: vnde cũ iste sit constitutus inter duo mala, debet eligere minus malum: vt potius cõmunicet excõmunicato quã fame perire. Sed in secundo casu, principium mouens mortẽ, venit ab extra: qa ali⁹ minatur mortẽ. quo casu iste nō dicitur agere, sed pati: sed melius est pati mortem ab alio inferendam, quàm commitere peccatum: quia committendo iniquitatem, agit: sustinendo mortem patitur: passio verò non imputatur, sed actio sic. Hæc ratio secũdi dicti mihi placet: sed ratio prima potest morderi: nã nego quòd quis dicatur seipsum interficere, si propter honestum conseruandum fame perit. Nã ex hoc sequeretur, quòd mulier propter necessitatem famis posset eligere vitam turpem: cùm sit minus peccatum fornicatio quàm homicidium: quod tamen non est licitum etiã secundum legem ciuilem. vt in. l. palam. ff. de ritu nupt. & alibi dicit tex. quòd non minus debet quis timere stuprum quàm mortem. vt in. l. isti quidem. ff. quod metus cau. Item in iure non est possibile quod dicit do. Anto. vt verè quis possit constitui inter duo mala: quia lex nō est imposita super impossibili. iiij. distin. c. erit autẽ lex. Vnde aliter non esset peccatũ si euitari non posset: quia non est peccatum, nisi sit voluntarium. xv. q. j. in princi. vnde in iure non esset dare perplexitatem in delictis: vt not. xiij. dist. in summa nec ob. c. duo mala. ea. di. quẽ allegat do. Ant. quia illud procedit secundum falsam opi. æstimantis se esse inter duo mala: sed verè non est possibile: vnde oportet dicere ꝙ propter necessitatem famis non esset peccatum cõicare excõicato. Nam si in se esset malũ, deberet quis fame perire. Posset solui & quintò iudicio meo, quòd ideò non excusatur in metu: sed in necessitate famis sic: quia maleficia distinguunt̃ voluntate & proposito: in. c. cũ voluntate. de sent. excõ. & in. l. qui iniuriæ. ff. de fur. Is autẽ qui cõicat excõicato propter necessitatẽ famis, non agit cõicare excõicato, neq; cõmittere iniquitatẽ: sed principaliter subuenire necessitati suę: Is autẽ q̃ cõicat propter metũ, agit cõmittere iniquitatẽ qa ad hãc cõmittẽdã cõpellit̃ quã nō d; ipsam cõmittere ꝑpter malũ corporis. Nec ob. qđ dixi, ꝙ ꝑpter bona recuperãda licitè cõicam⁹ excõicato: qa illud permittit̃ in odium excõicati, ne reportet cõmodũ de malitia sua: vt in. c. intelleximus. de iudi. ¶ 8 † Vltimò hîc quęritur[b], nũquid cõmunicans excõicato peccet mortaliter? videtur primò ꝙ sic. per istũ tex. vbi dicit̃ ꝙ pro nullo metu debet quis incurrere peccatum mortale. & loquitur de participante cũ excõicato per metum. Secundò facit. c. fin. de cle. excõ. mi. vbi dicitur ꝙ excõicatus minori: per participium cum excõicato grauiter peccat celebrando. si enim illud participiũ nō induceret peccatum mortale, sed veniale, non diceret tex. ꝙ grauiter peccat, celebrando, maximè: quia venialia dimittuntur per orationẽ dominicam, & cõfessionem generalem, quã facit sacerdos in introitu missæ, & per aspersionẽ aquæ benedictæ: vt not. in proœ. vj. & de pœ. dis. iij. in. c. de quotidianis. Ad idẽ. c. pia. de exce. li. vj. cũ si. In contrariũ facit: qa si talis cõio induceret mortale, nō ꝑmitteret̃ ꝑpter famẽ: nec permitteret̃ familia cõicare dño excõicato: cui⁹ cõtrariũ habet̃ i. d. c. qñ multos. & d. c. iter. Sol. in hac. q. varia senserunt docto. Gof. in summa eo. ti. tenuit ꝙ cõtrahitur mortale. Idem Gof. in summa sua. dicens ꝙ aliter tenentes blandiunt̃ peccatoribus. Hosti. aũt in summa de sen. excõ. §. fi. versi. sed nunquid participãs. tenuit ꝙ participans cõtra prohibitionẽ canonis incurrit veniale: sed participans cõtra ꝓceptũ superioris peccat mortaliter: & ideò pōt excõicari. Ad illud. c. respondet: ꝙ loquit̃ qñ quis fuit excõicatus cũ sibi participantibus. quo casu cõicans peccat mortaliter, & incurrit excõicationẽ maiorẽ quia venit contra pręceptũ superioris factum sub pœna excommunicationis. hoc ipse probat: qa hoc. c. est pars. c. sacris. j̄. de senten. excom. vbi loquitur tex. de tali excõicato. Io. an. post multa concludit ꝙ communicãs excõicato regulariter peccat venialiter. Fallit in sex casibus secundũ eum. ¶ Primus, qñ quis communicat in contemptum clauiũ: nam contẽnere potestatẽ ecclesię, est mortale. ¶ Secũdus, qñ fit in contemptũ superioris, seu contra præceptum suũ. arg. in. c. ij. de ma. & obe. ¶ Tertius, quando quis communicat excõicato in diuinis. argu. c. significauit. j̄. de sen. excõ. ¶ Quartus, qñ communio fit in crimine pro quo fuit excommunicatus: nã tunc communicans incurrit maiorẽ excommunicationẽ: vt in. c. si cõcubinę. de sent. excom. ¶ Quintus, si erat communicatus cũ sibi participantibus, & de hac excommunicatione vide hodie bo. tex. in. c. statuimus. de sen. excom. li. vj. ¶ 9 † Sextus & vltimus casus est, si cõio sit nimis frequens & assidua: quia nullũ peccatum est adeò veniale, quin ex consuetudine seu assiduitate fiat mortale. xxv. dis. c. vnũ. §. criminis. nam durum esset secundũ eum dicere quòd regulariter quis incurreret mortale salutando excommunicatum, vel eum non euitando in mensa: maximè si amicus cõmunis est, & illum inuitauit: vnde hæc communio ex

SEB. SAPIA.
a ¶ Causa defensionis. Pro concordia aduertendum est ꝙ Bald. in. l. seruos. C. ad. l. iul. de vi pu. dicit signãter per illũ tex. ꝙ ille q̃ metu tyranni aliquẽ occidit: non excusat̃: sed pœna mitigat̃: qa nō debet mori. & hoc ēt voluit Bal. ĩ. c. j. §. iniuria. col. iij. de pace iura. firmã. Et ad hęc quę dicit Abb. hîc facit quod not. Car. Alex. in. c. testm̃. vj. di. vbi ꝙ si prę latus præcipiat sacerdoti existenti in peccato mortali vt missam celebret ĩ casu necessitatis, non debet celebrare, etiam ꝙ iustus metus interueniat: & potius debet mori.

SEB. SAPIA.
b ¶ Quæritur. In hac quæstione vide multa pro & contrà relata per Feli. in. c. à nobis. de exceptio.

munio ex quo cōicans non consensit facinori pro quo fuit excōicatus: potius opponitur feruori charitatis quā charitati. & refert Archi. xj. q. iij. loco præalleg. hāc opi. dicit tenere beatū Tho. iiij. sententiarum. Vnde videtur ꝙ hæc sit cōis opi. & vtinā vera, cū expediat animalib⁹. Sed ego multum dubito. nam pro prima opinione Goffre. & Rof. multū faciunt iura. s̄. in prin. alle. & maximè xj. q. iij. in. c. sicut apostoli. cū tribus seq. nā Christus videtur hoc primò prohibuisse: cū dixit, si nō audierit ecclesiā, sit sicut ethnicus & publicanus: sicut habet in euāgelio & . ij. q. j. c. si peccauerit. & . c. nouit. de iudi. Itē apostoli hoc postmodū prohibuerunt. vt in. d. c. sicut apostoli. Itē canones diuersorū pontificū. vt in. c. excōmunicatos. & in. c. cū excōicato. xj. q̄. iij. Ad idē. c. si. ea. causa & . q. vbi dicitur ꝙ cōicans excōicato, si per metum fecit debet puniri: sed non tantū sicut si sponte, si verò sponte, debet acrius puniri, vt cæteri metum habeant. si em̄ cōmunio solū produceret veniale peccatum: non ita loquerentur illi tex. cū venialia peccata faciliter remittantur. vt. s̄. dixi. Item istud. c. positum sub hoc arti. simpliciter loquitur: & si diceremus oppositum, euacuaretur effectus excommunicationis. nota tamen communem opinionem.

SVMMARIVM.

1 *Metus non excusat, nisi fuerit talis qui caderet in constantem virum. 3.*

2 *Metus qui cadit in constantem virum, est metus mortis, vel corporis cruciatus.*

4 *Dolus non excusat, nisi caderet in constantem virū, adeò quòd non succurritur dolum passo. 12.*

5 *Simplicitas nimia, est quædam fatuitas.*

6 *Metus iustus, an causetur propter timorem excōicationis? Excommunicatio iniusta non ligat apud Deum. Metus non excusat, quem quis sua culpa sentit.*

7 *Reuerentia quam quis debet alicui domino, an inducat iustum metum.*

8 *Metus iustus an inducatur ex precibus alicuius tyranni, relinquitur arbitrio iudicis.*

9 *Actio quod metus causa, an detur aduersus omnem metum.*

10 *Metus non excusat iurantem, nisi caderet in constātem virum. Iuramentum metu præstitum, an liget?*

11 *Metus an dicatur inferri per iudicem?*

12 *Ingressus religionis dolo factus, non vitiatur. Religiosi qui inducunt aliquem ad intrandum religionem propter bona temporalia, debent illius priuari.*

13 *Matrimonium dolo factū tenet: nisi esset tam magnus dolus qui tolleret consensum.*

14 *Dolus an æquipararetur culpæ.*

CAP. VI.

CVm dilectus. Metum passo non subuenitur, si non fuit talis qui cadere potuit in cōstantē virū. Primò præmittit diffinitionis causam. Secūdò soluit obstaculum. ibi: *nec obstante.* Tertiò diffinit ibi: *super.* ¶ Casus literalis. Canonici insularū volentes obseruare ordinē Cistercieñ. emiserunt votū, præstito iuramento ꝙ regulā Cistercieñ. obseruarent, vel ꝙ trāslationē suæ ecclesiæ ad ordinē illorū nullatenus impedirent: postmodū verò prędicti canonici voluntate mutata voluerunt reuocare quod fecerant, petiuerunt restitutionē contra factū suum dicentes, ꝙ per metū & dolū Cistercieñ. ad hoc fuerant inducti: & ideò non valebat quod fecerant: receptæ fuerunt probationes hinc & inde: Papa examinato negotio: qa cōstitit ei de voto emisso, & de iuramento præstito à canonicis prædictis ꝙ regulā Cistercieñ. obseruarent, vel ꝙ non impedirent trāslationem ipsius ecclesiæ, ad ordinē illorum, imposuit eis silētium super restitutione petita: cùm vtrūq; seruatum non vergat in dispendium salutis ętern æ, nec velit viam periurijs aperire: non obstante violentia quæ proponebatur illata, cùm non contineat metum mortis, vel corporis cruciatum, nec obstante dolo quo se proponebāt esse seductos: cùm talis dolus potius ad fatuitatem ipsorum quā ad circunuentionem Cistercieñ. debeat retorqueri. Ber. ¶ 1 † No. j. ꝙ clerici alicuius ecclesiæ possunt per iuramētū & votum se astringere ad arctiorem vitā & austeriorē ducendā. ¶ Secundò no. ꝙ pōt quis ex voto se astringere ad seruandā certam regulā religiosorū: licet se non transferat ad illos religiosos. ¶ 2 † Tertiò no. quòd metus cōtinens mortis periculū, vel corporis cruciatum[a] dicitur cadere in cōstantē virū: excusatur ergo quis si qd fecit propter metum mortis, vel corporis cruciatum: & intelligo, qñ facit id quod in se non erat peccatum: aliâs autē prorsus non excusaret: vt. s̄. c. proxi. & qđ ibi dixi. ¶ 3 † Quartò no. ibi: *in constantem virum.* ꝙ metus excusat, si est talis qui poterat cadere in constantē virū[b]. Si ergo cōstans vir fuisset motus propter metum, illud sufficit. vnde nō requiritur vir cōstans: ad idē. c. veniens. & . c. consultationi. j. de spon. tex. tamen in. l. metū. ff. e. dicit ꝙ debet cadere in constantissimū: sed primū cōmunius. ¶ 4 † Item not. & tene menti, ꝙ quēadmodum non excusat metus, nisi sit talis qui potuerit cadere in constātem virū: ita nec dolus. non ergo subuenitur dolū passo nisi fuerit talis qui virū constantem peritum decepisset. ¶ 5 † Et not. ibi: *ad fatuitatem.* quòd nimia simplicitas appellatur fatuitas: facit quod no. gl. xxij. q. iiij. c. innocēs. fortè enim isti Cistercieñ. promittebant aliqua cōtra ius vt si obseruarent eorū regulā nō paterentur aculeos carnis, vel promittebant aliquā contra ius positiuū vel regulā, is enim qui ista credit, simpliciter & fatuè credit: ideò nō potest posteà allegare dolum. ¶ Vltimò no. ibi *super restitutione petita.* arg. op. ꝙ etiā in spiritualib⁹ quod fit per metum tenet: licet veniat rescindendum restitutione petita probando iustū metum. quod est cōtra opi. do. Ant. quam tetigi in. c. ij. s̄. eo. Et no. practicā in modo intentandi actionē quod met. cau. nam debet quis petere se restitui ad statum in quo erat antequā pateretur metum. ¶ In glo. j. ibi: *sed seipsos personaliter obligauerunt.* Not. bene gl. ꝙ clerici certæ ecclesiæ possunt personaliter se obligare ad obseruandam regulā alicuius religionis. hoc etiā videtur sentire hîc Inno. dicens ꝙ isti poterant profiteri regulā arctiorē. vt in. c. licet. j. de regu. Sed Hosti. aliter sentit. dicit enim ꝙ aut singuli volūt trāsire ad aliā religionē arctiorē, & possunt: vt in. d. c. licet. aut remanentes in ecclesia volunt profiteri religionē austeriorem, & non possunt sine authoritate Episcopi: quia esset mutare statū ecclesiæ. quod nō possunt facere sine authoritate Episcopi. argu. in. c. audientiā. j. de eccl. ædi. Idē sentit Gof. dicens se putare ꝙ hîc interuenit consensus Epi. sed hoc dictū Gof. diuinat ad istū tex. Itē si interuenisset authoritas Epi, non fuisset hîc allegatus metus: quia in pręsentia Epi cessat verisimiliter oīs metus: vt in l. non est verisimile. ff. e. & in. l. transactionē. C. de trans. Itē Papa hîc se fundat dūtaxat super voto & iuramento istorum. Si autem interuenisset authoritas Episcopi, fundasset se super ordinatione Epi, vt hîc videtur tex. rectè intellectus cōtra opi. Hosti. & pro opi. quā sentit gl. sed saluando vtrāq; opi. distinguo sic: ꝙ aut clerici ecclesiæ volunt profiteri religionē arctiorē, mutando primam regulā, seu antiquū statū ecclesiæ. & dando in futurū nouam formam[c] viuēdi etiam successoribus, & nō possunt, & hoc casu procedat opi. Hos. aut seruata antiqua regula volūt se personaliter obligare ad arctiorem vitam: & hoc possunt: qa possunt plus mereri: nec ex hoc alterat status ecclesiæ, ex quo nō mutāt habitū, nec deserūt primā regulā. & hoc casu ꝓcedit iste tex. & in hoc fiēdo re-

ZACHARIAS.

a ¶ Cruciatum. Adde Bal. in trac. suo schismatis. col. ix. in prin. eūdē in. l. iij. §. qui armati. & ibi glo. ff. de vi & vi ar. & Alex. consil. xlv. vol. iiij.

b ¶ Constantē virū, Adde q̄. s̄. posui, maximè Alexā. consi. xlviij. iij. li.

c ¶ Nouam formā. Adde videndum Cal. consi. xiiij. de sta. re.

a ¶ Et excusat. Adde quod idem tenet Ro. consi. ccclxix.

SEB. SAPIA.

b ¶ Reuerentia Epi. Quando reuerentia Epi inducat iustum metum ponit Felin. in c. cùm matrimonij. col. ij. §. de offi. dele. & Moder. in l. transactionem. C. de transac.

c ¶ Sola dignitas. Adde Pau. de ca. consil. lxxviij. in primò impressis.

d ¶ Minantis. Adde Ang. cons. ccxv.

SEB. SAPIA.

e ¶ Exequendi. Vide Imo. in l. fi. col. v. versi. vltimò inducitur. ff. de hæ. insti. & Fel. in c. afferte mihi gladium. col. fi. de præsum. vbi dicunt quod ex minis non præsumitur, nisi minans fuerit consuetus exequi minas. quod etiam tenet Albertutius in trac. maleficiorum. col. xiij. ver. quero vlterius. & de minis vide no. per Alex. in consil. xiiij. inci. Ponderatis. in. iiij. volu.

f ¶ Contra iuramentum. Adde eundem consi. iij. q. vj. ij. lib.

ZACHARIAS.

¶ Adde Bal. in c. j. §. item sacramenta. in prin. de pace iura. fir. Inn. in c. de his. de sen. excom. Archi. & Pet. de anch. in c. ij. de pactis. lib. vj. & Cardi. post gl. in cle. ij. §. sanè. de pœ.

SEB. SAPIA.

g ¶ Intrandum religionem. Dum vult do. Abb. quod dolus bonus est inducere aliquem ad intrandum religionem: hoc et not. Abb. in c. in nostra. colu. ij. de sepul. vnde dicit Archi. in c. vtilem. xxij. q. ij. quod bonus dolus est promittere saracenis sectam suam sequi velle, vt eam cognoscat: & co-

